ctrine vtpote conſilia euangelica: quare hic hec tria ab euangelio diſtin-
guuntur cum dicitur ſanctum euangelium obſeruare viuendo in obedi-
entia ⁊c. Reſponſio. duplex eſt perfectio: vna formalis que conſiſtit in
habitibus ⁊ actibus virtutum: alia materialis que cōſiſtit in congrega
tione conſiliorum vel legum facientium ſeu ducentium ad ſtatum perfe-
ctionis. Prima intelligitur ſpecialiter in nomine ſancti euangelij: quia
hec perfectio eſt principaliter intenta in ſancto euangelio. Ad ipſam enī
omnia conſilia euangelica ordinantur. Hec eſt que precipue in ſermone
domini in monte pertractatur: cum dicitur. Beati pauperes ſpiritu ⁊c.
Et in alijs virtutum regulis: vtputa inuitandis verbis ocioſis ⁊ ſimili-
bus. Alia vero perfectio ſcilicet materialis ab hac expreſſe diſtinguitur
cum dicitur viuendo in obedientia ſine proprio ⁊ in caſtitate: vtiq̧ con-
ſiliaria ⁊ celebri. de qua dicit ſaluator. Matth. xix. capitulo. Qui poteſt
capere capiat. ¶ Sequitur de obedientiali eiuſdem ſtatus ordinatiōe
per quam reducitur tota religio ad hierarchiam eccleſie principalem.

Hec ē ſcđa ps iſtius rubrice.

Pro quo dicit frater franciſcus. Hoc ſancti nomen fuit aduenticium:
cum Joannes nomine proprio in regeneratione imponi diceretur pri-
mo a matre. ¶ Promittit obedientiam. ⁊ ſi totus clerus ⁊ religioſorū
vniuerſitas teneatur firmiter apoſtolico domino obedire: tamen ſanct⁹
huic debito votum adijcit ſpeciale: ſciens voto ſuperuenire ⁊ fortificari
ſacri ordinis vinculum ⁊ meritum geminari. ¶ Et reuerentiam. eſt autē
reuerentia exhibitio honoris procedens a timore filiali ⁊ humili affectu
Eccli. xxxij. Audi tacens ⁊ pro reuerētia accedet tibi bona gratia. Quia
reuerentia humilitatis eſt actus fratris minoris. Unde fratres minores
ſicut humilitatis profundiſſime profeſſores debent inter omnes ſūme
reuereri ſummū pontificem: ⁊ alios pro gradu ſuo in eccleſiaſticis offi-
cijs conſtitutos. ¶ Domino pape honorio ac ſucceſſoribus eius canoni-
ce intrantibus. Hoc eſt qui ſuccedunt non facto tantū ſed iure ſ; formā
canonum ſublimati. ¶ Et alij fratres teneantur fratri franciſco ⁊ eius ſuc
ceſſoribus obedire. vt catene auree vncinis medijs diſponantur. vt ſic
inferiores a ſupremo vertice per gradus medios deducantur. Hic eſt
enim motus rectus mentium diuinarū vt ſanctus docet diony. Et ſic ſca
la iacob aſcendentibus ⁊ deſcendentibus adornatur. Sic aſcenſu pur-
pureo filie hieruſalem pergunt in reclinatorium ſalomonis.

## ¶ Capitulum ſecundū.

SI qui voluerint hanc vitam accipere. Stractis huiꝰ edificij fundamentis: reſtat prouidere de habitatoribus ciuitatis: vt ſcilicet recipiantur ad ordinez venientes ad orientem lucis radios ſuſcepturi. Et hec ꝑs quattuor habet. Primo agit de ipſorum receptione. Secundo de probatione. ibi poſtea concedant. Tertio de recipiendorum profeſſione. ibi. finito vero anno. Quarto de profeſſorum in victu ⁊ veſtitu deſcriptione. ibi. Et illi qui iam. Et quia circa receptionez tria concurrunt ſcilicet recipientis auctoritas. recipiendi idoneitas humilitas ⁊ religionis requiſita puritas: iuxta quod omne hierarchicum negociũ diuiditur in ſanctis perfectis ⁊ perfectioribus ſecundum dionyſium: primo agitur de pertinentibus ad recipientem: Secundo agitur de pertinentibus ad recipiendi idoneitatem. ibi. Et ſi hec omnia. Tertio de pertinentibus ad religionis puritatem. ibi. Dicant illis. Circa receptores duo tangit iuxta duas eccleſie claues: iuxta quod in hierarchia eſt ordo ⁊ ſcientia ex quibus ſequitur actio. Tangit primo circa receptores clauem auctoritatis ⁊ ordinem poteſtatis. Secundo pertinentia ad clauem ſcientie ⁊ diſcretionis. ibi. Miniſtri vero diligenter. ¶ Dicit ergo. Si qui voluerint hanc vitam accipere. Loquitur conditionate dominum ſequendo dicentez. Matthei decimo nono Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus ⁊c. Religionis enim huius propoſitum vt nullum terrenum expectari poſſit emolimentum: nulli neceſſitate imponitur: nec carne ⁊ ſanguine ſuggeritur: ſed ab illo inſpiratur: de quo dicitur Joan. tertio. Non poteſt homo accipere quicꝗ̃: niſi datum fuerit ei de celo. ¶ Et venerint ad fratres noſtros. Non hoc dicitur quaſi nõ liceat fratribus nõ venientes exhortationibus preuenire: cum ⁊ ipſe dominus plures ad diſcipulatum recipiens: plures vocali vocatione preueniſſe legatur vt Andream Petrum ⁊ ſimiles: quidam ipſum preuenerunt ſe eius conſortio offerendo: quorum ⁊ vnus repulſus eſt vt patet Matthei. viij. Venientium igitur ad fratres quidam ſunt a fratribus preuenti: quidam vero ipſos ſua deuotione preueniunt. Et de omnibus hic dicitur. Et venerit. Mittant eos ad ſuos miniſtros prouinciales: quibus ⁊ nõ alijs recipiendi fratres licentia cõcedatur. Ecce clauis auctoritatis miniſtris tantum reſeruatur. Jſta autem commiſſio ſeu ordinatio habet precipue duas rationes. Prima vt receptoruz aut recipiendorum conſtantia probetur. Secunda eſt quia de miniſtri prudentia amplius preſumitur ꝙ arte ſciat piſcatoria bonos in vaſa ſua eligere: malis vero non idoneis foras miſſis. Nomen autem miniſtri ſumitur Matthei xx. vbi dicitur. Qui maior eſt veſtrum erit miniſter veſter. Et quia plurimorum ad ordinem venientium eſt deuotio manifeſta: ſufficiens eſt ad receptionem ſecularium diſcretio in conuentualibus fratrum: maxime in loco generalium ſtudiorum. Jdeo dominus papa non relaxans hanc regule partem: ſed ad mentem eius diſpenſando aſpiciens:

Hic incipit. ſ. ꝑs ꝑncipalis iſtius rubrice.

ordinauit ꝙ in talibus locis diſcretis fratribus receptionis auctoritas concedatur: ſciens ꝙ dicit lex. ff. de legibus. Quia ſcire leges nõ eſt verbum earum tenere: ſed vim ⁊ ptãtem. Et. lxi. di. c. ſtatuimus dicitur. Eccleſiaſtice ꝓhibitiones ꝓprias habent cauſas: quibus ceſſantibꝫ ceſſãt ⁊ ipſe. Et. i. q. i. in. c. qđ pro neceſſitate dicitur: qđ ꝑ neceſſitate temporis ſtatutum eſt: ceſſante neceſſitate ceſſare debet. ¶ Sed pro claue diſcretionis dicit. Miniſter vero diligenter eos examinabit de fide catholica ⁊ de eccleſiaſticis ſacramentis. Hoc pro illis dicitur partibus vbi contingit aliquos hereticos inueniri. Ad fidem catholicam pertinent omnia que ipſi fidei obſequũtur. Unde quia fratres ad fidei doctrinam ex intẽtione regule ſunt vocati vt ſequentia manifeſtant: ſtatutum eſt in ordine ne aliquis recipiatur ad ordinẽ pro clerico: niſi fidei doctrine habeat cõueniens fundamentum: vel ſaltem pro fundamenti penuria edificatiõis multitudo recompenſet: vel quod in talibus lingua non ſufficit vita clamet: ⁊ ſic de minoribus examinatio in maioribus implicatur. Sicut ipſe dominus Exo. xx. Inhibendo idolatriam: inhibet omnem ſuperſtitionẽ Inhibendo hereſim: inhibet omnis erroris perniciem. Inhibendo homicidium: inhibet omnem perſone iniuſtam leſionem. Inhibendo mechiam: inhibet omnem fornicationẽ ¶ Precipiendo honorez parentum: oẽs hoïez ꝑ gradus ſui merito cũ innotuerit ꝑcipit honorari: vt ſic minora in maioribus ꝯmendent. Sic etiaz in preſenti minorum examinatio in maioribus implicatur. ¶ Et ſi hec omnia credant ⁊ velint ea fideliter confiteri. Hic agit de pertinentibus ad recipiendorum idoneitatem: que in duobus conſiſtit. ¶ Prima ad deum: pro qua dicit. Et ſi hec omnia credant: vtiq3 corde: ⁊ velint ea fideliter confiteri. Quia ore fit confeſſio ad ſalutem ad Roma. x. Ex quo vere patet ꝙ recipiendi ad ordinem debẽt parati eſſe ad martyriũ. Et vſq3 ad finẽ firmiter obſeruare: quia premium datur ſoli perſeueranti. Secunda eſt in ordine quoad mundum ꝓ qua ſubdit. Et vxores non habent ⁊c. Uel licentiam eis dederint: ſcilicet maritis auctoritate dioceſani epiſcopi. Uoto continentie iam emiſſo. Hoc dicitur quia votum quo ad hoc non ſolemnizatur: niſi vouens mundo moriens in ſpiritualis patris penitus tranſeat poteſtatem: qđ precipue conuenit ſponſo eccleſie. ¶ Et illius ſint etatis vxores ꝙ non poſſit de eis oriri ſuſpitio. Etas iſta non minus ſtabilitate virtutis ꝙ̃ tractu temporis menſuranda videtur: quia dicit̃ Sapi. iiij. Senectus venerabilis eſt non diuturna: nec annorum numero computata. Cani enim ſunt ſenſus hominis ⁊ etas ſenectutis vita immaculata. In iſto autem impedimento omnia alia intelliguntur: que poſſent ineptitudinem ad ingreſſum ordinis generare. Sicut modus eſt iſtius regule dare ex ſimilibus ſilia intelligere: ⁊ minora in maioribus implicare. Que autẽ hic dicuntur colliguntur extra de conuerſio. coniugatorum. c. cum ſis ⁊ alijs pluribus. ¶ Dicant illis verbum ſancti euangelij. Hic agitur de tertio ſcilicet de religionis puritate: que in tribus conſiſtit. In venientium denudatione perfecta. In frugalitate recipientium manifeſta. ibi. Et caueant fratres ne ſolliciti. Tertio in directione ad releuationem paupe-

Hec eſt ſecunda ꝑs iſtius. i. ꝑtis ꝑncipal.

Tertia ꝑs iſtius. i. ꝑtis ꝑncipalis.

rum diſcreta. ibi. Si tamen conſilium requiratur. ¶Pro primo dicit, di-
cant illis verbum ſancti euangelij ꝙ vadant ⁊ vendant omnia ſua ⁊ ſtu
deant ea pauperibus erogare, Hoc enim ſummitur de conſilio domini
Matthei decimo nono. Simile legitur. Luce nono, Ubi dicitur. Et ait
alter, Sequar te domine: ſed permitte mihi primum renuntiare his
qui domi ſunt. Ait ad illum Jeſus, Nemo mittens manum ad aratrum
⁊ aſpiciēs retro aptꝰ eſt regno dei: vt ſint nudi corde: vt ſint qui diuitijs
habitis cor non apponunt: nec nudati tantū clamide cum Joſeph egi-
ptiam fugiente, Gene. xxxix. quem imittantur: qui relictis implicatiuis
ſibi retinent operimentum ſufficiens nuditati: ⁊ ſuo modo nudi nudam
crucem ſequuntur. Sed ſint etiam adeo nudi vt ſint ſpoliati ſyndone ſu
per nudo vt appropinquiori. cum adoleſcente diligente dominum pre
ceteris vt legitur Marci. xiiij. in textu ⁊ in glo. cum abiecto pondere in
nuditatis termino ſtatui vie poſſibili chriſti veſtigia imitentur. ¶Quod
ſi facere nō potuerint, propter loci diſtantiam, vel propter litium impli
cationem: ſufficit eis bona voluntas: qua licite ceditur ⁊ omnia contē-
nuntur iuxta illud Hiero. Si habes res tuas vende: ſi non habes proij-
ce, Nemo renuntiaturus ſeculo poteſt bene vendere que contempſit vt
venderet. ¶Sequitur de puritate aparte recipientium. Caueant autem
fratres. Jſtud videtur dici prohibitorie cum inhibeatur vt illicitum:
quod colligitur ex hoc quod ſequitur. Si tamen conſilium requiratur.
Ex quo enim licentia in hoc tantum datur: in alio denegatur. ¶Et co-
rum miniſtri ne ſolliciti ſint de rebus ſuis temporalibus: vt libere faciāt
de rebus ſuis quicquid dominus inſpirauerit eis. hoc ſummitur exem-
plo domini dicentis Matthei. xix. Uende omnia que habes ⁊ da pau-
peribus ⁊c. Secus erat in actibus apoſtolorum: vbi dicitur ꝙ propter
multitudinem virorum ac mulierum ſimul exiſtentium inter quos nul-
lus erat egens: apoſtoli gerebant pecunie precij rerum venditarum ad
tempus ſollicitudinem: quā cito dimiſerūt ſicut impeditiuā verbuꝫ dei
ſicut legitur Actuum ſexto. Diſcretior ⁊ excellentior eſt regula ab ipſo
domino conſtituta apoſtolis: cum dixit. Matthei decimo. Nolite poſ-
ſidere aurum vel argentum: ꝙ̃ illa que conſtituta eſt ſub apoſtolis pri-
mitiue multitudini ſimul habitantium virorum ac mulierum: vbi nul-
lus eorum aliquid poſſidebat neqꝫ ſuum aliquid eſſe dicebat: ſed ipſum
in communi cum alijs poſſidebat. Hanc regulam ſub apoſtolis conſti
tutam inſtituit beatus Auguſtinus ſibi ⁊ clericis ſuis: ſtatuens ne quid
proprij poſſiderent. Sed quia vidit eam Auguſtinus a clericis non ſer-
uari: mutauit decretum: eos habere proprium ſuſtinendo. vt patet. xij.
q. i. c. certe ergo. Hanc eandem multitudinis regulam imitatus ſanctꝰ
Benedictus: mandauit bona ad ordinem venientium niſi darentur pau
peribus adiungi rebus eccleſie monachorum: vt ipſi viuentes ſine pro
prio perſonali: haberent poſſeſſiones monaſterij proprias, Quibus ipſe
nullum prefixit limitem terrene affluentie acquirende: vnde agrum a-
gro non ceſſant vſqꝫ hodie eorum plurimi copulare. Alia fuit antiquo-

rum monachoꝛum foꝛma, Juxta quod narrat Grego. tertio dialogo-
raꝫ de ſancto Iſaac monacho: cui cum plurimi poſſeſſiones offerrent ad
monaſterium conſtituendum: ⁊ ille omnia oblata reſpuens foꝛtem tene
bat ſententiam dicens. Monachus qui in terra poſſeſſioneꝫ querit: mo
nachus non eſt. Et Hieronymus ad paulinum. Habet vnūquodqꝫ pro
poſitum principes ſuos: habemꝰ ⁊ nos principes propoſiti noſtri pau
lum ⁊ Antonium. Item noſter princeps Helias noſter heliſeus noſtri
duces filij prophetarum: qui habitabant in agris: ⁊ faciebant taberna-
cula iuxta fluenta ioꝛdanis. Item dicit in epitaphio nepotiani. Alij num
mum addunt nummo ⁊ marſupia fodientes matronarum: opes vene-
rentur obſequijs, Ditioꝛes ſunt monachi q̄ ſeculares: poſſident opes
ſub chriſto paupere: quas ſub locuplete diabolo nō habuerūt: ⁊ ſuſtinet
eos etiam eccleſia diuites: quos tenuit mundus ante mendicos. Hec
Hierony. Et tamen ſancta eſt viuendi foꝛma ſi ſeruetur quam inſtituit
ſanctus Benedictus: quam quidam in nigris, quidam vero in albis a-
longe imitanť. Beatus igitur franciſcus videns pericula ⁊ ſacrilegia
affluentie terrene quam multi poſſident in communi: elegit regulā ipſis
apoſtolis ad predicandum miſſis a domino conſtitutam: iniunges fra-
tribus ne ſollicitudinem habeant de rebus ꝓuenientium ad oꝛdinem: ne
ſic regule maculetur puritas: vel inquietudine aliqua grauetur. Sed ne
res venientium inutiliter diſpenſentur: remedium conueniens adhibe-
tur cum dicitur. Si tamen conſilium requiratur. Hec licentia ſicut com-
petit miniſtris ita competit alijs: quibus ex priuilegio apoſtolico recipi
endi fratres ad oꝛdinem eſt conceſſa: quoniam conceſſo principali acceſ-
Hic incipit .ij. ps principalis iſtius rubrice. ſoꝛie etiaꝫ omnia conceduntť. ¶ Poſtea concedant eis pannos proba-
tionis. ¶ Premiſſa prima parte huius rubrice in qua igitur de uenienti-
um receptione: hic ſubiungitur ſecunda pars de eoꝛum probatione quā
tum ad habitus precipue qualitatem. Dicit ergo. ¶ Poſtea concedant
eis pannos probationis: videlicet duas tunicas ſine caputio. Sed cūꝫ
dicatur Matthei decimo, in regula apoſtoloꝛuꝫ neqꝫ duas tunicas: qua
liter hic ſanctus franciſcus concedit duas tunicas: qui ſuperius dixit re
gula ⁊ vita fratrum minoꝛum hec eſt: ſcilicet domini noſtri ieſu chriſti
nota ſanctum euangelium obſeruare? Reſponſio. In euangelio nomine vni
us tunice veſtitus deſignantur neceſſarij. Unde non habere duas tuni-
cas eſt non ferre ſuperflua veſtimenta. Sed quia pro religionis honeſta
te neceſſarium eſt exterioꝛem tunicam in longitudine ⁊ latitudine ab a-
no lia vel alijs differre: neceſſarium veſtimentum beatus franciſcus in du-
as diuiſit tunicas. In vna intelligens exterioꝛem amictum: vt fratres
cappa tegātur. In alia intelligitur omne coꝛpoꝛi manifeſte necēariuꝫ ve-
ſtimentum. ¶ Et cingulum funem vtiqꝫ quia dicitur Eſaye tertio. Erit ꝓ
zona funiculus ⁊ cingulum ſacci. Hoc cingulum funiculus eſt quia ſac-
ci funibus cingi ſolent. Credo autem ſanctum franciſcum iſtud cinguluꝫ
elegiſſe quia legitur Matthei vigeſimo ſeptimo. Uinctum duxerunt cū
⁊ tradiderunt poncio pilato, Uel certe ad litteram vt cinguli vilitas con

cordet habitus vſitati: vt hoc cinctorio armati: veritatis linea multis aſpera ab eccleſia videantur diſturbare ſimoniacos ⁊ alios ſcelcroſos. Facto enim flagello de funiculis dominus vendentes ⁊ ementes de tẽpli ſui finibus noſcitur eieciſſe vt dicitur Joan. ij. ¶ Et brachas quarum eſt neceſſitas manifeſta in caſibus innumeris propter humane miſerie tegumentum. Iſtarum bracharum non tangitur qualitas: vt liceat fratribus ſi nolunt tangere lini delicias: brachis vti laneis vel etiam ciliciniſ. ¶ Et caparonem vſq; ad cingulum vt more antiquorum religioſorum diſtinguatur habitus nouitiorum ab habitu profeſſorum. Ab iſta autem generali lege excipiens addit. Niſi eiſdem miniſtris ſecundum deū aliquando aliud videatur. Ex hoc verbo ſancti franciſci procedit: vt iſtud nouitiatus inſigne pauciſſimis concedatur: quia creſcente vanitate hominum: non eſt mirum ſi humilitas minuatur. ¶ Finito vero anno probationis. Hec eſt tertia pars rubrice in qua agitur de profeſſione. Primo quantum ad ſui obligationem votiuam. Secundo quantū ad propoſiti ſtabilem perſeuerantiam. ibi. Et nullo modo licebit ⁊c. Dicit ergo ſic. Finito vero anno probationis. Nec enim ante annum completum licet poſſent ſe deo immobiliter aſtringere: licet eos ad profeſſionem admittere faciendam. In quo anno poſſunt experiri afflictiones frigoris ⁊ caloris. In cuius figura ſterilis ficulnea anno vno dimittitur ne preſcindatur vt patet Luce tertio decimo. vt fructus ab ea agricolatus adhibito fimo expectetur. Finito igitur anno probationis recipiantur fratres ad obedientiam promittentes vitam iſtam ⁊ regulam ſemper obſeruare. In qua promiſſione ſic vouent totam regulam vt ſupra tactum eſt: vt non omni eius parti ſe obligatorie aſtringant. Vouēt enim ſe totam regulam pro regula habituros ſecundum mandātis intentionem: vt quedam ad obſeruandum omnimode: quedam ad habendum pro ſalutaribus hortamentis. Ergo illa que ad obſeruantiam inuiolabiliter ſunt vouenda: iſta ad cautelam ex voto peremniter ſunt habenda. ¶ Et nullo mō. Hic tangit ſecundum: ſcilicet voti ſtabilem perſeuerantiam dicens. Et nullo modo licebit eis de iſta religione exire. ſupple. poſt profeſſionem. Exitum autem de religione aliqua dupliciter intelligere poſſumus. Uno modo vel retrocedendo: ⁊ hoc reuertendo ad ſeculum ſeu ad religionem laxiorem: quorum vtrumq; eſt apoſtatare ⁊ retro aſpicere. Alio modo procedendo ad altiorem gradū fugere ſcilicet melioris vite aſcendendo: ſicut faciunt qui a laxioribus ſtatibus ad religiones ſe tranſferunt altiores. Primus modus exeundi eſt in omni religione dānabilis. Secūdus laudabil' vbi poſſibil'. Sꝫ pfeſſo ad hanc religionē eſt impoſſibil': qđ niſi papa ſupponeret in rl'a: p̄mittens: ⁊ nullo modo licebit: nō ſubiūgeret iux̄ mādatū domini pape. Quia ſecundum ſanctum euangelium. Nemo mittens manū ad aratrum ⁊ reſpiciēs retro aptus eſt regno dei. Si igit nō lꝫ exire q2 nō licet retroſpicere: ergo omnis alia religio huic eſt retro: ⁊ apoſtate ſunt omnes ab hac religione poſt profeſſionem ad quamcūq; aliam tranſeuntes. Qz ſi aliquos exire vel pro peccatis ſuis a religione eijci contingat: ſi totis viribus inſtā

Hic incipit. 3. ps p̄ncipalis iſtius rubrice.

Hec eſt. ij. ps iſtius. 3. ptis.

nota

tes fuerint pro religione hac recuperanda: nec gratiaz inuenire valētes: ex tunc in aliqua alia religione rigida ſe ſaluare poterunt: ſi tamen quantum in ſe eſt maneant in deſiderio ad ſtatum ſuum priſtinum reuertendi. Qz ſi de licentia apoſtolica ſe glorientur aliqui aliter facientes: pro certiſſimo ſciant contra hanc domini ſententiam papam nihil facere. Nemo mittens manum ad aratruz ꝛc. Qz ſi mendacijs interuenientibus aliqd contingat per tales a ſede apoſtolica impetrari: non eſt eis excuſatio ſed accuſationis duplicatio: dum mendatio tantum patrem circumuenientes ſue querunt apoſtaſie palliuz: qui in votis non diſpenſat: niſi vbi ſuggerit pietas ꝛ rationabilis equitas recompēſat. Et qz obligati ad eundē ordinem voto vel iuramento tenentur domino integre ſoluere quod vouerunt. Qua ratione non licet fratribus de hac religione exire: qz hoc eſt retro aſpicere: non licet obligatis ad iſtam religionem quamcunqz aliaz intrare profiteri vel ingredi ad manendum: immo peccāt mortaliter tales in religionibus alijs remanentes: peccant etiam eos recipientes ꝛ conſentientes ſicut apoſtaſie facinus promouentes. Sed quid dicendū eſt de illis qui ad epiſcopale officium ex his fratribus aſſūmunt? Reſpōdeo. Si coacti ab eccleſia huiuſmodi ineuitabili neceſſitate ſuſcipiant regimen animarum: non ſunt reputandi ab ordine egreſſi: ſi quantū in ipſis eſt ſemper appetant in ſinu ordinis confoueri. Qz ſi non vocati ad epiſcopalem gradum nec coacti: ad eundem aſpirant vt fugiant erumnas pauperum ꝛ ordinis rigorem: credo eos in illius partem ceſſuros: qui dixit ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis. Sed nūquid obligati ad hanc relionem excuſabuntur ſi aſſumantur ad curam paſtoralez vel aliam eccleſiaſticaz dignitatem? Certum eſt qꝫ non vt patet extra de voto, c, pertuas. Ubi papa cuidam ad religionem obligato ꝛ ante impletionem voti ad regimen animarum aſſumpto reſpondit in hec verba. Si tuam deſideras ſanare conſcientiam: regimen reſignes memorate eccleſie ac reddas domino votum quod vouiſti. ¶ Et illi qui iam ꝛ cetera. Hic tangitur quarta pars huius rubrice in qua agitur de victus ꝛ veſtitus diſtrictione. Primo quantum ad veſtitum. Secūdo quantum ad victum ibi quos moneo. In prima parte tangit veſtitus qualitatem ꝛ quātitatem. Secundo vilitatem ibi. Et fratres. Et interponit pedum nuditatem vt patet. ¶ Dicit ergo ſic. Et illi qui iam ꝓmiſerunt obedientiam. ꝓfeſſi ſcz. habeant vnam tunicam cum caputio. In qua habitus intelligitur. Et aliam ſine caputio qui voluerint habeat. In alia tunica ſine caputio intelligitur ſm ſtatuta ordinis vnica ſimplex vel repetiata: nec debēt plures haberi interius a profeſſis precipue: niſi de ſuperiorum arbitrio quibus regula committit talium ſollicitudinem ſecundū loca ꝛ tempora ꝛc. dicit autem ſignanter qui voluerint habere: qz varia ſunt corporuz robora: ꝛ multum differentes diuerſarum intemperies regionū. ¶ Sed pro calciamentis addit. Et qui neceſſitate coguntur poſſint portare calciamenta. Ubi aduertendum: qꝫ cum regula ſolum pro neceſſitate cogēte concedit calciamenta portare: vbi ergo non cogit neceſſitas ſicut i corpore robuſti: vbi autem neceſſitas non cogit ſicut ꝛ in negocijs gerēdis:

Hec eſt. iiij. ps iſtiꝰ rubrice.

nota mucho el pecant mortaliter ... lo q̄ no ... el ... Doctor

que ⁊ ſi per ſolos debiles expedir ivalent: poteſt tamen ſine periculo diſferri ipſarum expeditio: non licet. Calciamentorum ergo deportationeꝫ ipſa regula indirecte interdicit. Et qꝛ verbum illud ſumitur de euangelio Matth. decimo. vbi dicitur in regula apoſtolorum neqꝫ calciamenta: patet hic vſum ſandaliorum minime prohiberi: quoniam ſicut dicitur Matth. decimo. Neqꝫ calciamenta. euangelico more hanc complens ſententiam Mar. ſexto. capi. precipitur eis nequid tollerent: ſed calciatos ſandalijs ⁊c̄. Propter quod antiq̄ ſculpture pariter ⁊ picture monſtrant apoſtolos calciatos ſandalijs inceſſiſſe. Unde Actuū. xij. ſuper illud. Calcia te caligas tuas dicit Beda. Pro caligis ⁊ caligulis vt quedam habent grecus habet ſandalia. Hoc enim genus calciamenti legitur in euangelio apoſtolis fuiſſe permiſſum. Hec Beda. Que expoſitio extranea videretur niſi diceret Papias ꝙ calige ſunt ſandalia. Que autē ibidem dicuntur ſcilicet Actuum duodecimo. gloſa inter linearis exponit di. ꝙ per hoc ꝙ angelo iubente Petro ⁊ ipſo complete datur exemplum non ambulandi ſine calciamentis: ⁊ non poteſt ad litteram ad aliud genus calciamentorū retorq̄ri ꝙ̄ ad illud de quo loquitur textus ipſe ſcilicet ſandalia. Verbum etiam ipſius glo. nullius eſt auctatis quo ad hoc quo dicit angelo iubente: etſi ad perſonam Petri littera referatur: tamen iuſſio pro alijs myſtice intelligitur referri ſcilicet ad virtutes pedes ſpirituales munientes que in ſandalijs deſignantur. Sicut ad Ephe. vj. dicitur. Calciati pedes in preparationem euangelij. ibi vide glo. Qꝛ autē chriſtus alia calciamēta apoſtolis inhibuerit: patet qꝛ ſuꝑ illud Matth. decimo. Neqꝫ calciamenta dicit Hieroni. Et plato duas corporis ſummitates dicit non eſſe velandas: nec aſſuetam fieri debere molliciem capitis ⁊ pedum. Cum enim hec firmitatem habuerint: cetera robuſtiora ſunt. Item Hieroni. ad Euſtochium. Diſcipuli ⁊ ſine calciamentorū onere ⁊ vinculis pellium ad predicationem euangelij deſtinantur. Milites veſtimentis chriſti ſorte diuiſis caligas non habebat quas tollerent. Nec poterat eniꝫ habere dominus quod prohibuerat ſeruis. Ecce quod chriſtus docuit incedere ſine calciamentis: hoc etiā ipſe obſeruauit. Hic tamen Hieroni. aliter vtitur nomine caligarum ꝙ̄ ſupra habitum ē ex Beda ⁊ Papia. Iteꝫ Euſebius. vj. eccleſiaſtice hiſtorie di. Deſiderabā videre ſanctum illum ⁊ pſallentem chorum: qui ad exemplum melioris vite ceteris omnibus viuunt legis dei atqꝫ euāgelij taciti predicatores: in quibus ipſe habitus prefert virtutis inſignia. hirſutum caput. pedes nudi. apoſtolis ſimiles. Idem patet de Hierony. ⁊ ſui temporis monachis. Dicit enim in vitas patrum capitulo de ſancto Ioāne. Ita omnia illa exaſperante loco vt non ſoluꝫ nudos pedes vt eramus nos ſed ⁊ calciamentis munitos terebret ⁊ ſecet. Hec Hierony. Item obſecro ſi chriſtus nudis pedibus minime inceſſiſſet: qualiter rationabiliter de phariſeo conqueſtus fuiſſet Luce. vij. dicens: aquam pedibus meis non dediſti ⁊c̄. Sed quidam hic ſenſui ſuo innitentes: ⁊ ipſum chriſti ſenſui preferentes: dicunt melius eſſe pro doctrina veritatis calciatum eſſe ꝙ̄ diſcalciatum: ne impediatur verbum dei. Sed attendant illi: ꝙ nulla forma

aptior eſt euangelij propagandi: ꝙ̄ illa in qua toti orbi fuit euangelium
predicatum. Hoc autem factum eſt nudis pedibus. Unde Hierony. in
epiſtola ad Agerrentiaꝫ. diſcipuli toto orbe peregrini non es in zona nō
caligas habuere in pedibus. Unde Hierony. Fateor penam eſſe aſperā
pedum nuditatem. In hyeme quidem apparet propter frigiditatem.
In eſtate autem grauior eſt propter duritiem maioreꝫ: qꝛ calor plus op
primit terre glebas ꝙ̄ frigus: ⁊ ſole aſcendente cuꝫ gelu reſoluitur in hye
me exiccatur amplius in eſtate. Calor etiam findit ⁊ frangit grauiter pe
des nudos: ⁊ tamen ipſi fratres cum apoſtolo in frigiditate ⁊ nuditate
ibant gaudentes: nec algoribus hyemis nec ardoribus eſtatis hacten⁹
dimiſerunt: quin nudis pedibus adierint remotiſſimas partes mundi.
nō Amplius. ¶ Poſito ꝙ chriſtus vel in pueritia vel ante triceſimum tertiuꝫ
annum calciamenta habuerit: non tamen ea habuit poſtꝙ̄ eorum vſum
diſcipulis inhibuit: qui cepit facere ⁊ docere. ¶ Sed pro veſtimentorum
qualitate ſubdit. Et fratres omnes veſtimentis vilibus induantur. Hoc
quidem conuenit altiſſime paupertati. Queçūꝫ enim ſunt in vſu verorū
pauperum: ſunt iuxta paupertatis regulam menſuranda. Hec vilitas in
tribus attendenda eſt: ſcilicet in precio. in colore. ⁊ ſuperadditis alterius
panni. aſſumētis. In precio inquam qꝛ paupertas vera nihil precioſum
habet. Color etiam naturalis non artificialis in veſte haberi debet. Ali-
ter fruſtra mouerentur fratres in ſequentibus minime iudicare vtentes
veſtimentis coloratis. ¶ Tertium additur vt ſeculi ſtulticia in fratrū ha-
bitu oſtendatur. Unde ſubdit. Et poſſint ea repetiare de ſaccis ⁊c̄. Sac-
cus duplex eſt. ſ. lineus ⁊ laneus. Et ſm̄ iſtud ſaccus dicitur omnis veſtis
vilis. Et eſt ſaccus cilicinus quo vſi ſunt prophete. Unde Eſaie. vige
ſimo. Solue ſaccum de lumbis tuis. Hierony. in glo. Mira obedien-
tia ſolo cilicino induebatur: vt tradūt hebrei ⁊ cetera. ¶ Per alias ſpecies
aliorum pannorum diuerſitas intelligitur in ſubſtantia ⁊ colore. Addi-
tur autem huic veſtimento benedictio dei: quoniaꝫ qui ſe ſtultum ⁊ deſpi
cabilem exhibet huic mundo: ipſi deo efficitur precioſus. Hec eſt bene-
dictio eius qui apparuit in rubo. deuterono. xxxiij. Ipſe enim chriſtus
vſus eſt viliſſimis veſtibus. Unde Chryſoſto. ſuper Joannem omelia.
xxxiij. Anteꝙ̄ appariuſſet ieſus predicabat eum Joannes bapti. vt faci
le ſuſceptibile eſſet teſtimonium ipſo apparente: in vili veſtimento inno
teſcente. Itaꝫ in vili veſte annūciabatur forma communi omnibus chri
ſtus: vt ſamaritane mulieres ⁊ meretrices ⁊ publicani cum magno auſu
auderent ei appropinquare ⁊ loqui. Hec Chryſoſto. Et nota ꝙ fratrib⁹
nulla pellicea veſtimenta conceduntur. ¶ Quos moneo ⁊c̄. Hic agitur
Hec eſt. iij. ps iſtius quarte ꝑtis pricipalis. de diſtrictione quantum ad victum. Excludit quidem principaliter iudi
tium temerarium ⁊ aliorum contentum ⁊ preſumptionem propriorum
factorum. Secundo addit inſinuantem exhortationem de ciborum vili
tate dicens. Quos moneo ⁊ exhortor ne deſpi. ex affectu. neꝫ iudicēt cō
temnendo vel vilipendendo in cogitatu. ¶ Homines quos viderit mol
libus veſti. ⁊ colo. indutos. Hierony. ad Ruſticum. Uilis tunica con-

temptum ſeculi probat. Ita dūtaxat ne animus tumeat: ne habitus ſermoq́ȝ diſſentiant, vnde licet faciliter vitari non poſſit inditium ſuſpitionis vel heſitationis: cauendū eſt tamen penitus a iuditio diffinitionis: qua abſolute talibus vtentes contemnūtur. ¶ Uti cibo ⁊ potu delicato. Non eſt ergo fratrum vti cibis ⁊ potibus delicatis: ſicut nec veſtibus vti coloratis. Hoc enim ad ius pertinet altiſſime paupertatis: que quāto eſt altior: tanto arctior debet eſſe victus. Unde in comitiua chriſti inuenti ſunt panes ordeacei Ioan. ſexto. ⁊ hoc in deſerto. In ciuitate autē vſus eſt pane triticeo: in quo ⁊ inſtituit ſacramentum. Similiter ⁊ in deſerto ieiunabat quadraginta dierū ſpatio: inter homines autem exiſtēs: adeo ſe hominibus ⁊ cibis ⁊ potibus conformabat: vt vorator ⁊ potator vini ab omnibus diceretur. Quid in hoc aliud tacite predicat: niſi dānationem hypocriſis coram hominibus ſcilicet auſtere: ⁊ in abſcondito viuere delicate. Unde Matthei duodecimo legitur ꝙ ieſu abeunte per ſata diſcipuli ceperunt vellere ſpicas. Ubi gloſa. Dicit ꝙ in hoc docuerunt auſteram vitam ⁊ non accuratos ſed ſimplices cibos querere. Unde certum eſt ꝙ paupertatem ⁊ penitentiam profitentibus carnes ſunt vitande in ſuis domibus extra ca um neceſſitatis duplicis ſcilicet: vel infirmitatis vel neceſſitatis manifeſte. Iuxta quod beatus Benedictus inhibet monachis carnes quadrupedum: preter illos qui ſunt omnino debiles vel egroti. Idcirco temporibus penitentie eccleſia a carnibus ſolet abſtinere. Qui ergo ſunt penitentie perpetue profeſſores ab eis triſtis ⁊ integris omni tempore debent abſtinere: quantuȝ patitur fragilitas humana. Nec hoc ſufficit niſi ⁊ a ſumptuoſis piſcibus ⁊ maxime beluis ſtudeant abſtinere. Unde Gregorius. Qui a carnibus abſtinent nequaꝙ̄ ſumptuoſiora marinarum beluarum conuiuia preparent. Ridiculoſa igitur videtur abſtinentia maxime pauperibus: carnes nō tangere ⁊ piſces querere cariores. Et Hierony. ad Paulinum. Sit tibi vilis ⁊ veſptinus cibus olera ⁊ legumina: interduȝ ⁊ piſciculos paucos pro ſummis delicijs ducas. ¶ Sequit. Sed magis vnuſq́ſq́ȝ iudi. ⁊ deſ. ſemetipſuȝ. Hoc enim vere humilitatis conuenit profeſſoribus ſeipſos deſpicere ⁊ deſpicabiles reputare. Sequitur.

## ¶ Capitulum tertium.

CLerici faciant diuinum officiuȝ ⁊ cetera. Hec tertia rubrica fratres inſtruit diſciplina. Et hec pars habet tria. quia. Primo agit de diſciplina ordinante ad deum laudandum ⁊ honorandum. Secundo agit de diſciplina ieiunij: que ordinat hominem ad ſeipſum. ibi. Et ieiunent. Tertio agit de ordinationibus ad edificationem proximo-

ôꝛum :⁊ hoc quantum ad ambulantes per mundum.ibi.Conſulo'.In

Hic incipit.i. ps principalis iſtius rubrice.

prima ergo parte primo informat clericos:deinde informat laicos.
¶Dicit ergo .Clerici faciant diuinum officium ſecundum ordinem ſan
cte romane eccleſie.Quod officium fuit in maiori parte a ſancto Grego
rio ⁊ aliȷs ſanctis inſtitutum:excepto pſalterio quia eccleſia romana vti
tur alia tranſlatione pſalteriȷ ꝙ communiter habeatur:/vel verius aliter
emendato.¶Ex quo ſcilicet officio habere poterunt breuiaria. Sed qua
re ſanctus franciſcus ex quo fratres ſuos volebat in predicatione ⁊ ſtu
dio per/conſequens exerceri:tam oneroſo tamꝙ prolixo officio onera-
uit?Reſponſio .Sanctus franciſcus optabat romane eccleſie veſtigiȷs
religionem ſuam idcirco pro viribus copulare:quia ſciens eam imme/
diate ſubeſſe celeſti curie ⁊ ab ipſo fuiſſe domino inſtitutam ⁊ a ſanctis
patribus gubernatam:qui habentes ſapientiam ⁊ iudicia mittere'toti
mundo :ſecundum tamen officium illud prolixum laudauerunt altiſſi-
mum:ſicut ⁊ laudat vſq₃ hodie romana eccleſia regimini nihilominus
intenta eccleſie vniuerſalis ,quibus etiam fuit'maxime ſollicitudinis in
ter omnes neceſſitates.Sciebant tamen clariſſimum'eſſe laudum meri-
tum diuinarum :⁊'per conſequens breuitatem/laudum breuitatem ar-
guere meritorum.Cum ergo nulli incumbit tanta ſollicitudo vacandi ſa
pientie pro regimine vel' illuſtratione vniuerſalis eccleſie ſicut eccleſie
romane : nulli pro eccleſie miniſterio aut ſtudio congruit illud offici-
um abbreuiare.Suſpecta eſt ergo cuiuſlibet nutricis pietas:que affectũ
nõ putat tranſcendere tante matris.¶Preterea multum ad illuminationeȝ
proficit piarum mentium laudum frequentatio Iuxta illud pſalmiſte
Sacrificium laudis honorificauit me.Gregorius ſuper ezechielẽ.Vox
pſalmodie cum/per intentionem cordis agitur: per hanc omnipotenti
deo ad cor iter paratur:vt deuote menti vel prophetie miniſterium aut
compunctionis gratia infundatur .¶Pro informatione laicorum ſub

Hec eſt.ij. ps p̄me ptis principalis.

dit.Laici vero dicant.xxiiij. pater noſter. Doceantur autem laici ꝙ tria
hec vocabula.¶Pater noſter qui es in celis pertinent ad animi prepara-
tionem:quia cum vult ſe nominari deus patrem:dat fiduciam impe-
trandi :quia pater libenter filiȷs theſaurizat. Cum vero dicitur noſter .
docet dilatationem affectus:vt nullus orationem ſuam ad ſe ſoluȝ con
trahat.Cum dicitur qui es in celis . Excitat'puritatem intentionis vt o-
rans/ſola celeſtia orando requirat.Cum autem ſubdit.Sanctificetur.o-
ratio ſubiungitur que in ſeptem petitionibus continetur: quarum pri-
me tres directe pertinent ad dei honorem:quattuor ſequentes ad peten-
tium vtilitatem.Cum enim dicitur ſanctificetur nomen/tuum : petitur
vt/fidei veritas certiſſima qua deus eſt pater fidelium:⁊ fideles filiȷ dei
appellantur :ab infidelibus cognoſcatur.Cum autem dicitur . Adueni-
at regnum tuum:petitur vt eius legibus a credentibus obediatur./Fiat
võoltas tua.petit̃ vt ei⁹ bonitas diligat̃: ⁊ ꝓpter ſe colat̃ ab infirmis ſi
cut a fortib⁹.'In q̄ttuoꝛ āt petitiõib⁹ſeq̄ntib⁹ p̄mo petit̃ collatio oĩs bõi
coꝛpi ⁊ aie neceſſariȷ cuȝ dr̃.¶Panem nr̃m.quotidianũ da nobis hodie.

Et petendo tm̄ pro hodie excludit proteruiam auaritie incertitudinez vi te inſinuando. Secundo ſubditur petitio amotionis oīs mali. Primo quātū ad p̄terita cū dicit ⁊ dimitte nobis debita nr̄a. vbi iplicat̄ debituꝫ innocentie: vt ſciat ſe ad maluꝫ ſuum petere: qui in corde ſuo retinet adhuc rancorem ire. Secundo quantum ad futura: vt detur gratia omnia deuitandi pericula peccatorum vel temtationum cum dicit. Et ne nos inducas in temtationem, ideſt ne induci pmittas. Tertio quantum ad preſentis exilij vniuerſa mala preſentia: vt habentes vitam in patientia: mortem optemus vitam iſtam cum dn̄o placuerit terminantem. Et hec omnia confirmātur cum dicit Amen. Ubi notandum ꝙ hec oratio iter omnes eſt p̄cipue veneranda ab ip̄o dn̄o nullo medio inſtituta. Dicit aūt beatus Franciſcus ſignanter. xxiiij. pater noſter ꝓ matutino: qꝛ officiuꝫ nocturnale excubias rep̄ſentat ciuiuꝫ ſupnoꝝ: ⁊ illo tp̄e deo eſt ſacrificiū laudis ⁊ angelis acceptiſſimuꝫ. Numerus autez. xxiiij. eſt numerus patrum vtriuſqꝫ teſtamenti. Duodecim enim fuerunt patriarche per quos multiplicatus eſt numerus credentium carnaliter. Duodecim etiā apoſtoli per quos in nouo teſtamento multiplicatus eſt populus credentiuꝫ ſpiritualiter. Petunt ergo fratres in myſterio huius numeri optantes i vtriuſqꝫ teſtamenti patrum meritis exaudiri: quos non eſt dubiuꝫ ad angelicum conſortium perueniſſe. Uel qꝛ. xxiiij. ſunt hore naturalis diei: oꝛo iſtius numeri petit remediuꝫ temporis vniuerſi. Item matutine laudes q̄ a clericis decantātur nouenario pſalmoꝝ, lectionū, ac cantuuꝫ diſtinguuntur: vt angelicos noueꝫ ordines repreſentent. Numerus aūt. xxiiij. generatur ex ductu ternarij in octonarium. In ternario auteꝫ numerus credendoꝝ. In octonario iuſticia intelligitur agendoꝝ: cuꝫ ſm̄ auguſti. eſt numerus iuſtitie vnicuiqꝫ ſua tribuentis. Laici ergo qui ad laudes angelicas vel intelligendo myſteria non aſſurgūt: ſimplicitatem ſuam in fide ⁊ iuſticia in hoc numero pficiunt: dum octonarius ad iuſticiā: ternarius ad fidem ptinet trinitatis. ¶ Sequitur. Pro laudibus quinqꝫ. Sicut matutinum officium laudes ſignat ciuium ſupernoꝝ: ſic officiuꝫ laudum ſignificat cultum eccleſie a mane eccſie primitiue vſqꝫ ad lucem claram quam in fine ſeculi expectamus. Incipiūt eniꝫ a regno chriſti decore induti: in populo iudeoꝝ per iubilum omnis terre tranſeuntes: in populo gentium luceꝫ pacis datam fatentur eccl'ie: ⁊ duos primos pſalmos tertio copulando duplicis populi concordiam repreſentant. Tranſeuntes autē per canticum pueroꝝ in camino: laudes eccl'ie repreſentāt ſub antichriſto. Et cum in tribus pſalmis laudes iūgunt vltimo: tēpus poſt antichriſtum ſignificant: quādo a chriſtianis qui vſqꝫ tunc fuerunt iudei ⁊ pagani in vna fide ſociati dn̄ꝫ collaudabunt. Per has quinqꝫ petitiones laudum canonicaꝝ eccl'iaſticaꝝ puto ſanctum Franciſcum hūc quinariū laicis aſſignaſſe: niſi in hoc forte numero differentia aſſignatur laudum celeſtium ⁊ terreſtriū. Iuxta hoc differunt hierarchie: qꝛ celeſtis laudat deum intellectualiter: ſub celeſtis per ſenſibilia ſymbola: que omnia per quinqꝫ ſenſus cognoſcuntur: dum auditus laudat in canticis. viſus in ornamentis, tactus in obſequijs, guſtus in ſacrificio altaris, olfa-

tus in fragantia thuris: ⁊ ſiqua ſimilia ad fragrandum adhibētur. ¶ Sequitur. Pro prima. in qua dominus ad pontifices ductus eſt. Tertia in q̄ accuſatus ⁊ iudicatus eſt: in qua etiaʒ deſcendit ſpiritus ſanctus. Sexta. in qua crucifixus eſt. Et nona. in qua mortuus eſt. Pro qualibet iſtarum horarum ſeptem: vt ſeptiformis gratia impetret: vel ſm ſeptem dona ſpiritus ſancti: vel ſm ſeptem eccleſie ſacramenta q̄bus deus indidit ſue efficatiam paſſionis. ¶ Pro veſperis autem duodecim. Hoc ideo forte q: veſpere pro horis habent duodecim celebrari: vt pro omnium horaꝝ diei preterite offenſis oratione duodenaria chriſti miſericordia imploretur. Uel q: laudibus veſpertinis repreſentatur mūdi veſpera: in qua ipſe deus incarnatus eſt. factus dies: ⁊ ſibi duodecim horas in. xij. apoſtolis copulauit. Unde legit̄ Joan. xj. Nonne duodecim hore ſunt diei. ¶ Sequitur. Pro completorio ſeptem. in quo omnium conſumatio inſinuatur: vt ſicut ſpiritus ſeptiformis incipit ⁊ dirigit: ita per ipſum etiam diei meritum conſummet. Hec autem in vniuerſo ſunt. lxxvj. pater noſter: quibus ſi oratio ꝓ defunctis adijciatur: numerus producit̄. lxxvij. vt omnium peccatorum remiſſio impetretur. ¶ Et ieiunent. Hic agitur de ordinantibus hominem ad ſeipſum ſcʒ de ieiunio. Et loquitur de triplici quadrageſima: duas preceptorie imponens: tertiam ad deuotionis excitationem ſuadens. Tres ſiquidem leguntur. xl. diebus continuo ieiunaſſe Moyſes vt patet exo. xxiiij. Et helias. iij. reguʒ. xix. Et ipſe domin⁹ in et Matth. iiij. Duplex autem eſt ieiunium: ſcʒ meroris ⁊ gaudij. Jeiunium meroris eſt quo carni placentia cibaria ſtudio penitentie carni abſcindūtur. Jeiunium vero gaudij eſt cum ipſum cor tantis eſt iunctū ſpiritualibus delicijs: vt pena ſit vacare menſis: ⁊ eſt per conſequens delectabile ieiunare cum ieiunatur non vt corpus affligatur: ſed ne deuotio interrumpatur qua ſpiritus recreatur. Jeiunium moyſi ſignificat merorem pro delectione culpe: Jeiunium helie ſignificat merorem pro amatione omnis myſterie. Primum ſignat ieiunium quadrageſime hyemis. Secundum ſignat quadrageſima veris. Uel melius. prima quadrageſima refertur ad peccata preterita expianda. Secunda ad futura imminētia precauenda. Jeiuniuʒ autem chriſti ſignificat ieiuniuʒ gaudij quo nō tantum a cibis carnalibus: ſed ab omni terrena delectatione delectabiliter abſtinetur. Idcirco beatus franciſcus duas quadrageſimas precipiendo impoſuit: tertiam vero cum benedictione deſſuaſit: ſciens cum deuotione ſola ⁊ non aliqua coactione adimpleri debere. ¶ Dicit ergo. Et ieiunent a feſto omnium ſanctorum vſqꝫ ad natiuitatem domini. Sanctã vero quadrageſimam ⁊c̄. Sed aliam vſqꝫ ad ⁊c̄. Nota q: hic ſecundo fit mentio de benedictione. hic in victu: ſuperius in veſtitu. ¶ Alijs autē temporibus non teneantur niſi ſexta feria ieiunare: q: illa die voluit dn̄s crucifixi. Tempore vero manifeſte neceſſitatis. ſcʒ ꝓpter infirmitatem grauem: vel propter virtutem in labore ineuitabili adeo deficientem q̄ſi ſcilicet labor incumbens de neceſſitate aliter perfici non poteſt: non teneantur ſcʒ ieiunio corporali. Ad gaudij igitur ieiunium volens omni tempore fratres ſuſpirare iuxta euangelicaʒ regulam: minus de ieiunio ma

Hic incipit. iij. pars principalis hui⁹ rubrice.

ſoris imponens: ad gaudij ieiunia informat in ſequentibus: vt patebit.
¶ Conſulo vero. Hic agitur de ordinantibus ad edificationem proximo-
rum p mundū ſcz a foris tam ambulādo: q̄ in alienis domibus quieſcē-
do. Circa primū primo informat itineratione ad vitandū malum. Secū-
do ad tenēdū bonū. ibi. Sed ſint mites. Tertio excludit equitationē. ibi.
Et nō debeant. Pro primo dicit. Conſulo vero ad inſtructionem ratio-
nalis. moneo. ad allectionē concupiſcibilis. Prouer. xij. Qui ſuauis eſt
viuit in moderationibus: in ſuis monitionibus relinquit contumeliam.
Et exhortor ad excitationem iraſcibilis. ij. Machabeorū. xv. Singulos
armauit non clypei aut haſte munitiōe: ſed ſermonibus optimis ⁊ hor-
tatiōb⁹. Ut quando vadunt per mundum exemplo chriſti ⁊ diſcipulorum
ſuorum. Non litigent alicui inferendo contumeliam. Neq̄ contendant
verbis, pertinaciter affirmando ſententiam ſuam, vel iudicialiter litigan-
do. Nec alios iudicēt, dubia ſcilicet in peiorem partē interpretando: vt
ſic ſeruetur innocentia exterior ⁊ interior. ¶ Sed pro bono tenendo ſub-
dit. Sed ſint mites. incedendo improbitatibus, pacifici. minoritatis ſue
ordinē ſeruando. Et modeſti per diſciplinam ſenſuū ⁊ verboꝝ ⁊ operū.
Manſueti. moribus nō impetuoſi. Et humiles. nullū honorē appetēdo:
⁊ omnem gloriam humanam fugiendo. Nec hoc ſufficit niſi diffinitio-
nem humilitatis in ſe ſtudeant adimplere, que talis eſt. Humilitas ē vir-
tus qua homo vera cognitione ſui ſibi ipſi vileſcens: appetit tractari vt
huiuſmodi: ⁊ non ſublimi⁹ gubernari. Et pro ſpeciali diſciplina addit.
Honeſte loquentes omnibus ſicut decet: omnez ſcz hominez pro ſui ſta-
tus gradu reuerendo. Hec eſt informatio itinerationis. ¶ Sed pro ſeclu-
ſione equitationis ſubdit. Et non debeāt equitare, ⁊ per conſequens nec
bigare aut quadrigare: que maioris ſunt ſumptus, niſi manifeſta neceſſi-
tate, prolixi vel impeti itineris, vel negocij vrgentis, vel infirmitate co-
gantur. Dicit autez non debeant: pro eo quod eſt. debeant non equitare
Et in quamcūq̄ domum intrauerint: ad procurandum ſcz animarum
ſalutē. Matth. vj. Primū querite regnū dei ⁊c̄. Primū dicāt pax huic
domui. Scōm doctrinā chriſti. Matth. x. Optando aūt pacē; optamus
omnez liberationem a malo ⁊ ꝑmotionem in bono. Et eſt pax tranquilli-
tas cordis. ¶ Et ſcōm ſanctum euangelium de omnibus cibis ⁊c̄. Dicit
notanter liceat nō neceſſitatē imponēdo: ſed ſꝫ indulgentiā ꝑmittendo:
vt ſciat ſe ꝯtra regulā nihil facere: ſi quis voluerit ſublimius ambulare.
Ad hoc notandū dicit liceat de omnib⁹: nō ſimpliciter ſed ſm ſanctum
euangelium. Iſtud autem non conceditur niſi in predicationis euntibus
miniſterio. Qui ergo pro animarum ſalute non circueunt: in hac licentia
ius non habent. Ipſe dicendo ſecundū ſanctum euangelium: licentiam
temperat: vt ſcilicet ſm regulam euangelice honeſtatis fiat. Unde cum
verbum predictum trahatur de Luce. x. ca. vbi dicitur. Māducate que
apponuntur vobis: notandum q̄ ibi inmediate ſubiūgitur. ⁊ curate in-
firmos qui in illa ſunt: certum eſt illud intelligi ſpiritualiter ſm principa-
lem intellectum vocabuli. Non eſt autem modus curandi aiaꝝ delicati-
oribus vti cibarijs q̄ illi vtantur in quorum menſis frēs ipſi veſcuntur.

Hec eſt. iij. ps principalis rubrice iſtius.

Hec ē. ij. pars iſti⁹. iij. ptis pricipalis.

nota

Hic incipit. iij. pars hui⁹. iij. ptis pricipalis.

nota

Hoc enim eſt non curare infirmos: ſed a fortitudine ad infirmitatem vo
care. Quando ergo principales pſone domus ⁊ familie abſtinent a car
nibus: nõ licet ſm ſanctum euãgelium fratres in eſu carnium laxiꝰ am
bulare. Item vbi eſt ferculoꝝ ſupfluitas: nõ eſt euangelice ſanctitatis ſu
perfluitatem vſu ſuo vel ab vſu verius approbare: ſed magis neceſſitate
accepta diſſimulare prudenter: qđ nequid ſine ſcandalo reprehendi. Itẽ
ſi aliqui religioſi receptores fratrum contra regulam ſuam carnes come
derent: non eſt euangelice ſanctitatis participare cũ preuaricatore in cri
mine: vel carnalitati irregulariter ſuo conſortio conformari.

## Capitulum quartum.

Precipio firmiter. Deſcriptis tribus portis
dñice ciuitatis per quas illuceſcit claritas orientalis: ſeq
tur ſecunda in qua deſcribuntur tres porte munite cõtra
inſidias aquilonis. Quarum prima excludit periculum
iude pro pecunia dñm tradentis. Secunda tollit pericu
luꝫ ficte religionis in ocio viuentis. Tertia aufert periculũ multitudinis
cleri in fine pro appropriatis cõmunibus contendentis. Primũ aufert
homini deum. Secundum aufert homini ſeipſum: qꝛ ocioſus in nullo ẽ
ſibi fructuoſus. Tertium aufert homini proximuꝫ. Prima pars habet
duas. Quia primo excludit pecunie omnimodaꝫ receptionem. Scđo ꝓ
uidens ſubditoꝝ quieti: imponit prelatis circa procurationem neceſſari
orum ſollicitudinem. ibi. tamen pro neceſſitatibus infirmoꝝ. Dicit er
go ꝓ primo. Precipio firmiter fratribus vniuerſis. Circa qđ ſciendum
qꝫ pecunia terrenum nomen eſt redolens magis auaritiam q̃ modũ di
uitiarum vt dicit Auguſti. vij. de ciuitate dei. ca. xij. Dicitur pecunie voca
bulo large quicqđ temporaliter poſſidetur. Unde auguſti. li. de doctrina
chriſtiana dicit. Totum quicqđ homines in terra poſſident: oĩa quorũ
dñi ſunt pecunia vocatur: ſiue ſit ſeruus ſiue ager. Aliomodo dicitur pe
cunia ſtricte quod eſt menſura cõmutationis rerum: ⁊ ſic accipitur actuũ
viij. vbi dicitur. Pecunia tua tecũ ſit in pditionem. Volens igitur dñs
per ſeruuꝫ ſuum franciſcum auaritie radicem penitus excludere ab hor
to concluſo ⁊ fonte ſignato: precepit ne recipiant fratres denarios vel pe
cuniam vel vllam poſſeſſionem terrenam in pecoribus: ſiue generaliter
in omnibus q̄ pauptatem altiſſimam labefaciunt. Et precipue loquitur
de pecunia numerata. Hoc autem trahitur ab euangelio Matth. x. No
lite poſſidere aurum neqꝫ argentum neqꝫ pecuniam. vbi dicit glo. Duo
ſunt genera neceſſarioꝝ: vnuꝫ quo neceſſaria emũtur: aliud ipa neceſſaria.
Per pecuniã in zonis vnde illa emũtur: per perã quod emit ⁊c̃. Hu
ius autem inhibitionis facte aplis ſeptem ſunt precipue rationes. Pri
ma eſt ſuſpitionis excluſio ad efficatiam predicationis. Secunda ẽ ter
rene ſollicitudinis pfecta extirpatio: ad cõmendationeꝫ celeſtis ꝓuiden
tie circa illos qui diuinis vacant obſequijs. Et has duas rationes tangit
hierony. in glo. dicẽs. Si hec haberẽt: non viderent̃ cauſa ſalutis homi
num predicare: ſed lucri: ꝓpterea vite neceſſaria amputat: vt apli docto
res vere religionis q inſtruebant omnia diuina ꝓuidentia gubernari: ſe

Prima pſ pri
cipalis iſtiꝰ ru
brice.

nota

ipſos oſtenderent nihil cogitare de craſtino. Hec Hiero. ¶ Tertia cau-
ſa huius mandati eſt declaratio virtutis ipſius domini ſaluatoris. Vñ
p̄o iſtis tribus cauſis dicit Chryſoſ. ſup̄ mattheũ. Multa per hoc vnũ
ↄmendauit. Primũ quidẽ non ſuſpectos faciens apoſtolos. Secundo
eruens eos ab omni ſollicitudine: vt vacatiõez dĩ verbo tribuãt. Tertio
docẽs eos ſuã virtutẽ. Hoc nempe poſtea dicit. Nũquid aliquid defuit
vobis cum miſi vos nudos ⁊ diſcalciatos. ¶ Quarta cauſa eſt perfecta
omnis amoris mũdani deſpecio: q̄ꝛ maxime inter poſſeſſiões cupidas
ſolent haberi pecunie. Eccle. decimo. Pecunie obediunt oĩa. Idem. v.
Auarus non implebitur pecunia. Et Ambroſius de officijs. dñs ad di-
ſcipulos ait. Nolite poſſidere aurũ neq̄ argentũ: quo velut falce in hũa-
no pectore ſuccidit pullulãtẽ auaritiã. Chryſoſ. ſuper idẽ. Radicẽ malo
rum confeſtim euellens ait. Ne poſſideatis aurũ neq̄ argentũ. Non di-
xit. Non accipite vobiſcũ: ſed etiã ſi poſſibile ſit aliunde accipere: fugite
periculoſam hanc egritudinẽ. ¶ Quinta cauſa eſt: vt ſtatũ innocẽtie iper
dite vt erat poſſibile renouaret. In qua ſi homo ſtetiſſet oĩa fuiſſent cõĩa
⁊ nulla ꝓprietas ↄtracta fuiſſet ad multitudinẽ aliquã vel pſonam. Vñ
Chryſo. dicit ꝙ hoc dixit: vt doceret eos ad ſtatũ in quo homo erat an
te peccatũ recurrere. ¶ Sexta ratio eſt ad doctrinã pfectiſſime libertatis
q̄ꝛ vt dicit Hiero. in epiſtola. Nemo pfectiꝰ erogat: q̄ȝ qui nihil ſibi reſ
uat. Et ſi beatiꝰ eſt dare q̄ȝ accipe vt dicit Actuũ. xx. Beatiſſimꝰ eſt qui
oĩa ſua dedit: ⁊ vt eſt poſſibile pauciſſima ecõtra recipit. ¶ Septima cã
eſt indiuiſa cordis intẽtio circa p̄dicationẽ verbi dei. Unde Chryſo. ſu
per idẽ. Orbi terraꝝ deꝰ doctores miſſurꝰ erat: ꝓpter hoc angelos eos
ex hoībꝰ ↄſtituit: ab oĩ abſoluẽs huiꝰ vite ſollicitudine: vt vna ſola retine
ant cura: q̄ eſt cura doctrine. Hãc igitur vitã apoſtoli tenuerũt ⁊ añ paſ
ſionẽ dñi ⁊ poſt. Unde Actuũ. iij. Pauperi elemoſynã petenti reſpõdit
dit petrus. Argentũ ⁊ aurũ nõ eſt mihi. glo. Memoꝛ p̄cepti dñi dicẽtis
Nolite poſſidere aurũ ⁊c̃. ãbro. ſup Lucã ait. Apl̃us petrꝰ primꝰ execu
toꝛ dñice ſnĩe: oñdit nõ in vacuũ effuſũ dñi mãdatũ. Cum enim a paupe
poſceret: vt ei aliq̄d pecunie largiret: ait. Argentũ ⁊ aurũ ⁊c̃. Non tam
in hoc gl'iatur petrus ꝙ aurũ ⁊ argentũ nõ habeat: q̄ȝ ꝙ ſeruet dñi mã
datũ dicentis. Nolite poſſidere ⁊c. hoc eſt. Uides me diſcipulũ chriſti: ⁊
aurũ a me reqris? Hec Ambro. Aug. dicit idem tertio de mirabilibꝰ ſcri
pture. penul. ca. Hoc idem etiã ſeruauit paulꝰ. Vñ Chriſoſ. de laudibꝰ
pauli. Paulꝰ pecuniã nõ poſſederat: nam ⁊ ipe dixit. Uſq̄ in hãc horã
⁊ eſurimꝰ ⁊ ſitimus. Idem patet de ſancto Joãne euangeliſta in legẽda
ſua. Dixerũt eni. Nulla rõne poſſumus accipe aurũ aut veſtes aut do-
mos aut aut predia aut ſeruos ⁊c̃. Dictũ aduertendũ eſt: ꝙ p̄ceptum
erat apl̃is nihil habere vt ſupra viſũ eſt. Et hoc ſeruauit petrꝰ cũ alijs
Permiſſũ eſt aũt viuere de cibis ⁊ predijs alienis: ⁊ nõ preceptũ. Vñ
Chryſo. vbi ſupra. Oĩbus eos denudans omnia eis dedit: permittẽs
eos manere in domibus illorũ quos docent: ⁊ nihil habentes introire.
Hoc idcirco dixerim: quia paulus precepta de nõ poſſidendo nec feren
do pecuniã ſeruauit: ſicut Chryſo. expreſſe in libro dicit de laudibꝰ pau

li pmiſſionē antē de accipiendis corpori neceſſariis ab auditoribus ali-
qn̄ tenuit: vtēs iure ſuo. Unde. ij. ad Corinthi. xi. Alias ecclīas expoliaui
accipiēs ſtipendiū ad miniſteriū vr̄m. Aliqn̄ nō tenuit ſublim⁹ ābulan-
do. Unde prima ad Theſſalo. ij. Nocte ⁊ die laborātes ne quē vr̄z gra-
(C. i. rō ꝯ p̄fa-) uarem⁹: p̄dicauim⁹ euangeliū dei in vobis. Preceptuz ergo fuit nihil
(tā ſniam de a-) habere. Permiſſuz vō nō p̄ceptū in menſis ⁊ de mēſis viuere alienis.
(poſtolica pau-) ¶ Sed predicte ſnie de ap̄lica pauptate videtur eſſe ꝯtrariū: ꝙ dn̄s ip̄e
(ptate.) legit̄ loculos habuiſſe Jo. xij. ⁊. xiij. Sufficit ergo diſciplō ſi ſit ſicut ma-
(C. ij. obiectio) giſter eius. Matthei. x. ¶ Itē ſi hoc verū eſſet: tunc ep̄i ⁊ clerici alij a tpe
(ꝯ ſniam eādē.) ſiluestri eēnt in ſtatu dānatiōis vt dicūt Manichei: habēt eni aurū ⁊ ar-
gentū. ¶ Itē ex eadē rōne videt̄: ꝙ iſta vita ap̄lica nō ſit alijs ꝙ̄ p̄latis
(C. iij. obiectio) ecclīe ap̄lis ſuccedētib⁹ imitāda: ⁊ ſi nō illis nec alijs. ¶ Itē ſi aliqb⁹ imi-
tanda: ſufficiens videret̄ eam imitari eis in itinere cōſtitutis: ⁊ nō in do-
(C. iiij. obiectō) mo manentibus: vbi oportet per depoſita futuris periculis obuiare.
¶ Unde Aug. de ſermone dn̄i in monte exponens illud. Nolite eſſe ſolli-
(C. Rn̄. ad. i. ob-) citi ⁊c. dicit. Satis apparet dn̄m nr̄m nō hoc improbare: ſi quis huma-
(iectionem. ſ. de) no modo iſta p̄curet: ſꝫ ſi qs ꝓpter iſta deo militet. ¶ Ad primū r̄ndet
(loculis.) Chryſo. ſuper Joannē. Ome. lxxi. vbi agit̄ de loculis dn̄i dicens. q̄liter
nō virgā neq̄ peram nō es iubens deferre: marſupiū ferebat ad inopū
miniſteriū: vt diſcas quā valde pauperē ⁊ crucifixū hm̄ōi oportet face-
re multā p̄curationē. Multa enim ad noſtraꝫ diſpenſans doctrinā age-
bat. Hec Chryſo. Habuit ergo loculos pro alijs ⁊ hoc dupliciter. pro a-
lijs perfectis eccleſie. ſ. p̄latis: vt doceat eos ꝓ neceſſitatib⁹ pauperum
releuādis habere loculos. Unde Aug. ſuper Joan. Omel. lx. Habebat
dn̄s loculos a fidelibus oblata reſeruātes: ⁊ ſuorum neceſſitatib⁹ ⁊ alijs
indigentibus tribuebat: tunc primum eccl̄ie pecunie forma eſt inſtituta.
Hec Aug. In ſuos aūt vſus nūq̄ expreſſe legit̄ dn̄s loculorū pecunias
ꝯuertiſſe: imo magiſ pretēdit̄ ꝯriuꝫ ſup illud Mat. xvij. Solue didrach-
ma vbi legit̄ dn̄s ſoluiſſe didrachma miraculoſe: de pecūia miraculoſe
i ore piſciſ repta. Ibi .n. dicit Hiero. i glo. Dn̄s tante fuit pauptatiſ. vt
vn̄ daret tributa nō hēret. Judas qdē loculos in cōi hēbat: ſed res pau-
perū i vſ⁹ ſuos cōuertere nefas duxit: idip̄m dans exemplū vobis. Hec
hiero. Itē hūit loculos ꝓ alijs infirmis ⁊ imperfectis: qui habent locu-
los ꝓ ſe ipſis: qui ꝗ ſi ſint p̄fecti reſpectu hn̄tiū ꝓpria vel mlta ⁊ magna
cum ipſi habeāt pauca: ſūt tn̄ imperfecti i hoc reſpectu illoꝝ qui nihil ha-
bēt penitus in hoc mundo. Quia nihil habentes penitus ſunt in ſum-
mo gradu in hac parte: vt eſt poſſibile ſtatui humano a mundi periculis
⁊ illecebris abſoluti. Unde Hugo ſup pſal. x. dicit. Habebat Jeſus lo-
culos ꝯformans ſe imperfectis. Chriſtus in numero imperfectoꝝ inue-
niri voluit: ne preſumerent nō accipientes: ⁊ confunderētur accipiētes
Et ſuper illud pſalmiſte p̄ducens fenū iumētis dicit Aug. Habuit dn̄s
loculos vt dictum eſt de quibuſdā feminis religioſis que miniſtrabant
eidem de ſubſtātia ſua. Futurus erat Paul⁹ nihil tale aliquādo regrēs
Sed quia multi infirmi iſta queſituri erāt: magis infirmoꝝ pſonā ſuſce-
pit dn̄s. Ergo ſublimius Paulus? Nequaq̄. Sublimius chriſtus q̄

miſericordiis. Cum enim videret paulum iſta non queſiturū: preuidit
ne dānaret queſiturū: ⁊ prebuit exemplum infirmo. Hec Aug. Qꝛ autē
dicit ꝙ preuidit paulū non iſta queſiturū: intelligendū eſt aliqñ ⁊ nō ſem
per: aliqñ enī accepit ⁊ aliqñ non vt ſupra patuit. Qui igitur tm̄ ꝓ alijs
hñt loculos ad hoc auctate eccl'ie ꝯpulſi: ⁊ ſi q̄ſtū in ſe eſt optent ꝓ ſe ca-
rere loculis: ad ſe aūt ſeruātes diſtrictionē pauptatis vt patiꝫ īfirmitas
dū ſunt in alios affluētes: ſic nō habenꝫ loculi in doctrine preiudiciū vel
impedimentū: ſed eos hñt ſine oī impfectiōe: qꝛ ꝯueniūt cū chriſto ī ha
bendo: ⁊ in habendi rōne. Qui aūt habent loculos ꝓ ſe ipis: habent eos
vt infirmi ꝯueniētes cum chriſto in hñdo: ſed non in habendi modo: qꝛ
ipſe non habuit loculos ꝓ ſe ipſo: vt viſum eſt. Sȝ cum hac infirmitate
tanto ad pfectionē appropinquāt: quāto paucioribꝰ ſunt contenti. Ecce
ꝙ chriſtus legē datā apl'is de loculis nō hñdis: ipē cōpleuit circūeūdo
per caſtra: in qbus non habuit vbi caput ſanctiſſimū reclinaret. Et lȝ quo
dāmodo infirmū videatur ſm genus ſuū reſpectu pfectiōis pauli neceſ
ſaria recipe illo mō quo deꝰ recepit a mulieribꝰ ſecū itinerātibus: ⁊ come
dēdo in menſis alienis: eſt tñ longe ſublimiꝰ ſic de mēſis alienis viuere
ꝙ nihil ex eis poſſeſſorie habeatur: q̄ȝ depoſitum recipe ⁊ pecuniam cū
refertis promptuarijs poſſidere. Propter qꝺ dominus ſingularis per
fectionis modū illum in exemplū cōmendans: apl'is habere loculos in-
terdixit: ⁊ ipſe moduȝ ipm maiori parte vt oſtenſum eſt cuſtodiuit. Un-
de nūq̄ȝ in textu euangelico mētio fit de loculis: niſi ſexta die añ articu-
lum paſſionis: vbi de Juda dicitur ꝙ fur erat ⁊ loculos habens. Joan-
nis. xij. Et infra. xiij. dicitur ꝙ quidam putabant quia loculos habebat
iudas, ꝙ dixiſſet ei Jeſus, emeꝺque nobis neceſſaria ſunt. Circa illud eti
am tempus imo ipſa veſpera qua voluit comprehendi: diſpenſauit cū
apl'is vt poſſent habere loculos ſinguli durante rabie perſecutiōis mor
tuo ſaluatore. Unde Luce. xx. Qñ miſi vos ſine ſacculo ⁊c̄. nūquid ali-
quid defuit vobis? ⁊c. Sed nunc qui habet ſacculum ⁊c̄. Ibi gloſa. Be
de dicit. Non eadem viuendi regula perſecutionis qua pacis tēpore di
ſcipulos informat. Miſſis enī diſcipulis ad predicandū: precepit eis ne
quid tollerēt in via: ordinās vt qui euangeliū pdicat: de euagelio viuat.
Inſtāte aūt mortis articulo ⁊ tota illa gente paſtorem ſimul ⁊ gregē p-
ſequente: congruā tempoꝝ regulā decreuit: pmittens vt tollant victui
neceſſaria: donec ſopita pſecutoꝝ inſania tēpus euangelizandi redeat.
Hec glo. Igitur apoſtoli miſſi ad predicandū loculis caruerūt. Tēpore
vero paſſionis ⁊ perſecutionis diſpenſatiue loculos ꝓ ſe ipſis habuerūt
Tertio bona multitudinis ad tempus diſpenſauerūt: ⁊ illā diſpenſatio
nem tanquā impeditiuā verbi dei dimittentes: ad primariā reuerſi nu-
ditatem: loculis caruerūt, vt ſupra viſum eſt. Preterea licet dño volēte
portari fuerint loculi a Juda pditore: nō tñ videtur in eis aliquid iuris
poſſeſſorij vēdicaſſe. Unde Joānis quartodecimo. Uenit princeps mū
di huiꝰ ⁊c̄. glo. Noluit dominꝰ habere qꝺ pderet: venit pauper: ne ha-
beret diabolus quod auferret. Rñdeo ergo breuiter ad obiectum de — Concluſio reſ
loculis: ꝙ chriſtus aliquando habuit loculos pro alijs: vt ad hoc infor- — pō. ad. i. argu

 — mentuȝ.

maret eccleſie p̄latos. Item habuit loculos pro infirmis ↄſolādis: qui habent loculos p̄ ſe ipis. ſic in eoꝝ ſolatiū fugit cū q̄rerẽt lapidand⁹: ne deſperēt ſi aliq̄n fugiāt perſequētes. Sic in exemplo fortiū ſe obtulit in paſſiōe: ⁊ pro ipſis in paupꝑtate informādis caruit loculis: q̄ſi nec ſemꝑ habitos tenebat poſſeſſorie recōditos: vt qui h̄nt pro ſeipis ⁊ non gr̄a diſpenſatiōis loculos: ſciant ſe in hac parte pfectiōis apicē non tenere. Et cū dicit. Sufficit diſcipulo. R̄ndēdū eſt ꝙ magiſter vn⁹ diuerſos docet diſcipulos: ſingulis in ſuis gradib⁹ ↄdeſcēdens: ſicut ap̄lus inter pfectos loquebat ſapiaꝫ: lac dans paruulis ad eſcā. Nō debet diſcipulo ſufficere lactis capaci in lacte ſemꝑ ſiſtere etiam ſi lac bibat magiſter ei ↄdeſcendens: ſed magis ad hoc tendere: vt ſolidi cibi ſit capax. Ita in propoſito non debet diſcipulo ſufficere vt ſit ſicut magiſter ei⁹ infirmis ↄdeſcendens: niſi vt ē poſſibile gradatim in artis apicē ſe extendat. Vn̄ illud verbū ſufficit diſcipulo: pro ſolatio tribulatiōis dictuꝫ eſt ſpāliter:

Reſpō. ad ſecundā obiectionem. vt. ſ. in magiſtri exēplo i tribulationū ſufferētia viriliter pſeuerent. ¶ Ad ſcd̄m dicendū ꝙ illa manicheoꝝ calumnia proceſſit ex inſipientia manifeſta. Predicta enim paupertatis diſtrictio nō fuit impoſita ap̄lis vt p̄latis: cum nōdum illo tp̄e prelati eſſent nec etiā ſacerdotes: ſed tantum autentici p̄dicatores miſſi toti mundo in ſanctitatis exemplū: vt ſuperi⁹ eſt oſtenſum. Unde illa paupꝑtatis diſtrictio nullos ligat alios: niſi illos qui ad hoc ſponte ſe obligant ꝑpter chriſtū. Non ſolum ergo poſt ſilueſtri tēpora imo ſtatim in eccleſie principio ipſi diſcipuli chriſti inſtituerunt prelatos in ſuarū curarū cuſtodijs reſidētes: quib⁹ nūq̄ꝫ fuit interdictū habere bona eccleſie ſibi neceſſaria in ſe ⁊ ſuis ſubditis paupib⁹ eroganda. Succedūt ergo ep̄i apoſtolis in culmine auc̄tatis eccl'ie in obligatione ⁊ debito virtutis ⁊ ſanctitatis: ſed nō in forma illi⁹ diſtricte diſcipline ⁊ paupꝑtatis debito ſupradicta. Hoc reperies notū. xij. q. i. c. viij videntes. Et Bernard⁹ ſcd̄o de ↄſideratiōe. Nec eſt locus ocio vbi ſedula viget ſollicitudo oīum eccl'iaꝝ. Nā quid tibi dimiſit ſanct⁹ Petrus. Qd̄ habeo inq̄t tibi do. Quid eſt illud? Unum ſcio neq̄ꝫ aurū neq̄ꝫ argētū: cū ipſe dicat, argentū ⁊ aurū. ⁊c̄. Eſto vt alia quacūq̄ꝫ rōne hoc tibi vēdices ſed non ap̄lico iure: nec tibi dare qd̄ nō habuit potuit. Hec Bernar.

Reſpō. ad. iij. obiectionem. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ p̄lati ad illam vitam non tenent: q2 indifferēter oībus preponit eam volentibus imitari. Unde Hiero. ad helbidiā. Uis perfecta eſſe ⁊ in primo ſtare faſtigio dignitatis? fac quod fecerūt ap̄li. Uende oīa q̄ habes ⁊c̄.

Solutio ad iiij. obiectiōeꝫ ¶ Ad quartū dicendū ꝙ iſta apoſtolica perfectio non eſt ſolum in itinere ſed domi etiam obſeruanda: vt nullum depoſitū pecunie habeatur ab his qui perfectionis regulam imitantur. Unde Chryſoſ. ſuper mattheum. Omel. xxxiij. in fine expoſitionis lr̄alis de non poſſidendo aut portando aurum vel argentū: dicit ſic. Si in aliena patria exiſtentes ad ignotos abeuntes nihil amplius oportet petere quotidiano cibo: multo magis domi manentes. Item. xxij. Luce ſuper illud. Nunc qui habet ſacculum dicit glo. In hoc nobis datur exēplum: vt nōnūq̄ꝫ cauſa inſtante quedā de noſtri propoſiti rigore ſine culpa poſſumus intermittere. Uerbi gratia. Si p hoſpitales regiones iter

agim⁹: plura viatici cauſa licet portare q̄ȝ domi habeam⁹. Et expreſſe ī
euāgelio apte prohibet apoſtolis poſſidere pecuniā ⁊ portare vt patet
ex hiero. ſuper Mattheum ibidem. Et Rabano. Hec fuit paupertas apo
ſtolica ante paſſionem ⁊ poſt ad tempus: tamē medio tempore paulu-
lum diſpenſatione dñi interrupta. Nec tamen oēs vt dictū eſt ad hoc te
nenē. ¶ Et illud verbū Auguſtini loquens de cōi ſtatu oium: p̄cedētib⁹ ¶ Rñ. ad auctoritatē aug. ſup̄ allegataꝫ.
nō repugnat. Sed iſtū regule articulū frēs p̄uaricari videt̄: dū recipiant
alij ꝓ eis ſibi pecunias erogatas. Si eni ille facit cuius auctāte fit: ipoꝝ
aūt auctāte pro libitu coꝝ ſuis familiaribus pecunie pluries ꝯmendāt̄
ac aliquotiens extra dñi ptātem: ergo ipſi pecuniam recipiūt vt videt̄.
Ad hoc patet rñſio: quoniā dare ⁊ recipere opponūtur relatiue. Igit̄ de
neceſſitate ſicut dare ſe habet ad dñij tranſlationē ⁊ priuationē dantis:
ita ſe habet recipere ad dñij acquiſitionē. Sicut ergo nullus dat aliqd
niſi intendat ſe priuare dñio eius quod dat ⁊ ipm̄ transferre in alium: ſic
nec recipit proprie aliquid ſm̄ q recepti opponitur donationi: niſi ſꝫ
quod intendit ſibi rei dñium acquirere. Verſus. Non tibi dat quiſq̄ ni
ſi quo vult expropriari. Nec tu quid recipis niſi velis ei dñari. Nāq̄ re-
cepta data ſibi ſunt aduerſa relata. dās ſua priuatur: recipit qui poſt do-
minat̄. Argumentū aūt factū ex falſa ſuppoſitione procedit: quia nō fra
trū ſed mittentium auctāte pecunia cuſtoditur. Unde dñium apud mit-
tentes ſemper ibi remanet: donec ſit pro fratrum neceſſitatibus ꝯmuta
ta qd̄ probatur. Quia dicit. l. ff. de acquirenda rerum dñio. Idem in bo-
nis noſtris habere intelligimur: quotiens poſſidentes exceptionē aut a-
mittentes ad recuperandū eam actionem habemus. Cum ergo ille qui
miſit pecuniam ſi viuit poſſit eaꝫ repetere ſicut ſuam: nūq̄ a dñio ſuo re
ceſſit: nec in ius tranſit alienū. Forte dices q mittens pecuniam inten
dat ſe priuari illius dñio. Fateor q verum eſt: ſꝫ mō licito ⁊ fratrib⁹ ho
neſto. Cum enim intendat fratres habere apud deum interceſſores: nō
intendit eos ob vſum pecunie regule ſue conſtituere p̄uaricatores. Ma-
net ergo ſēp pecūia in bonis eius: donec ſit ꝓ fratrum neceſſitatibus cō
mutata. Amplius ponam⁹ q intendat ſe priuari dominio pecunie ſta-
tim vt eſt alicuius fratrū familiari cōmendata. Dico q adhuc a fratri-
bus non recipitur: cū non intendant q aliqua pro eis recipiatur pecu-
nia ſicut ſua: nec omnino conſentiant q eis poſſeſſio acquiratur: ſine cō
ſenſu aūt nō acquirit̄ poſſeſſio. Unde dicit. l. ff. de acquiren. poſſeſſione
q in amittenda poſſeſſione affectio eius qui poſſidet eſt intuēda. Itaq̄
ſi in fundo ſis ⁊ tñ nolueris eū poſſidere: ꝓtin⁹ amittes poſſeſſionē. nec
etiā ſine volūtate donatoris trāſfert̄ dominium vt patet. ff. de acq. rerū.
⁊ dominio. Unde cū dator pecunie intendat eā dare: tñ vt poſſit in fra-
trū vſum ꝯuerti: nūq̄ vult in eos dñium transferri: ſꝫ tm̄ ꝓ ipoꝝ neceſſi-
tatib⁹ ꝯmutari. Ponamus q pecunia tradat̄ p manus diuerſas vſq̄
ad centeſimā pſonā datori penitus ignotā. Dico q adhuc manet in bo
nis eius: eo eni mō quo tenuit eā auctāte ſua p̄mus: tenet ſcd̄us tertius
⁊ milleſim⁹. q: dicit. l. ff. de acq. reꝝ do. q traditio nihil ampli⁹ trāſferre
dꝫ vel pōt ad eū qui accipit: q̄ȝ apud eum qui tradidit. Unde ſemp pōt

repetere huiuſmodi ſicut ſuam: qui ipſam pro fratrū neceſſitatib⁹ ɔmen dat. pōt etiam mutare volūtatē ſuam ⁊ pro tanto repetere. Aliter eſt in vltimis volūtatibus defunctoꝝ: qꝛ voluntas eorum eſt imobilis, et iō ſi contingat executores repetere pecuniā malicioſe pro fratrū neceſſitati bus ɔmendatā: non eſt reſtituenda: cū ſint ɔtrarij ipi⁹ teſtatoris vltime voluntati. Qꝛ ſi ipſi malicioſe pecuniam detinerent ɔtra formā teſtamē ti: nec eam velint cōmendare alicui fideli pro fratrū neceſſitatib⁹ diſpē ſandā: pñt fratres ordinarijs denūtiare iniuriam defuncti ⁊ ſuā ſine pfe ctionis ſue aliquo detrimento: nec tamen iudicialiter repetere ſicut ſuā: qͣuis ſit eis dbita quecunqꝫ portio teſtamenti. Qꝛ ſi queras cuius ſit pe cunia legata: dico ꝙ manet in bonis defuncti erogandis: nō heredibus reſeruandis. Unde ſi fratres eā oīno reſpuant: debet alijs pauperib⁹ ero gari. frēs igitur nullo mō nec in pecoribus nec in quibuſcūqꝫ alijs reci piunt pecuniam nec mutuo, nec dono, nec legato, nec per ſe, nec per inter poſitā perſonā: quia nec dñium nec poſſeſſionē ſibi intendūt acquirere cōe vel ꝓprium vllo mō. Nomē. n. pecunie poſſeſſionē ſonat. ꝓpter qð etiam ioui nomen pecunie impoſitum eſt: cuius ſm fabulas omnia ſūt vt docet Augu. de ciuitate dei libro. vij. xi. ⁊. xij. ca. Unde cum ſint diui tie celeſtes ⁊ terrene: pecunie nomē tm̄mō terrā ſonat: ſicut docet Aug. ibidē. Et ꝙ noie pecunie viliſſime ⁊ ɔtumelioſiſſime deus nūcupatur: cum tamē idē diues dicat. Recipere igitur pecuniā eſt recipere poſſeſ ſionem. Hec eſt igit ſūma predictoꝝ. ſ. ꝙ fratres non recipiant per ſe vł per interpoſitam perſonā pecuniā. Patet tam apte pecuniā mittētiū vel dñoꝝ: qͣꝫ aparte ipſam recipientium vel nūtioꝝ qꝫ etiā aparte fratꝝ ipoꝝ. Qm̄ mittentes non intendunt fratres facere ꝑuaricatores: quos volunt habere pro ſe interceſſores. Receptores etiā pecunie cuſtodiūt eam non auctate fratrum ſed mittentiū: licet cuſtodiant eam ad volūta tē eoꝝ. fratres etiā non intendūt in pecunia ſic miſſa vel cuſtodita ius

Hec ē ſcða ps ꝑncipal' huius rubrice.

poſſeſſionis vel dñij ſibi aliqualiter vēdicare. ¶ Sed pro ſcða parte hu ius rubrice ſubdit. Tm̄ ꝓ neceſſitatib⁹ infirmoꝝ. ne maneant deſolati: ⁊ alijs fribus induendis: in quibus alie nec͞itates maiores itelligūt. Mi niſtri: quoꝝ eſt miniſtrare ⁊ non miniſtrari exemplo chriſti. Mat. xx. Et cuſtodes quoꝝ eſt curam gerere infirmoꝝ. Nam ſamaritan⁹ cuſtos in terptat qui curam habuit ⁊c. Noia āt cuſtodū ⁊ miniſtroꝝ ⁊ ſi diuerſis appropriātur: tñ circa eaſdem pſonas dicunt modū officij in hoc ordine ꝑlatoꝝ. Miniſteriū dicit hūilitatē: cuſtodia aūt vigilātiā inſinuat paſto ralē: ne ꝓpter hūilitatē ſic dimittat auctoritas: ⁊ euigilātiā: ne periclite tur ordinis diſciplina. Unde Eſa. xxi. ſuper cuſtodiā meā ego ſum ſtans totis noctibus. Propter qð ipſe general's miniſter cuſtos inferi⁹ in re gula appellat. Hic aūt noie cuſtodū etiā guardiani intelligūt: qui hñt imediate cuſtodire ⁊ intēdere paſtorali cure. Iſtis ergo cura ⁊ ſollicitu do tm̄ imponit: ⁊ hoc pp duo. ſ. vt nullus ſine ipis ſit ſollicitus. Et qꝛ di ſpenſatio eſt neceſſaria ſm varios ſtatus: de qua addit: ſm loca ⁊ tpa ⁊ frigidas regiōes. Iuxta has igit neceſſitates neceſſe eſt diſpenſatiue tē perare rigorē: ⁊ tpamentū a ſolis miniſtris ⁊ cuſtodibus in quib⁹ guar

diani intelligunt̄ debere fieri hoc doct̄. ¶Eo ſemꝑ ſaluo vt ſicut dictum
eſt) denarios vel pecuniā ⁊c. Hoc idcirco replicat: ne ꝑꝑ vllius neceſſi-
tatis piculū ſuſtineāt labefieri ordinis puritatē: ſciēs per taliū receptio-
nē ſub falſo ꝑtextu neceſſitatis plures in clero ⁊ clauſtro ⁊ deo ⁊ hoib⁹
viluiſſe: eo ꝙ radix iniquitatis antiochus qui interꝑtat̄ ſilentiū paupta
tis: templū dei legit̄ in machabeoꝝ hiſtoria ꝓphanaſſe: ⁊ ꝯtenebreſcen-
te ſtudio ſapie q̄ſi ſole: luna ſtudij ⁊ ſcie in ſanguinē eſt ꝯmutata. Hec ē
radix ſapie btō frāciſco diuinitus inſpirāta: ne vepꝛib⁹ ⁊ ſpinis pene in
vniuerſa terra exiſtētib⁹: terroꝛ ſpinaruꝫ ac vepꝛiuꝫ veniat in hoꝛto ſuo:
quia de ſpinis vue minime colliguntur.

## ¶Capitulum quintum.

FRatres quibus dedit dn̄s gratiā laboꝛandi
¶Poſt excluſum periculū inde: hic excludit piculū religi
onis: ne ſponſa chriſti panē comedat ocioſa. Primo in-
format laboꝛabiles ad laboꝛem: ſcd̄o ſubdit laboꝛādi tri
plicē rōnem. ibi ita ꝙ excluſo ocio. ¶Pꝛo pꝛimo dicit.
Fratres quibus dn̄s. nō dicit oēs: ſed illi quibus dedit dn̄s grām labo
rādi. In hac grā intelligo vires coꝛpis ⁊ habitū artis acq̄ſitū: ac habili
tatē etiā artē acgrēdi. ¶Laboꝛent fideliter reſpectu ſui ⁊ ꝓximi ⁊ deuo-
te reſpectu dei: vt ſcilicet laboꝛ ipſe in gloꝛiam dei dirigatur. ¶De cuiuſ Scd̄a ps principalis iſti⁹ capituli.
modi aūt loquitur laboꝛis genere: patet ex rōnibus laboꝛis: q̄ ſunt tres
.ſ. excluſio ocioſitatis: inflāmatio deuotionis. adeptio etiā ſuſtētatiōis
neceſſarie coꝛpalis. Voluit ergo ſanct⁹ frāciſc⁹ ſūme fribus imponi ex-
ercituū: quod ꝑfectiſſime excludit ocium: quod ſūme nutrit deuotionis
affectum: quod laudabilioꝛi modo coꝛpoꝛi neceſſaria ſubminiſtrat. La
boꝛ autem coꝛpoꝛalis ⁊ ſi excludat ocium a coꝛpoꝛe: tamen pꝛo tanto
ad modicum vtilis eſt: quia a coꝛde ſoꝛdes ⁊ ocium non excludit: ſicut
patet in mechanicis: qui inter laboꝛes coꝛpoꝛales ſolent turpiſſimos
ſermones eructare. Studium vero ſapientie ipſum coꝛ occupat. Pꝛo-
uer. xxiij. Pꝛebe mihi fili mi coꝛ tuum. Et Sapien. octauo. Laboꝛes hu
ius magnas habent virtutes. Ideo dicit. ita ꝙ excluſo ocio anime ini-
mico. Eccleſi. xxxiij. Multa mala docuit ocioſitas. Hierony. ad Euſto
chiuꝫ. Teneas firmiſſime ꝙ omnis concupiſcentie ⁊ immundicie ⁊ pec
cati mater eſt ocioſitas. Item laboꝛ ipſe ſapientie excitat ſumme deuo-
tionis affectum. Sapien. octauo. Immoꝛtalis eſt in cogitatione ſapien
tia: ⁊ amicitia illius delectatio bona: ⁊ in operibus manuum illius ho-
neſtas ſine defectione. Ideo addit. ſancte oꝛationis ⁊ deuotionis ſpiri-
tum non extinguant. Modus autem laudabiliſſimus coꝛpoꝛi neceſſa-
ria acquirendi eſt in pꝛedicationibus ⁊ doctrine laboꝛibus exerceri. La
boꝛ eniꝫ mechanicus condigne circa pꝛecia compenſatur. Non eſt aūt
digna cōpenſatio receptio coꝛpoꝛalium ſpūalia ſemināti. i. Coꝛinthio.
ix. Si nos vobis ſpūalia ſeminauimus: magnū eſt ſi nos carnalia vr̄a
metamus? Ideo addit. De mercede vero laboꝛis coꝛpꝛis neceſſaria reci
piant. Luce. x. Dignus eni eſt operarius mercede ſua. Hoc apoſtolis

exiſtentibus p̄dicatoribus dictum eſt: qꝛ prelati nõ dum illo tp̄e erant vt
ſupra patuit. Et vt di. Auguſti. libro de monachoꝝ opere: quattuor gene
ribus hominum licet de euangelio viuere: ſcʒ miniſtris altaris q ſacrifici
um offerũt pro populo: eidem diuina cantica decantando. Item diſpen
ſatoribus ſacramentoꝝ ⁊ euangeliſtis: ac illis qui ante cõuerſionem ſuã
habebant ſufficienter vnde viuere poterãt: qd̃ pauperibus erogauerũt.
¶ Preter denarios vel pecuniam. Ne aliquo modo tranſeat in ius or
dinis. Qd̃ nomen tertio inhibet ꝓpter triplex genus pecunie: ſcʒ mine
ralium: terrenaſcentiuʒ ⁊ pecorum ⁊ a q̄bus pecunia eſt appellata. vnde
ipſe dñs vniuerſe pfectionis exemplar nũqꝫ legitur aliquo laboris genere
laboraſſe: ſciens ꝙ licet paulus q habuit ſpiritũ in plenitudine ⁊ ſapien
tiam ſine ſtudij laborẽ ſtipẽdiario laborauerit: nõ põt tñ hoc cõiter fieri
ab his q circa ꝓcurandaʒ ſalutẽ hominũ ſunt ſolliciti vita ⁊ verbo: ſine
huius ſollicitudinis detrimento. Preterea labor ſapientie ſimpliciter ẽ
melior corporeo labore: quãuis in caſu labor ſtipendiarius poſſit eſſe ne
ceſſarius predicanti. Dominus igitur qd̃ ſimpliciter eſt predicanti meli
us eligens: nõ laborauit ſtipendiarie: ne doctores nõ laborantes argurẽ
tur: vel labore tali impedirentur. Unde nec paulus vbiqꝫ ſed alicubi la
borauit. Quia igitur quidam fratrum gratiã habent laborandi ſpiritua
liter: quidã vero corporaliter tm̃: oĩbus dans regulã generaleʒ: vt vnuſ
quiſqꝫ gratia ſibi data vtat̃: dicit frẽs q̄bus dñs dedit gratiã. Sʒ ne mer
cedis exactio turbet debitores: aut extra modũ mẽdicitatis degeneret:
addit. Et hoc humiliter ſicut decet ſeruos dei ⁊ pauptatis ſanctiſſime ſe
ctatores. Sciendũ ꝙ omne genus hominũ ad aliquod exercitij genꝯ vti
lis ꝓ loco ⁊ tp̄e obligatur p̄ceptorie. Gene. iij. In ſudore vultꝯ tui veſce
ris pane tuo. Unde q ad maiora apti nõ ſunt: p̄cepto apl̄i labore ſũt cor
poreo exercendi. Dicit enim. ij. thes iij. Audiuimus eniʒ inter vos quoſdã
ambulãtes inquiete: nihil opantes: ſed curioſe agentes. ijs aũt qui eiuſ
modi ſunt denũtiamus ⁊c̃. Impiũ eſt aũt illud quod ocioſis ⁊ curioſis
dr̃: velle ad alios extendere: q ſublimioribus ⁊ vtilioribus ſũt intẽti.

## ¶ Capitulum ſextum.

FRatres nihil ſibi approprient. Hic tertio ex
cludit tertiũ periculũ: qd̃ ſcʒ de appꝓpriatis ꝓprijs noſci
tur ꝓceſſiſſe. Et hec pars habet q̄tuor. Primo inhibet
appꝓpriationeʒ. ſc̄do iponit mẽdicitatẽ. ibi vadãt ꝓ ele
moſyna. tertio excitat ad pauptatis imobilẽ amorẽ. ibi.
Hec eſt illa celſitudo. q̄rto informat frẽs ad mutuã cõſo
lationẽ. ibi. Et vbicũqꝫ fuerint. ¶ Dicit ergo primo. frẽs nihil ſibi apꝓ
priẽt. ¶ Qꝛ frib' inhibuit receptionẽ pecunie: ne credat̃ ꝙ alia liceret ad
mittere vt pote imobilia: i generali ſmone excludit oĩa di. Nihil ſibi ap
ꝓprient: ſupple nec ꝓprietate pſonali nec generali ipſius cõitatis: ſicut
dicit papa regulã declarando. Unñ addit. nec domũ. nec locũ. nec aliquã
reʒ. Hoc quidẽ recte: qꝛ dicit Seneca. Tutiſſime viueret̃: ſi tollerent̃ duo
verba: meũ ⁊ tuũ. Planũ eſt his tp̄ibus ſummũ facere tumultũ i eccl̃ia
noſtrũ ⁊ veſtrũ. Sed tãqꝫ peregrini ⁊ aduene in hoc ſeculo in pauptate ⁊

humilitate dño famulātes. Intentio plane ē ſancti franciſci: vt fratres ſicut ſerui vtantur rebus in aliena poſitis poteſtate. ¶ Sed qdam aduerſarij ſanti franciſci ꝛ veritatis aliquãdo contra hoc obiecerūt: q̄r. xij. q. i. c. Expedit dicit Canō. Expedit facultates eccl'ie poſſideri: ꝛ ꝓprias ꝑfectionis amore contēni. Et conſequenter eodem capitulo ponitur exemplum de ſancto Paulino: qui omnibus ſuis ꝓprijs diſtractis: factus ē poſtea eccleſie epus: cuius facultates fideliſſime diſpenſauit. Subdit. Quo facto ſatis oſtenditur ꝛ ꝓpria debere ꝓpter ꝑfectionem contemni: ꝛ tamen ſine impedimento perfectionis poſſe eccleſie facultates diſpēſari: que ſunt profecto communia poſſidere. Hec ꝓſper. Ergo carere bonis communibus appropriatis: nihil addit perfectioni. ¶ Item videtur iſta forma viuendi falſum imponere eccleſie dei. Clerici ꝛ religioſi qui habēt bona eccleſiarū non ſunt domini: quia dicit. l. ff. de rerum diuiſione. l. prima. §. quod autem. ꝙ que diuini ſunt iuris: in nullius bonis ſunt. ergo clerici non habent dominium ſed vſum tantū. ¶ Item res quibus vtuntur fratres aut ſunt alicuius domini aut non. Si nullius: quare tūc ipi plus q̄ alij occupant? Si ſunt i alicuius bonis vt pote eccleſie romane: videt ergo ꝙ fratres qui contemnūt ꝓpter ſeruandā ſuam perfectionem attribuendo illa eccleſie: imponūt ei imperfectionem: quod nefas eſt dicere: cum ipa eccleſia toti orbi ſit poſita in ſpeculum ꝛ exemplū. vt patet. xix. di. c. Enimuero. ¶ Itē res quibus vtuntur fratres aut ſunt ꝓprie aut cōmunes. Si proprie damnabiliter habent. Si cōmunes: ergo ſunt de numero illorum de quibus dicitur Actuum. iiij. Erant eis omnia cōmunia. ¶ Item fratres vtuntur rebus que conſumuntur ipo vſu. In talibus autem non differt dominium ab vſu. Dominiū autem eſt appropriatio in ſummo: ergo talia ſibi approprîant vt cibos ꝛ veſtes ꝛ huiuſmodi. ¶ Ad primum dicendum: ꝙ ſicut cōmunitas rerum prius inſtituta eſt in charitatis in centiuū: ſic carentia omnis iuris ꝓprij vel cōmunis apoſtolis impoſita: iſtis nouiſſimis tēporibus renouata eſt ad auariciam extirpandam: que pernitioſius hodie ſerpit in bonis eccleſie quorum abuſus eſt ſacrilegium: q̄ in alijs quibuſcunq̄. Cum ergo dicit q̄r expedit ꝛc. fateor inquam ꝛ expedit quia dicitur Eccleſiaſtici. xxxvij. Non enim omnia omnibus expediunt. ꝛ nō omni anime omne genus placet. Unde ꝛ apoſtolus talia ſibi minime expedire dicit. i. Corinthi. ſexto. Omnia mihi licent: ſed non omnia expediunt. Cuius cauſam addens dicit. Sed ego ſub nullius redigar poteſtate iudicis. ſ. repetendo aliquid tanq̄ meum. Expedit ergo habere communia pro ſuſtentatione miniſtrorum etiam egenorum. Expedit etiam modus alius ijs qui nolunt propter poſſeſſionum multiplicationem ſub terrena redigi poteſtate: nil habere in ꝓprio vel cōmuni. Unde Hierony. ad demedriadem Apoſtolici eſt faſtigij ꝑfecteq̄ virtutis omnia vendere ꝛ pauperibus diſtribuere: ꝛ ſic leuem et expeditum cum chriſto ad celeſtia ſubuolare. Et quod additur ibidem: ꝙ ſine impedimento perfectionis poſſunt communia diſpenſari: fateor verum eſſe: quia vt ſupra tactum eſt non repugnat perfectioni quantumcū q̄ pauperis eccleſiaſtica bona imperante eccleſia ſuſcipere diſpēſanda:

¶ Obiectio. i. contra pfatum articulū. ſ. expꝓpriationis.

¶ Obiectio. ij. cōtra eundē articulum.

¶ Obiectio. iij. cōtra eundē articulum.

¶ Obiectio. iiij

¶ Obiectio. v.

¶ Reſponſio ad. i. obiectōe3

ſi quantum in ſe eſt diſpenſator ſemper eis carere optet: ad ſe vt patitur fragilitas diſtrictionem minime relaxando. Sic enim diſpenſans loculos habet non pro ſe ſed pro alijs: ⁊ in habendo ⁊ habendi modo conformis eſt ſaluatori: vt ſupra patuit.

Solutio ij. obiectionis.

¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ licet illa quibus vtitur eccl'ia in nullius ſint bonis ꝓprietarie quo ad pſonas: ſunt tamen ꝓpria cōitatibus eccl'iaꝝ. Vñ dr̄ Actuū. iiij. Neqꝫ qſq̄ eoꝝ ex his q̄ poſſidebāt: aliqd ſuū eſſe dicebat. ergo poſſidebāt in cōi: ſed non ꝓprietarie: ⁊ pro tanto dicunt̄ talia in nullius bonis eſſe. Juxta qđ dicit. lex. i. §. qđ aūt. ff. de reꝝ diuiſione ꝙ res publice in nullius ſunt bonis: ipſius enim vniuerſitatis eſſe credūtur. Nō eſt tamē vſqꝫquaqꝫ ſimile de ꝓprietatibus ciuitatū ⁊ eccl'iaꝝ.

Solu. iij. obiectionis.

¶ Ad tertiū iam patet. Oīa enim mobilia quib⁹ ordo vtitur: ſunt mere ⁊ imediate ipſi⁹ eccl'ie romane. Sic ergo ea habere pro alioꝝ neceſſitate in eo q ingredit̄ ꝑ oſtiū aplico more: i nullo pfectioni repugnat. vt ſupius eſt oſtenſum.

Reſpō. ad. iiij. obiectionem.

¶ Ad quartū dicendū ꝙ res quib⁹ fratres vtunt̄: ſunt eis cōes quantū ad vſum: ſed tñ nō quantū ad dñiū. De illis ſanctis aūt in hiruſalē cōſtitutis dicēdū ē ꝙ erāt eis cōia quantū ad poſſeſſionē. Alij vero plurimi inter eos cōez vſum illaꝝ reruꝫ ſine dñio habuerūt: ſicut apl'i qñ erant preſidentes illi multitudini vt patet. xij. q. i. c. Dilectiſſimis.

Solu. v. obiectionis.

¶ Ad quintum dicendū ꝙ duplex eſt vſus rerum. Quidā enim vtunt̄ rebus auctate ꝓpria vt dñi: qdam aliena vt ſerui. Quia vt di. lex. id veſtimentū. ff. de peculio. Veſtis q̄ vtit̄ ſuus: eſt de peculio dñi. Et alibi di. l. ꝙ illō qđ ſeruo acqrit̄ dñio acqrit̄. Jn vſu ergo illoꝝ q ſua auctate vtunt̄ reb⁹: in hmōi nō differt vſus a dñio Jn vſu aūt alioꝝ differt. Qr ergo fratres minores ꝑ chriſto ſeruiles effecti ſunt: vtūtur rebus quas vſu cōſumūt: nec tamen eis dñantur: ⁊ in hoc ipm dñm imitant̄ q cibo veſcebat̄ alieno: in alienis domibus cōtinue hoſpitando

queſtio an frēs poſſint habere vſum q̄rūcūqꝫ rerum.

¶ Sed querit̄ ex quo frēs tantū habent vſum reꝝ: pūt ne habere vſum q̄rumcūqꝫ ⁊ quantarūcūqꝫ reꝝ:

Primū argu. ꝙ ſic.

¶ Et videtur ꝙ ſic. Qr teſte Grego. Cenſus nō eſt in culpa ſed affectus: ergo ſufficit habere affectionē liberā: nec eſt vis de rebus ſiue ſint magne ſiue parue.

Scđm argu.

¶ Jtem vidit deus cūcta q̄ fecerat ⁊ erant valde bona. Geneſis. i. c. Bonū autem additū bono auget ipm: ergo carentia diuitiaꝝ nō auget pfectionē.

Tertiū argu.

¶ Jtē. Nōne multi ſancti leguntur in vtroqꝫ teſtamento in diuitijs habūdaſſe: ¶ Reſpōdeo ad queſtionem: ꝙ cū fratres ſint ꝓfeſſores altiſſime paupertatis: oportet ꝙ omnia q̄ in eoꝝ vſum veniunt: habeant. vt eſt poſſibile. paupertatē. vtilitatem ⁊ aſperitatem: que tria paupertatem altiſſimā naturaliter cōſequūtur. ¶ E contra diuites habent affluentiam gloriam ⁊ apparentiaꝫ ⁊ conſolationem: que poſſunt diuitijs comparari. Qr ergo paupertas in quantum eſt contraria diuitijs caret his tribus. ſi caret diuitijs: neceſſe eſt vt paupertas altiſſima vt eſt poſſibile careat his tribus i ſummo.

Solutio ad. i. argumētū.

Non ergo competit viris pauperibus habere magnas areas vel ſumptuoſa edificia aut quecūqꝫ ſilia non vaſa ornata: non cellaria: vinaria. non promptuaria inſtaurata: ſed vt omnia quantum patitur fragilitas ad paupertatis ſtrictiſſimam regulam reducantur. Ideo addit. Sed tanqꝫ peregrini in hoc ſeculo ⁊ aduene. ¶ Et ad dictū Gregorij. dicēdū.

Fateor quidem ꝙ cenſus non eſt in̄ culpa eſſentialiter vel cauſaliter: ſed
occaſionaliter: quia affluentia habita illicit animū poſſidentis. Unde
Bernar. Hec eſt ratio non habendarum diuitiarum precipue: quia ſine
amore vix aut nunq̄ haberi poſſunt. ¶ Et p hoc patet reſponſio ad ſecū-
dum: quia omnia ſunt bona eſſentialiter: ſed occaſionaliter mala ſunt ex So. ad. ij. ar.
humana infirmitate. Unde Sapi. xiiij. Creature dei in odium facte ſūt
et in temtationem anime hominū et in muſcipulam pedibus inſipienti-
um. Unde dicit poeta. Creſcit amor nummi: quantum ipſa pecunia creſ-
cit. ¶ Ad tertiū dicendum. ꝙ aliqui ſancti fuerunt diuites ſed pauciſſimi.
Unde diuites in ſingulari numero et cum conditione commendantur ec- So. ad. iij. ar.
cleſiaſtici. xxxi. vbi dicitur. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula.
Sed pluraliter damnātur Lu. vj. Ve vobis diuitibus qui habetis hic cō-
ſolationem veſtram. Illis tamen omnibus chriſtus infinite preponit:
qui ſe exhibuit doctorem paupertatis verbo pariter et exemplo. Quod
autem melior elegit: magis eſt elegendum. ¶ Sequitur ſecunda pars ru- Secūda pars
brice. Uadant pro elemoſyna confidenter etc̄. Sed contra hoc videtur: pricipalis hu-
q̄r de ſanctis pauperibus in hieruſalem congregatis dicitur Actuū. iiij. ius rubrice.
Nec eniz quiſq̄ egens erat inter illos. Sed ad hoc patet reſponſio ex
p̄dictis in ſcd̄a rubrica: q̄r illi paupes nō oīno diſtrictionez aplice paup-
tatis pfitebant̄ vt viſum eſt: inter quos erant neophiti viri et mulieres: q-
bus ſubita egeſtas pniciosa forſitan extitiſſet. Econtra paulus pro ſe et
ſibi conformibus. i. Corinth. iiij. ait. Uſq̄ in hanc horam eſurimus et ſiti-
mus. Et. ij. Cor. xi. Cum enim apud vos eſſem et egerem nulli oneroſus
fui. Item obijcitur. Licet dominus pauper fuit: non tamen dicitur a qui-
buſdam fuiſſe mendicus vt videtur. Item fratres mendicando videntur
grauare alios pauperes mendicos penitus humano auxilio deſtitutos.
Item Actuum. xx. Beatius eſt magis dare q̄ȝ accipere. Reſpōdeo. Cuȝ
ſumme honorificum ſit dare: ſumma priuatio honoris eſt conſtituere ſe
in dandi impoſſibilitate et neceſſitate mendicandi. Quia dicit Seneca.
Nihil carius emitur: q̄ȝ quod precibus conſtat. Inter etiaȝ omnium pe-
titionum genera verecundiſſima eſt mendicitas. Eſt enim mendicare ad nota
miſericordiam hominum viuere: vt dicit Auguſ. ſuper illud. p̄s. Nutan-
tes tranſferantur filij eius et mendicent. Quod poteſt auteȝ tam verecun-
dum eſſe: q̄ȝ in oīum chriſtianoꝝ miſicordia ſe ponere? Hoc ſciens ſctūs
Franciſcus ſubdit. Nec oportet eos verecūdari etc̄. Ipe eniȝ dn̄s mēdi-
cus fuit. Un̄. Auguſ. ſup illud p̄s. pſecutus eſt hominē inopem. i. chriſtū
ſ. Iudas. Et qd̄ addidit et mendicū: illū eundem intelligere poſſumus: ni-
ſi forte q̄r dicit mulieri ſamaritane: da mihi bibere: et in cruce ait ſitio.
Amplius quāuis omnia eius eſſent: et ei ab omnibus deberentur: ip̄e ta-
men non eſt vſus ſua poteſtate talia exigendo. Nec enim exegit per im-
perium auctoritatis: ſed per moduȝ pauperis mēdici: ſicut dixit zacheo.
Lu. xix. feſtinans deſcende. Ibi glo. Nō inuitatus ſe inuitat. Iteȝ tali eti-
am forma apoſtoli pceſſerūt: quibus licet omnia deberent̄: tamen vt pau-
peres receperunt ex miſericordia ſibi datuȝ ad neceſſitatem. Item Ber.
tractans illud verbum. Cum factus eſſet ieſus annoꝝ. xij. dicit. Ut te in

quã dñe ꝑ oĩa nr̃e pauptati cõformares: ⁊ oẽs vite hũane calamitates
ſuſciperes: quaſi vn⁹ in turba pauperũ ſtipendiũ per oſtia mendicabas.
Huic ꝯcordat ſanct⁹ Aug. ſup ps. ciij. ſup illud ꝓducẽs fenũ iumentis
dicit in originali. Loculi erant iude ꝓditori ꝯmiſſi: ⁊ illi qui cõferebãt in
loculos dño ꝯferebant: niſi forte putatis ꝙ dñs ibat ⁊ petebat aut indi-
gebat: cui angeli ſeruiebant. Quare egere voluit: niſi vt daret exemplũ
mõtibus vt pareret fenũ. Hec Augu. ¶ Ad tertiũ dicendũ ſicut dicit a-
poſtol⁹. Roma. xv. Probauerũt macedonia ⁊ achia collectionẽ aliquã
facere in paupes ſanctoꝝ qui ſũt in hierl'm. Placuit eni eis: ⁊ debitores
ſunt eoꝝ. Nã ſi ſpũaliũ eoꝝ pticipes facti ſunt gẽtiles: debẽt ⁊ in corpa
libus miniſtrare eis. Ibi dicit glo. ꝙ erãt debitores: qꝛ illi paupes miſe
rant eis p̃dicatores. Cũ igit̃ iſti paupes fratres toti mũdo mittãt p̃dica
tores a toto mundo pñt accipere neceſſaria vite ſue. Nulli ergo iniuriãt
in hoc: qꝛ legis teſtimonio docet̃: ꝙ nulli facit iniuriã qui vtit̃ iure ſuo.
Niſi forte ideo faciunt iniuriam: quia quod poſſunt accipere cũ hono-
re: accipiunt cum extrema confuſione. Item omnia bona eccleſie chriſti
⁊ oẽs ſupfluitates diuitum ſunt vna res publica pauperũ. In participa
tione aũt huius reipublice tanto vnuſqſq minus alios ledit: quãto pau
cioribus eſt contentus. Hos faciunt fratres iſti: qui cum poſſent viuere
ſicut alij clerici in ſtatibus honoris ⁊ affluentie: viuunt in ſtatu ignomi-
nie ⁊ erumne mendicantes pro ſe ipſis: ſicut Paulus mendicauit pro
alijs vt patet in epiſtolis ſuis: ſcilicet in collecturis pro pauperibus faci
endis. ¶ Ad vltimũ ſciendũ ꝙ ſi beatius eſt magis dare q̃ accipe: bea-
tiſſimi ſunt qui oĩa dederunt. Unde Hiero. Nemo perfectius erogat q̃
qui ſibi nihil reſeruat. Itẽ ſi recipere diminuet de btitudine: ergo q ma-
gis recipiunt magis deficiunt: ⁊ qui minus recipiunt minus deficiunt.
In hac parte tales ſunt iſti pauperes in toto clero ex ſua profeſſione. Itẽ
licet dare ſimpliciter beatius ſit q̃ recipere: tamen cũ circũſtãtia tãte hu
militatis recipere eſt beatius q̃ dare. Unde dñs ſuos diſcipulos ad re-
ceptionem informauit: quos nudos per ſecula deſtinauit. Uadant ergo
fratres pro elemoſyna confidenter: nec oportet eos verecundari: quia
dñs nr̃ ſe fecit pauperẽ in hoc mundo. Sed gloriẽtur: quia datũ eſt eis
pro noie Jeſu contumeliã pati nihil habentibus in hoc mundo. ¶ Sed

Hec eſt tertia ps principalis iſtius rubrice.

pro addit. Hec eſt illa celſitudo altiſſime paupertatis ⁊c. Quare altiſſi-
me: niſi quia a mundo remotiſſime ⁊ per conſequens celorum regno ſũ
me vicine: illi etiam vite eterne vt eſt poſſibile ſimillime: vbi nihil terre-
num eſt proprium vel commune. Unde ſubdit. Que vos chariſſimos
fratres meos heredes ⁊ reges regni celorum inſtituit. Ideo heredes:
quia omnia dimittentibus pro regno celorum promittitur gloria eter-
na. Ideo reges: quia ſolutione facta plenarie pro re emenda. Idcirco
Matthei quinto dicitur. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt
regnum celorum. Sunt ergo tãq̃ dñi celoꝝ: quia cuncta dederũt ꝑpter
deum: quãuis nõdum ſint in eius poſſeſſione. Nunc aũt modũ acquirẽ
di regnũ addit dicit. Paupes reb⁹ fecit: virtutib⁹ ſublimauit. Ad hoc .n.
ordinat̃ pauptas iſta: vt ſoluto p eã ꝓhibẽte: virtutũ ſanctitas augeatur

Studeant ergo iſti pauperes ſicut ſunt ceteris arctiores in paupertate:
ſic ſint pre ceteris in oibꝰ celſiores. Hec ſit portio veſtra;: que ꝑducit in
terrā viuentiū: eo ipo ꝙ in terra morientium nihil querunt. Cui dilectiſ-
ſimi totaliter inherentes: vt oia que in vſu fratrū ſunt hanc predicēt pau
pertatē. Nihil aliud ꝓ nomine dñi noſtri ieſu chriſti in ꝑpetuū ſub celo
habere velitis. Ipe enim ita paup extitit: ꝙ nihil habuit quo poſſet eum
diabolus ſpoliare: vt ſupra patet. Sed qꝛ ſic fratribus de paupatis ne-
ceſſaria eſt fraterna conſolatio: addit. ¶ Et vbicūqꝫ ſunt fratres oſtendāt  Hec eſt.iiij.ps
⁊c. Oſtendens qualiter ſe debent habere ad alios. Et primo ad ſanos et  principalis hu
cōſequenter ad egros. Circa primū informat eos ad veram ⁊ nō ad fictā  ius rubrice.
charitatē: ⁊ hoc in duobus. Primo quo ad familiarē affabilitatē ⁊ ſoci
alem dilectionē: ſcdo quo ad neceſſitatū oium releuationem. Dicit ergo.
Vbicūqꝫ ſint. in domo ſiue extra domū: ⁊ ſe inuenerint fratres: oſtēdāt
ſe domeſticos inuicem: nō ſolū publice: ſed familiariter ⁊ ſecrete: ⁊ ideo
ait inter ſe. Pro ſcdo addit. Et ſecure manifeſtet vnꝰ alteri neceſſitatē ſu-
am. Secure inquit: ſicut filiꝰ matri ſue. Unde addit: qꝛ ſi mater nutrit et
diligit filiū ſuū carnalē: quanto diligētius debet quis diligere affectu:
⁊ nutrire. ſ. effectu fratrē ſuū ſpūalem? Conſequentia patet. qꝛ amor gra
tuitus ſcꝫ charitatis fortior eſt amore carnali. Tū qꝛ charitas ſupat mor
tis innatum horrorē. Tum qꝛ charitas habet fundamentū ſui bonū infi
nitum: ꝓpter quod nihil finitū ꝑualet cōtra eam. Hec aūt exhortatio ex
illa regula euāgelica trahit Joannis. xiij. In hoc cognoſcent oēs ꝙ mei
eſtis diſcipuli: ſi dilectionē habueritis ad inuicem. Itē Lu. xxij. Et tu ali-
quando conuerſus: cōfirma fratres tuos. Sed ꝓ egrotis ſubdit. Et ſi qs
eoꝝ in infirmitatē ceciderit: alij frēs debēt ei ſeruire ſicut vellēt ſibi ſuiri.
Et hoc etiā ad eandē charitatē ptinet. Vñ eccle. vij. Nō te pigeat viſita
re īfirmos: ex his enī ī dilectōe firmaberis. Vñ Matth. vij. Oia q̄cūqꝫ
vultis vt faciāt vobis hoīes: ⁊ vos facite illis ⁊c.

## ¶ Capitulum ſeptimum.

SI qui fratrū inſtigāte inimico mortaliter pec
cauerint. Stabilitis duobus ciuitatis lateribus ex ſex ꝑ-
tibus figuratis: hic agitur de tertio latere occidētali. Et
hec pars habet tres partes: qꝛ in prima agit̄ de lapſorū
releuatione a caſu fugientiū. In ſcda agit̄ de principali or
dinis gubernatione ⁊ ptinētibus ad totius ordinis imobilem ſtatū. In
tertia agit̄ de erectione alioꝝ a caſu: ꝑdicando verbū diuinū. Prima ps
habet tres. Primo enim tangit̄ peccatoꝝ debita ponderatio. Secūdo
eorūdē ordinata correctio. ibi. Ipſi vero miniſtri ſi preſbyteri ſunt. Ter
tio ſubditur miniſtroꝝ ꝓpria informatio. ibi. Et cauere debēt. ¶ Dicit er  Prima ps pri
go ſic. Si qui fratrū inſtigante inimico ⁊c. Quanto enī aliquis maius  cipalis.
habuerit ſtudiū ꝑfectū: tanto fortioribus cōtra eū machinatur inſidijs.
Mortaliter peccauerint. qd fit in omni volūtaria tranſgreſſione prece-  note
pti legis diuine ⁊ diſcipline. Pro illis peccatis de quibꝰ ordinatū fuerit
inter fratres vt recurrat̄ ad ſolos miniſtros ꝓuinciales. Iuxta qd domi-

rus electionē demonio℞ ſuis miraculis reſeruauit. Lu. viij. Teneant̄ pre dicti fratres ad eos recurrere quancitius poterūt ſine mora. Hoc de notorijs tantū peccatis intelligit: qꝛ q ſecreta ſunt: nō ſunt publicāda. Grauius enim eſt peccatū qđ in ſcandalū alioꝝ publice ꝑpetratur ꝙ occultum ceteris parib⁹: ⁊ ideo grauius eſt puniendū. ¶ Sequit̄ ſecundū. Ipſi vero miniſtri ſi preſbyteri ſunt. qđ regulariter eſt tenendū: cū habeant curam ala℞: ⁊ per cōſequens debeant vultus peco℞ ſuo℞ cognoſcere: ⁊ in fide ac moribus ordinare. Iſtud aūt dictum eſt ꝓ ordinis principio: in quo erat raritas ſacerdotū: maxime qꝛ ſanctus franciſcus ex humilitate legitur ſacerdotium fugiſſe. ſicut ⁊ ſanctus Benedictus. Cū miſericordia iniūgant illis penitentiam. Cum miſericordia inqt: ne eueniat qđ dicit̄ Ezechi. xxxiiij. Cum auſteritate impabatis eis ⁊ cum potentia: ⁊ diſperſus eſt grex meus: eo ꝙ nō eſſet paſtor. Si vero preſbyteri non ſunt: iniungi faciant per alios ſacerdotes ordinis. ¶ Pro tertia pte ſubdit. Et cauere debent ne iraſcantur. Ira q̄ eſt habitus cū aſſenſu liberi arbitrij in maliuolentiam. Hoc idcirco dixerim: qꝛ vitare omnes paſſiōes ſurrepticias ire nō eſt in hōis poteſtate. Sufficit enim volūtatis rectitudinē cuſtodire: ⁊ mot⁹ hmōi irrationabiles circa ſenſuꝫ viriliter cohibere. ps. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Et cōturbent̄. i. turbulenti ⁊ terribiles efficiant̄ ſubditis ſuis ꝓpter peccatū alicui⁹: qꝛ ira ⁊ cōturbatio in ſe ⁊ i alijs impediūt charitatē: que eſt vita cordis. i. Joan. iij. Qui odit fratreꝫ ſuum homicida eſt. Non autem ꝓhibet iram per zelum: que virtus eſt neceſſaria in peccatis corrigendis.

Secūda pars hui⁹ rubrice.

Tertia ps pricipalis rubrice iſtius.

## ¶ Capitulum octauum.

Uniuerſi fratres vnum de fratribus iſtius religionis ⁊c̄. Hic ſcđo ꝓuidet̄ aduerſus occaſum principalis ordinis gubernatio quantū ad quatuor. Primo quantuꝫ ad generalis miniſtri perfectionē ⁊ electionem: ſcđo quantum ad capituli generalis celebrationem. ibi. quo decedente: tertio quantū ad abſolutionem miniſtri inutilis. ibi. ⁊ ſi aliquo tempore: quarto quantū ad celebrationem capituli ꝓuincialis in ſingulis prouincijs. ibi. Poſt capitulum vero pente. ¶ Dicit ergo primo ſic. Uniuerſi fratres vnū de fratribus iſtius religionis teneantur ſemp habere generalem miniſtrū ⁊ ſeruuꝫ totius fraternitatis. Eccle. l. Circa illū corona fratrum quaſi plantatio cedri in monte libano. In his autem verbis tangit eius auctoritatem in nomine generalitatis. Tangit etiam humilitatē. cū dic̄. Ut ſit ſeruus totius fraternitatis: vt ſcꝫ qui dum ſubditus erat obediebat vni aut duobus: ſciat ſe electum in generalem miniſtrum debere omnium neceſſitatibus obedire. Tangendo autem eius auctoritatem ⁊ humilitatem: notat etiam vnitatem dicens. vnuꝫ de fratribus. Quia ſine ſano capite nulla res publica ſtare bene poteſt. Unde vnum apoſtolū dominus ꝓfecit ceteris. Item Ezechie. xxxiiij. Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnū qui paſcat eos. ſeruū meū dauid. Matth. xij. Omne regnū ꝯtra ſe diuiſum deſolabitur. ¶ Pro ſecunda pticula addit. Quo decedēte ⁊c̄.

Secūda pars.

fuerit ordinatum. qꝛ ꝓ diuerſis neceſſitatibus oportet temporis ſpaciuꝫ variare. In exemplū huius capituli cōgregati diſcipuli receperūt ſpūm ſanctū. Actuū. ij. ¶ Et ꝓ tertia parte addit. Et ſi aliquo tp̄e appareret vniuerſitati miniſtroꝝ ꝓuincialiū ⁊ cuſtodū: ſine pſonaꝝ acceptione ⁊ nationum. teneantur p̄dicti fratres quibus electio data eſt: in noīe domini aliū ſibi eligere in cuſtodem. Hoc nomen cuſtos actum dicit ⁊ nō gradū: ſicut ⁊ nomen ſeraphim actū dicit ⁊ nō ordinem. Eſa. vj. Volauit ad me vnus de ſeraphim. ¶ Pro quarta particula addit: poſt capitulum vero pentecoſtes. Non negat quin poſſint etiam capitula prouincialia alijs annis celebrare: ſed de iſto fit ſpetialiter mentio: quia eſt pre ceteris neceſſarium: vt ordinatiōes generales capituli per capitula prouincialia celeriter publicēt: ⁊ vt poſſit de abſolutis miniſtris ꝓuincialib⁹ ꝓuideri.

Tertia pars.

Quarta pars.

## ¶ Capitulum nonum.

Fratres non predicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi ⁊c. Hec eſt tertia pars in qua agitur de predicatione fratrum pertinente ad leuiatham extirpandum: vt ſtet menſa in latere aquilonis vt dicitur Exo. xxvj. Et hec pars habet duas partes: quia primo agit de pertinentibus ad predicationis auctoritatem: ſc̄do ad predicationis vtilitatem ⁊ maturitatem. ibi. Moneo quoqꝫ fratres. Et quoniam predicaturi fulciūtur duplici auctoritate ſcꝫ prelatorum ſeculariuꝫ quibus ſunt greges cōmiſſi: ⁊ prelatorum ordinis per quos habet de perſonis idoneis prouideri. Pro primo dicit ſic. ¶ Fratres non predicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi vbi eis fuerit contradictum. Hoc ideo dicitur: qꝛ fratribus iſte gradus licentie debet ſufficere: qꝛ preſumitur eum conſentire ſi non contradicat. Unde Gregori. xxij. moralium. Pij paſtoris mens quia non propriam gloriam ſed auctoris ſui querit ab omnibus vult iuuari. Ait namqꝫ predicator fidelis optat ſi fieri valeat: veritatem quam ſolus loqui non ſufficit ora cunctorum ſonent. Hec Gregori. Unde Luce nono. Vidimus quēdam in nomine tuo demonia eijcienteꝫ ⁊ ꝓhibuimus eū: quia non ſequitur te nobiſcum. Et ait ad illos ieſus. Nolite probibere. Qꝛ enim non eſt aduerſum vos: pro vobis eſt. Simile legitur. Nume. xj. Ne igitur impedimentum poſſit eſſe verbi dei expectatio licentie exp̄ſſe: vt oſtendatur preſumptam licentiam ſufficere ijs dumtaxat quoꝝ predicatio eſt ꝑ ſedeꝫ ap̄licaꝫ approbata: loqtur negatiue in principio dicēs. Frēs nō p̄dicent in ep̄atu alicuius. ¶ Sed ponamus ꝙ ep̄o acceptāte et ap ꝓbāte p̄dicationē fratrū: aliqs inferior p̄lat⁹ repellat euꝫ in parochia ſua: nūqd contra voluntatem eius debent ibidem predicare. ¶ Et videtur ꝙ nō: qꝛ omnis auctoritas conceſſa a quocūqꝫ iudice intelligitur cōcedi ſine preiudicio: ſed predicare in alienis inuito curam habente eſt in preiudicium proprij paſtoris: ergo nullum priuilegium ſuffragatur fratribus ad predicandum plebi contradicente ꝓprio paſtore. ¶ Item ſalteꝫ null⁹ debet audire cōfeſſionē alicui⁹ parochiani alteri⁹: qꝛ ꝑ h̄ ipedit ne poſſit agnoſcere vltū pecoꝝ ſuoꝝ: ꝯtra illud Prouer. xxvij. diligēter

Hec ē prima ps principalis iſti⁹ capituli.

An frēs de licētia ep̄i poſſint inuito rectore ī eccl̄ia ſua p̄dicare.

Argumentū. i. ꝙ nō.

Ratio. ij. ꝙ nō

Reſpon, ad, q. agnoſce vultũ pecoꝛis tui. ¶ Reſpondeo. Cura paſtoꝛalis nõ eſt domini
um ſed diſpenſatio ⁊ officiũ eccleſiaſtice poteſtatis. Unde hierarchia ſm
Diony. eſt poteſtas oꝛdinata ad diſponendũ ſacre oia poteſtati ſubiecta.
In poteſtatibus aũt oꝛdinatis quicqd poteſt inferioꝛ: etiã poteſt ſuperi
oꝛ ⁊ nõ ecõuerſo. Unde ⁊ ipẽ hierarcha habet totam poteſtatẽ in ſe oꝛdi
natam q̃ eſt in hierarchia ꝑ varios gradus diſtributa. Unde nominans
hierarchiam: noiat omnẽ hierarchicã poteſtatem. Unde docet Diony.
primo eccleſiaſtice hierar. licet ille hierarcha alijs tradat ſibi ſubditis po
teſtatem: manet tamen apud eũ oꝛdinaria poteſtas ad agenda oia q̃cũ
qꝫ ꝑ ſibi ſubditos fieri poſſunt ad ſalutem fideliũ ꝓcurandam. Et qꝛ qc
quid poteſt ex oꝛdinaria poteſtate ſeu auctate põt alteri cõmittere: ⁊ qꝺ
poteſt per ſe poteſt per aliũ in adiutoriũ ſibi ſubditaꝝ poteſtatum mitte
re opitulationes quotienſcũqꝫ ſibi videtur expedire: alioquin nimis peri
clitaret̃ ſtatus eccl'ie: ſi papa vel inferioꝛ hierarcha vidẽs ſue ſubditis cu
re nõ ſufficere: nec ſeipſum poſſe oibus adeſſe: nõ poſſet viros idoneos
mittere vice ſua. Unde ſi ſacerdos curam habens nolit dimittere fratrẽ
miſſum canonice peccat moꝛtaliter. ad Roma. xiij. Qui poteſtati reſiſtit:
dei oꝛdinationi reſiſtit. Si igit̃ reſiſtat ſacerdos: nitatur frater cũ humili
tate allicere: ꝙ ſi nõ poſſit (niſi ſcandalũ immineat) debet frater predi
cationis officiũ exercere. Qꝛ ſi omnino ſe ſacerdos irrationabiliter oppo
nat: vehemẽs eſt preſumptio contra ipm: cedendũ eſt ad tempus mali
cie ne ſcandalũ ſuſcitetur: ⁊ denũtiandũ eſt hierarche periculũ animarũ.
Solutio ad. 1. obiectionem. ¶ Cũ ergo dicit ꝙ in p̃iudiciũ ſacerdotis: dicendũ ꝙ nõ: qꝛ nulli facit in
iuriam q vtitur iure ſuo. Nõ ergo iniuriat̃ epiſcopus mittendo opitula
tionem: cũ hoc facere poſſit iure vt ſupra viſuꝫ eſt. Nec iniuriat̃ opitulãs
illi: ꝙ iuuat in ſarcina ſuppoꝛtanda. ꝓ tanto enim minuitur ſacerdoti cu
ram habenti pondꝰ in diſtricto iudicio dei: quantũ ab illo ſuppoꝛtat̃. Et
qꝺ dico de predicatione intelligo de cõfeſſionibus audiendis. Poſſũt eniꝫ
fratres aplica oꝛdinatione in priuilegijs oꝛdinis expreſſa audire cuiuſcũ
qꝫ ſacerdotis parochianos: ipo incõſulto vel etiã cõtradicẽte: ſi auctatẽ
habeat ab epiſcopo audiendi. Et qꝛ curia romana hoc determinat: here
ticũ eſt aliud ptinaciter affirmare. ſicut patet. xxij. di. c. oẽs. Patet etiam
papam poſſe talia in eccleſia oꝛdinare: qꝛ certũ eſt ꝙ diſtinctio curarum
⁊ collatio iuriſdictionũ ab auctate ꝓceſſit eccl'ie romane. Ergo quãdocũ
qꝫ videt̃ ei ad ſalutem fideliũ aliud expedire: põt aliud oꝛdinare: dicente
Auguſti. ad Macedoniũ: ꝙ hoc ſolũ recte agit̃: vt vita hominũ coꝛriga
Solutio ad obiectionẽ ſcdaꝫ. tur. ¶ Ad obiectũ de agnitione vultus. Reſpondeo. ꝙ ſi ſacerdos ꝓpꝛio
ſcire poſſit ⁊ vellet ſufficiẽs cõſiliũ ſup ſubditos impendere: nullus ſane
mentis quereret immiſcere ſe confeſſionibus ad ipm nõ ptinẽtibus au
diendis. Certũ eſt aũt ꝙ quidã ſacerdotes oẽs ſuos ſubditos audire nõ
poſſunt ꝓpter multitudinẽ ſubditoꝝ: vnde cũ ipi ſoleant alios ſibi adiũ
gere ſacerdotes cõmẽſales vel extraneos ad tempꝰ vocare ꝓ illis audi
endis quos ipi nolũt vel neſciũt vel nõ poſſunt audire: impiuꝫ eſt dicere
ipos hoc poſſe ⁊ epũm nõ poſſe. Poteſt igit̃ epus aliquos mittere illi in
adiutoriũ ſacerdotũ ꝓpter ipſoꝝ impotentiam ignoꝛantiaꝫ vel accidiã

qua tepidi ſunt in diſcutiendis ꝯſcientijs ſubditoꝝ. Nec ꝓpter hoc tm̄
.ſ. ꝑꝑ inſufficientiã ſacerdotũ in aliquo p̄dictoꝝ triũ: imo etiã ꝑꝑ maius
bonũ: qꝛ in maiorẽ feruorẽ pnĩe excitant̃. multi ex p̄dicatione ⁊ exẽplis
fratrũ: q̄ꝫ plurimoꝝ alioꝝ. Pōt aũt nihilominꝰ ſacerdos agnoſcere vul
tus pecoꝝ ſuoꝝ: vel q̄tũ ad exteriorẽ ꝯuerſationẽ: vel q̄tum ad ꝯſcias
ſubditoꝝ ſuoꝝ: ſi poſtq̄ꝫ fuerint fratri ꝯfeſſi: dicant in foro ꝯſcie ſacerdo
ti ſe ꝯfeſſos fuiſſe: qm̄ in foro ꝯſcie ꝓ ſe ⁊ contra ſe cuilibet eſt credendũꝫ nota
⁊ aliqua etiã interim venialia emergẽtia dicere quãq̄ꝫ non eſſet malũ im
mo certe plurimũ expediens oẽm ꝯfeſſionẽ reiterare ꝓ bñdictiõe dupli
ci acquirenda: ni forte ſacerdos ille etiã ignarꝰ plurimũ: aut reuelator cõ
feſſionis, aut ſollicitator ad peccandũ, aut ſymoniacus. aut aliter ſcelero
ſus quo pateat ip̄m vt male ꝯſcie hoiem non habere zelum dei ꝓ alijs
dirigendis, Impiũ eſt aũt non credere audito a fratre: cũ credat audito
a ſeculari alio ſacerdote: vel dicere ꝙ frater impediat agnitionẽ vultus
quã non impedit alius ſecularis, In oibus autẽ ꝯfeſſiõibus audiendis
ꝯſulo auditores fratres ꝑus inquirere qua de cauſa declinant auditori
um ꝓprij ſacerdotis: ⁊ niſi eos inueniãt pie motos ⁊ rõnabili cauſa du
ctos: remittãt eos ad ꝓprios ſacerdotes. Retrahũtur aliqñ enim pecca
tores ſaltem ad tẽpus verecundia ab vſu peccãdi in aſpectu ⁊ pñtia ꝓ
prij ſacerdotis ſi bonus eſt eoꝝ ſcelera cognoſcentis. Sed qꝛ hec raruꝫ
eſt: nõ ſunt ꝓpter hoc particulare rarum bonũ alia innumera dimittẽda:
que per auditum fratrum vel alioꝝ deũ timentiũ ꝓcurãtur. ¶ Pro au
ctoritate bñda ⁊ p̄latis ordinis ſubdit, Nullus fratrũ populo penitus Hec ẽ ſcda ps .i. ꝑtꝫ ꝑncipal.
audeat p̄dicare niſi ⁊c. Circa qd̄ nõtandũ eſt ꝙ ſuperius dictũ eſt ceſſan
te cauſa ⁊c̄. Certũ eſt aũt ꝙ nullꝰ examinãdꝰ eſt: niſi de cuius ſufficientia
non ꝯſtat, Idcirco papa regulã declarãdo diffinit: ꝙ qui examinatione
non indigent: non ſunt ad generalem miniſtrũ cauſa officij p̄dicationis
mitttendi. Aliud etiã priuilegiũ examinationẽ ꝯmittit diſcretis fratribꝰ
alijs: qd̄ priuilegium non diſcordat ab intentiõe regule: que nõ intendit
niſi periculis obuiare: qd̄ deo gr̃as excludi pōt per multiplicationẽ lia
torũ per ordinẽ ad talem examinationẽ ſufficientiũ ⁊ melius ſic pericu
la excludentiũ: q̄ꝫ alio mõ fieret: quia diſcurſus ⁊ viarũ multipliciũ peri
cula ſic vitantur. Sic dñs ip̄e chriſtiane religiõis inſtitutor primo ſolus
vocauit ⁊ informauit diſcipulos: ſcđo ꝑ alios eccl̃iam dilatauit. ¶ Mo
neo quoq̄ꝫ ⁊ exhortor ip̄os fratres vt in p̄dicatione quã faciũt: ergo nul Hec ẽ ſcda ps
lus debet p̄dicare: niſi ſciat ipſe ſermonẽ facere ⁊ ſufficienter diſponere. ꝑncipalis ru
Unde ſubdit. Sint examinata, non temere ac ſine deliberatione prola brice iſtius.
ta: non ſint noua ac ſuſpecta: ſed caſta eorum eloquia. ps̄. Eloquia domi
ni eloquia caſta. Hec autem caſtitas excludit corruptionẽ falſitatis ⁊ im
miſſionẽ non ſolum enormitatis imo etiam omnis vanitatis ſeu verbi
riſum prouocantis ſeu faſtum aut impetum prẽtendentis. Excludit etiã
corruptionem intentionis, Unde, ij. Corinth. ij. Non enim ſumus ſicut
plurimi adulterantes verbum dei: ſed ex ſynceritate ſicut ex deo coram
deo in chriſto loquimur. Ex deo contra falſitatẽꝫ: coram deo per matu
ritatem, in chriſto per puritatis intentionem, Secundo deſcribit eam ꝑ

cām finalē. Unde ſubdit. ad vtilitatē ⁊ edificationē populi. vtilitatem in malo vitando. edificationē. in bono faciēdo. populi dicit̄ ne tm̄ pſumāt: ꝙ paupibus ⁊ ſimplicibꝰ pdicare ɔtēnant. Sed ꝑ cā materiali ſubdit. annūtiādo eis vitia ⁊ virtutes ꝙ̄tū ad vitam pñtē: penā ⁊ gliam ad vitā futurā. Qđ dicit: ne pdicēt. ſ. ſe ipos: vt ſuā pbiam oſtendāt ⁊ fimbrias magnificēt. Pro cā formali ſubdit cū breuitate ſermōis. Hec breuitas excludit verboꝝ ambages ⁊ ſnias inuolutas: verba etiaꝫ ardua ſup capacitatē audientiū. Hoc patet p illud qđ ſeqt̄. qꝛ verbū abbreuiatuꝫ fecit dñs ſup terrā. Iſta eni abbreuiatio nō excludit cū expedit ſermōis prolixitatem: quia dñs ipſe aliquādo prolixe predicauit: ſicut patet Io. xiij. ⁊ Matthei. v. Sed breuitas dicitur ibi reſtrictio omniū legalium ad vnum chriſtum. Item exclusio cerimonialiū ⁊ cōmendatio moralium. Item breuitas eſt charitas que continet in ſe totam legem. Ad lr̄am etiam ſtudendum eſt breuitati: quia prolixitas generando faſtidium auditores pluries retrahit ab auditu. Ex iſto capitulo patet ꝙ fratribus ex intentione beati franciſci incumbit ſtudere quia ſine ſtudio non poſſunt verba modo debito examinare. Patet etiam ꝙ fratres ex ſua profeſſione habent predicare. In quorum regula inter omnes ſpecialis tractatꝰ de predicationis officio continetur. Unde certiſſime conſtat ꝙ nullis alijs religioſis plus competit predicare ex rōne ſtatus ſui: ꝙ̄ ijs qui hanc regulam profitentur.

## ¶ Capitulum. x.

Fratres qui ſunt miniſtri ⁊ ſerui aliorum fratrū ⁊c. Deſcriptis tribus huius ciuitatis lateribꝰ: hic deſcribit latus quartum totum vergens ad auſtrū ⁊ etiam ad interiora auſtri. Et hec ps hꝫ tres: quia pma ps docet ſeruare oēm virtutis pfectionē pcipue charitatꝭ: ſcđa docet ſeruare fame ſynceritatē a maculis pcipue feditatis: tertia ſitientibꝰ martyriū aperit aditū: docens infidelibꝰ ſe iūgere domeſticis abdicatꝭ. Prima ps hꝫ octo: qꝛ primo imponit miniſtris puincialibꝰ diligentiā cure: ſcđo imponit ſubditis diſtrictionē obedientie. ibi frēs vero qui ſūt ſubditi: tertio frībus grauatis dat remediū ibi. ⁊ vbicūqꝫ ſunt. Quarto circa hoc ſubdit informationē miniſtroꝝ. ibi. miniſtri vo benigne. Quīto ſubdit informationē oium fratrū ad vitationē peccatoꝝ pcipue ſpūalium. ibi. Moneo vero. Sexto informat eos ad deuotiōis ſpūm ⁊ orōnis exercitiū. ibi. Sed attendāt. Septimo ad tolerantiā iniuriarū ⁊ aliorum grauaminū. ibi. ⁊ habere humilitatē ⁊ patientiā. Octauo ad charitatis ɔplementū. ibi. ⁊ diligere eos qui nos ⁊c. ¶ Dicit ergo primo. fratres qui ſunt miniſtri ⁊ ſerui alioꝝ fratrum: miniſtri in ſpūalibus: ⁊ ſerui in tpalibus. Viſitent ſocialiter. ⁊ moneāt iudicialiter. Lu. xxij. Et tu aliqñ conuerſus confirma frēs tuos. Et hoc ad benefaciendū: humiliter. non impioſe. ⁊ charitatiue non contumelioſe: contradicente. Ezechie. xxxiiij. Lateribus ⁊ humeris impingebatis ⁊ cornibus veſtris vētilabatis oia infirma pecora: donec diſpergerentur foras. Humiliter ergo ⁊ charita-

C. i. pſ. pncipalis iſtiꝰ rubrice

tiue exemplo domini dicentis, Mat. xxiij. Quotiens volui congregare filios tuos queadmodū gallina. Ipſe tamē dn̄s aſpere dedit correctionis exemplū: vnde facto flagello de funiculis expulit emētes ⁊ vendentes, Jo. ij. Et petro carnali ſenſu ducto dixit. Uade retro ſathana, Mat. xvi. Duriſſime etiā phariſeos ⁊ hypocritas increpabat, Lu. xvi. ⁊ Mat. xxiij. Non p̄cipientes eis aliquid quod ſit contra aiam ſuā: vtpote inhibitum lege diuina: ⁊ regulam nr̄am. inbibitū lege diſcipline. ¶ Pro ſecunda pte rubrice ſubdit. frēs vero qui ſunt ſubditi: recordent̄ q̄ ꝓpter deū abnegauerūt ꝓprias volūtates, Propria volūtas eſt illa que omnino diuino imperio nō ligat̄ vel ſupioris regule nō adheret. Unde firmiter p̄cipio eis vt obediāt ſuis miniſtris: ⁊ oibus prelatis ordinis. Et dicit ſuis vt de prouincialibus ⁊ alijs prelatis imediatis ſe loqui oſtendat hic: qui ſupra de obedientia ad generalem miniſtrum in primo capitulo eſt locutus. In omnibus que promiſerūt domino obſeruare: ſupple explicite vel implicite. Et non ſunt contraria anime ſue ⁊ regule noſtre. hoc ſupra expoſitum eſt. ¶ Sequitur pro tertia parte. Et vbicunq̄ ſunt fratres qui ſcirent ſe: per experientiam: ⁊ cognoſcerēt: per rectum iudicium: ſe non poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare: hoc eſt in his precipue que ſpiritualia ſunt: vt tranquillitas cordis ⁊ puritas conſcientie. Non poſſe inquit: vel propter tentationū grauitatem periculoſam: vt in conſortio mulierū: vel non poſſe quantum ad corporis neceſſaria: ſi nō poſſent habere alicubi ſalua ordinis puritate: vel propter ſimilia. Ad ſuos miniſtros debeant recurrere. Qui debent eſſe refugium afflictorum vice domini dicentis Matthei. xvi. Uenite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiam vos. Recurrere inquam per ſe vel per nuntium forma ſtatutorum ordinis obſeruata in eundo: quia iſtud debitum non eſt exemptum ab obedientia ſtatutorum. ¶ Sequitur pro quarta parte. Miniſtri vero charitatiue. in corde. ⁊ benigne in vultu ⁊ ſermone eos recipiant: ⁊ tantam familiaritatem habeant circa eos: hoc eſt tam familiares ſe ipſos exhibeant: vt dicere poſſint eis fratres ad eos recurrentes ⁊ facere ſicut domini ſeruis ſuis. In hoc verbo ſicut miniſtri informantur ad humilitatem: vt ſe quaſi ſeruos imaginentur fratrum aliorum eſſe. Et omnia verba imperium reſonantia ſileant: ⁊ facta dominatum pretendentia penitus deſerant: exemplo illius qui dixit. Luce. xxij. Qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor: ⁊ qui preceſſor ſicut miniſtrator. Cum igitur dicitur. vt dicere poſſint ⁊ facere: informatio eſt miniſtrorum: ne facto aut verbo pretendant faſtum: qui poſſit repellere ſubditos a fiducia ad miniſtros in neceſſitatibus recurrendi. Non eſt autem intelligendum verbum q̄ ſubditis detur occaſio ſuperbiendi per nimiam humilitatem miniſtrorum: ne ſicut dicit Gregorius. Dum nimis ſeruatur humilitas: regendi frangatur auctoritas. Unde qui dixit qui maior eſt veſtrum ⁊c. non dixit qui minor eſt fiat ſicut maior. Nā ita debet eſſe: q̄ miniſtri ſint ſerui oīum fratrum. Serui quidem in ijs p̄cipue que ad ſalutē ptinēt animarum. Luce. xxij. Ego in medio veſtrum ſum tanquam qui miniſtrat. ¶ Sequitur pro quinta pte in qua tangit

¶ ij. pſ p̄ncipalis hui⁹ rubrice nota

¶. iij. ps p̄ncipalis iſtius rubrice.

¶. iiij. ps rubrice iſtius.

¶. v. ps principalis.

octo genera peccatorum dicens. Moneo vero ⁊ exhortor in domino ie ſu chriſto: vt caueant fratres ab omni ſuperbia, quia vt dicit Augu. ſup illud pſ. In ira conſūmationis: alia vitia in malefactis timenda ſunt: ſuperbia in benefactis plus timenda eſt. Ab omni inquā ſuperbia cordis conuerſationis ſermonis ⁊ operis. vanagloria que oritur ex ſuperbia. hoc eſt fratribus neccariū. Unde Hiero. ſuper Mattheum. Eleganter in quodam voluminū ſcriptum legimus. Ne queras gloriam ⁊ nō dolebis cum inglius fueris. Inuidia que infallibiliter ſuperbiam comitatur. Unde Auguſtinus, ſuper pſ. Superbie comes eſt inuidia: fieri enī non poteſt vt ſuperbus non inuideat. Auaritia que conſiſtit in cupiditate rerum terrenarum non habitarum. Item conſiſtit intenacitate rerum obtentarum quarumcunqꝫ in vſum venientium. Pro qua vlterius excludenda ſubdit. Cura ⁊ ſollicitudine huius ſeculi: que ex auaritia proueniunt. Matthei ſexto. Nolite ſolliciti eſſe. Dicendo autem ſollicitudine huius ſeculi: ſollicitudinem ſecularem perimit: vt ſpiritualem ſollicitudinem non excludat: que in procuranda animarum ſalute ꝑcipue exercetur. Inhibendo etiam ſollicitudinem huius ſeculi: curioſitatem illorum percutit: qui immoderate ſtudent in ſapientia ſeculari. In culpā auaritie ⁊ ſollicitudinis nimietate incidunt omnes ſuperfluitates librorum aut veſtium aut edificiorum aut ſimiliū. Quea uaritia tūc eſt damnabilis: cū in grauamen alioꝝ pauperū elemoſyne in talibus ſuperuacue conſumūtur. Detractio eſt. que oritur precipue ex inuidia ⁊ odio: ideo excludendo detractionē ⁊ odium: etiam ⁊ iram excludit. Et murmuratione. que ex impacientia ⁊ iudicioꝝ temeritate procedit: oīa vitia ſpiritualia que religioſos fragiles comitari ſolent hec excludit: excepta accidia: quam in ſuo conſequenter oppoſito diſſuadet. Curioſitatē etiam laicorum cohibet dicēs. Et nō curet neſcientes lrās lrās diſcere. In quo verbo curioſitatem cohibet: non tamen inhibet quin ipſi teneāt lrās diſcere: ſi fuerit eis imperatū. Sed cum iſta ſint mortalia puta in lege dei prohibita: quare hic ea monitorie exhortatur? Ad quod dicendū ꝙ in omni genere capitalium peccatorum aliquid eſt mortale ⁊ aliquid eſt veniale. Mortale eſt omne peccatum quo aliquid appetitur ſupra deū. Hoc autem ſupra deū appetit quando aliquis pro re tpali deſiderata obtinenda vellet aliqđ peccatū mortale ꝯmittere: quaſi eā nō poſſit aliter obtinere. vel pro iam obtenta nō amittēda pri⁹ vellet peccatū mortale ꝯmittere ꝙ̄ ipā carere. Hec aūt docet ſanct⁹ Aug. de ciui. dei. xxi. ca. ij. Hoc eſt enī habere chriſtū in fundamēto: nihil chriſto prepone re: ſed in oībus eius ꝑponere ꝑceptoriam volūtatē. Qui igit̄ excellētiā vel vanam gloriā inordinate appetit. ita tñ ꝙ deū ſibi in corde ꝑponit: nec aliquid contra deū faceret pro gloria aſſequenda: ſupbus eſt: ſꝫ non criminaliter: ⁊ ꝓpter iſtam diſtinctionem admonemur omne etiā ſignū ſuperbie in geſtu, habitu, ⁊ ſermone. ⁊ ita de aliīs intellige conſequēter. Qui ḡ ſollicit⁹ eſt de ſclo ꝯtra rl'e honeſtatē: vel i tm̄ vt illa dimittat ad q̄ ex lege vl' voto rl'e tenet: peccat mortal'r. De d̄tractiōe ē difficili⁹ explicare. Circa qđ ſciēdū ꝙ d̄tractio ē q̄ v̄bo ledit aliū: ꝑcipue in abſētia

Talis ergo aut mentit vt ledat: ⁊ hoc eſt generaliter mortale peccatū: cum ſit pernicioſum mendacium. Aut dicit verum licet malū: ⁊ hoc poteſt eſſe tripliciter. Aut enim homo dicit malum verū de alio zelo iuſticie q̄ñ ⁊ vbi dicendū eſt: ⁊ hoc non eſt malū ſed bonū. Aut dicit malū deſiderio ⁊ libidine vindicte vel odio perſone ⁊ hoc principali intentiōe: ⁊ talis peccat mortaliter. Aut dicit malū ſcitum ex lubricitate lingue: ⁊ hoc nō eſt mortale pctm̄: niſi ita contra prudentiā dicat: vt poſſit in ſcandalū redūdare. zelo aūt iuſticie pōt quis dicere malū dupl'r: vel vt corrigatur: vel vt caueat. Murmuratio eſt pctm̄ mortale cum impugnat ſcienter dei iudicia vel ſupioris auctātem: vel cū ordinat ad ſcandalū ſuſcitandū. ¶ Pro ſexta pte ſubdit. Sed attendāt q̄ ſup oīa deſiderare debent habere ſpūm dñi: quē ſupra dixit ſpūm ſancte deuotiōis. Iſta duo tio eſt pius ⁊ hūilis affectus in deum: qui ex ɔpunctione gñatur. Et ſanctam eius opationē. Ofo eni dicit ſpūs opationem. Quia dicit apoſtolus ad roma. Spūs poſtulat p nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Orare ſem p addeū puro corde. Lu. xviij. Oportet ſemp orare ⁊ non deficere. Et. i. ad theſ. v. Sine intermiſſiōe orate. Hoc aūt triplicē habet ſenſum quoꝝ duo tangunt in glo. Lu. xviij. Quia ſemp orare eſt canonicas horas quotidie debito more dicere. Item ſemper orat qui ſemper bene agit. Tertio modo ſemper orare eſt ſpūm deuotionis ſemper inuiolabiliter obſeruare: que habita inter quaſcūq; occupatiōes ſoleti gemitibus ⁊ ſuſpirijs inenarrabilibus chriſti clementiā implorare. Inpceptibiliter etiā ad hoc regula vt exiſtimo manu ducit. frēs igit ſemp orātes accidiam a ſe excludūt. Et per ieiuniū gaudij oē carnale ſolatiū pcul pellāt: vbi cauenda eſt hereſis marſiliānoꝝ. ¶ Pro ſeptima pte addit. Et habere humilitatē ⁊ patientiā. pmit hūilitatē patientie: q2 fundamētū ei⁹ eſt: ſicut ecōtrario ſupbia eſt fundamētū impatiētie. Prouer. xiij. Inter ſupbos ſemp iurgia ſunt. In pſecutiōe. q̄ eſt aduerſitas ad extra. ⁊ infirmitate. q̄ eſt aduerſitas ab infra. Et dicit in pſecutione. q2 ſcribit. ij: Thimo. iij. Oēs qui pie volunt viuere pſecutionē patient. Item. i. Coꝝ. iiij. Uſq; in hāc horā eſurim⁹ ⁊ ſitimus. Ibi glo. Libere ⁊ ſine adulatione Uitatē pdicātes ⁊ geſta praue vite arguētes: gſam nō hñt apud hoies. Ad patientiaz i īfirmitate ptinet pauci s obſequijs pauciſq; remedijs ɔtentum eſſe iuxta exigentiā pauptatis: vt memores ſint frēs quomodo olim monachi languentes aqua frigida vix ad ſufficientiā vtebant. In quo (ſine graui cordis gemitu nō dico) mag; repiunt vitioſi pauperes in ſeculo ad religionē venientes. De quibus Hiero. ad cuſtochiū Mirum de infelici conditione plurimoꝝ. Sunt nōnulli viles ⁊ abiecti in ſeculo qui quotidianis laboribus ſe vltra vires affigentes pro victu captando: viliſſime ⁊ vix raris fabis ⁊ rapis cum ordeacco pane ſaturātur: cum chriſti vero ad menſam accedunt ⁊ chriſti militiaz ſuſcipiunt: ſue egeſtatis obliti lautiora querunt quam milites qui ſunt aſſueti magnificis. Hec autem omnia in chriſti ⁊ apoſtolica vita locum non habeant. Hec Hiero. ¶ In vltima parte ſubdit. Et diligere eos qui nos perſequunt ⁊ reprehendunt. irrationabiliter: ⁊ arguunt rōnabiliter. Quia

C. vi. ps pncipal' hui⁹ rubrice.

nota

Septima ps principalis

C. viij. ps iſti⁹ rubrice.

dicit dñs. Diligite inimicos vſos. Mat. v. quãto magis amicos. Et orate ꝓ pſequẽtibus in facto. ⁊ calũniantibꝰ vos. in falſi criminis impoſitiõe. Cuius rõnẽ ſubdit dicẽs. Bti qui pſecutionẽ patiunť ꝓpter iuſticiam: qm̃ ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ. Qui autẽ pſeuerauerit vſqꝫ in finem: hic ſaluus erit.

## Capitulum vndecimum.

Precipio firmiter. Hic docet fratres fame ſynceritatem obſeruare a labe p̃cipue turpitudinis. Et hec ps diuidiť in tres. Primo inhibet generaliter ſuſpecta ꝯſilia oĩuꝫ mulieꝝ. Scdo ⁊ cautelã adhibet circa ꝯſortia monialiũ. Tertio inhibet occaſionẽ ſpũaliũ cognationuꝫ

Dicit ergo ꝓ primo. Precipio firmiter fribus vniuerſis ne hẽant ſuſpecta ꝯſortia vel ꝯſilia mulierũ. Suſpectũ ꝯſortiũ eſt nõ ſoluꝫ mulieris ſuſpecte: imo cum oĩ muliere vbi locus ⁊ tempus geſtus ⁊ aſpectus ⁊ alia laudabilia indicia ſuſpitionẽ laudabiliter non excludunt: vt ſi locus querať per mulierũ colloquio ſolitarius aut obſcurꝰ ⁊ tẽpus nocturnuꝫ vel alias importunũ. Si geſtus ſit diſſolutꝰ: vtpote ex nimia mulieris appropinqtate vel faciei ad eã ꝯuerſiõe fixis oculis manibꝰ iunctis: oẽ tale ꝯſortiũ eſt ſuſpectũ. Unde ſuſpecta ſũt ꝯſortia ⁊ colloq̃a p̃dictꝫ circũſtãtijs ꝯcurrentia. Jtẽ ſi ſolitaria ſint excluſo alioꝝ auditu lꝫ nõ viſu ex intentiõe ſine cã pia: maxime ſi ſint ſolitarie ꝓlõgata: aut cũ eadẽ pſona ſine rõne euidẽti frequẽtata: ſuſpecta ſunt colloquia. Ad ſuſpitionem aũt mulieꝝ facit etas conditio colloquẽtis. Jllã aũt ſuſpitionẽ exiſtimo hic ꝓhiberi: q̃ fri excitat enormis tẽtatiõis ſtimuluꝫ: vel q̃ crimini p̃ſtat fomentũ: vel q̃ põt apud alios vł aliũ ſcãdalũ generare. Et hic exiſtimo oẽ ſuſpectũ ꝓhiberi colloquiũ: qđ ordinať ad carnis imũditiã quãcũqꝫ vel qđ põt huiꝰ rei ſcãdalũ vel ſuſpitionẽ ꝓbabiliť excitare. Sicut dñs ꝓhibẽdo mechiã: ꝓhibet nõ ſolũ minorẽ lapſum qui eſt fornicatio: ſed ⁊ oẽm maiorẽ turpitudinẽ qua corpus ſeminaliter inquinať.

Hec ẽ ſcđa ps p̃ncipał iſtius rubrice.

Sequiť. ꝓ ſcđa pte. Et ne ingrediant monaſteria monachaꝝ p̃ter illos qbꝰ a ſede aplica ꝯceſſa eſt lĩa ſpãlis. Hec inhibitio de oĩbus monialiũ domibus intelligitur. Ubi enim eſt magis periculum colloqui: ibi prudentiꝰ obuietur. Jlle aũt moniales ſancti Damiani pre ceteris mulieribus ab humanis conſortijs excluduntť. Licet ergo in frequentatione earuꝫ poſſet oriri periculum ꝓpter quandam familiaritatẽ fratrũ minorum: ⁊ ꝓpter hoc ſit lĩa adeundi talia loca apoſtolice ſedi reſeruata: tamen quia alie moniales ſe amplius exponunt humanis colloquijs q̃ꝫ ille: neceſſe eſt vt illud mandatum ad omnes monachas referať ſm expoſitionem dñi. Grego. ⁊ indulgentiã de talibus viſitandis. Et ſicut monachi ſũt non ſolũ collegiati verũetiam ſolitarij: ſic ⁊ monache ⁊ moniales intelligende ſunt non ſolũ collegiate: verum ⁊ incluſe dicunť ⁊ ſolitariam vitam agunt. Et he etiam ſunt vitande ſicut collegiate ꝓpter maius periculum ſolitudinis ex tenore p̃ceptiv extimo precedentis.

C. 3. ps principalis.

Sequitur. pro tertia parte. Nec fiant compatres virorum aut mulierum ⁊c. Hoc ideo inhibetur monachis. xvi. q. i. placuit. Et quia de ſimilibus eſt ratio

ſimilis: ſcito hic prohiberi omne fratrum ad mulieres comertium: de quo poſſet fratribus ſcandalum generari.

## ¶ Capitulum. xij.

Q Uicunqꝫ fratruꝫ ꝛc. Hic tertio docet in martyrio conſumare. Et quia martyrium nihil eſt niſi fiat in eccleſiaſtica vnitate: primo agit de primo: ſcdo de ſcdo. ibi. Ad hec per obedientiam. In prima parte tangit fratrum hoc deſiderio flagrantium deuotionē ꝛ miniſtrorū examinātiū diſcretionem dicens. ¶ Quicunqꝫ fratruꝫ diuina inſpiratione non leuitate non impetuoſitate. non aſtucia ſubterfugiende diſcipline. Voluerint ire inter ſaracenos ꝛ alios infideles. vt paganos vel hereticos vel ſciſmaticos: petant inde lniam a ſuis miniſtrꝫ prouincialibus. quia huius rei obedientia non eſt in voluntarijs imponenda. Unde ſubdit. Miniſtri vero nullis eundi licentiam tribuant: niſi eis quos viderint eſſe idoneos admittendū. Idonei autem ſunt robuſti corpore ꝛ conſtantes in fide: probati virtute ꝛ ſemper irrephenſibiliter conuerſati. ¶ Sequitur pro ſcda parte. Ad hec per obediētiam iniungo miniſtris vt petant a dn̄o papa vnū de ſancte romane eccleſie cardinalibus: qui ſit gubernator in bonis agendis ꝓtector in oppreſſiōibus alienis. ꝛ corrector in delictis iſtius fraternitatis. vt ſemper ſubditi ꝛ ſubiecti ſint pedibus eiuſdem ſancte eccleſie: ſtabiles in fide catholica. ſine q̄ illud martyrium nihil valeret. paupertatem contra auaritiam. ꝛ humilitatem contra ſuperbiam. ꝛ ſanctum euangelium domi noſtri ieſu chriſti quantum ad virtutum perfectionem omnimodam. qd̄ firmiter promiſimus. i. quatenus ipſum promiſimꝰ obſeruemꝰ. Ad hebre. ij. Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea que audiuimꝰ ne forte ꝑeffluamꝰ. ¶ Querit̄ de p̄ceptis regule. q̄. ſ. vniuerſalr̄ itelligēda ſūt p̄ceptorie iponi: ꝛ in qbꝰ pn̄t p̄lati ordinis diſpēſare. Ad hoc rn̄deo ꝙ rl'a iſta p̄ceptꝫ eſt plena: ꝛ vt puto pene oīa i ea poſita ſūt p̄cepta: vbi aliqd̄ exp̄ſſe additū vt monitiōis vel exhortatiōis vocabulū vel ꝯſile aliđ nō d̄clarat. Preceptoꝝ āt iſtoꝝ tria ſūt genera. In qbuſdā . n. ponit̄ exp̄ſſe p̄cipiēdi verbū vt pre ceterꝫ ꝯmēdent̄: ꝛ illa ſic trāſeūt i votū: vt i nullo coꝝ ordo valeat diſpēſare. ¶ Aliud eſt genꝰ p̄ceptoꝝ qbꝰ addit̄ verbuꝫ tentiōis vel debiti vel aliqd̄ ſile. Ex quo obligatio declarat̄. Vocabulū āt tentiōis lꝫ obligationē iportet: nō tn̄ ſic diſtricte ſicut vocabulū p̄cepti ad illud faciendū ligat: cui tentiōis vocabulū eſt adiūctū. Qd̄ pꝫ. qꝛ cum homo homini teneri dicitur in aliqua pecunie quātitate: certū ē ꝙ tentio obligationē importat vel ad ſoluendum vel ad ſatiſſaciènduꝫ vl' alio modo: niſi debitum velit creditor dimittere debitori. Unde licet tentio obligationem ſonet: poteſt tamen ordo in particulari ꝛ in caſu cum aliquo diſpenſare in iam dictis: exceptis illis in quibus patet intentionem regule omnino preceptorie obligare: vel quorum tranſgreſſio ſcandalum vel deordinationem notabilem generaret. Verbi gratia. Cum dicitur primo capitulo. Alij frēs teneāt̄ fri frāciſco ꝛ eius

Prima pars

nota

Hec eſt ē ſcda ps p̄ncipalis iſtiꝰ rubrice.

Nota bene

Attē. q̄ ſūt p̄ceceptorie ipoſita in rl'a: ꝛ ſup qbꝰ p̄t p̄latus diſpenſare: circa qd̄ nota bonā diſtinctiōeꝫ

ſucceſſoꝛibus obedire: patet ꝙ in hoc non poteſt oꝛdo in aliquo diſpenſare: ſicut etiam .viij. c. vbi dicitur. Uniuerſi fratres vnū de fratribus iſtius religionis teneantur habere ſemper generalem miniſtrū. Et infra eo. ca. Teneantur predicti fratres quibus electio data eſt alium ſibi eligere in cuſtodem: ⁊ ſic in ſimilibus. In alijs autem nonnullis credo ꝙ oꝛdo poteſt diſpenſare in particulari ⁊ in caſu. Uerbi gratia, cum dicitur, iij. c. Non teneantur niſi ſexta feria ieiunare. Credo ꝙ citra manifeſtam neceſſitatem ſubditus tenetur ieiunium ſoluere ſi ſuperioꝛ imponerit: niſi eēt ſolutio ieiunij in ſcandalum alioꝛum. Similiter intelligo in illo verbo ſeptimi capituli. Teneantur predicti fratres ad eos recurrere: ⁊ in quibuſdam alijs. Nihil tamen hoꝛum poteſt oꝛdo generaliter immutare. ¶ Eſt etiam tertium genus vbi nec additur p̄cipere nec teneri, ſicut patet in ſecundo capitulo in pertinentibus ad receptionem ad oꝛdinem venientiū: ⁊ in tertio inſpectantibus ad diuinum officium: ⁊ in pluribus alijs conſequenter: vbi multa eſſent precepta ex intentione mandatoꝛis: niſi eoꝛum tranſgreſſio ſcandalum ⁊ deoꝛdinationem notabilem generaret. Circa quoꝛum diſpenſationem in particulari intelligo idem quod circa preceptum ſecundi oꝛdinis eſt predictum. Inter que etiam alia que nōn preceptoꝛie inſeruntur. Nec in ſpeciali amplius diffinio: niſi vt omnia regule verba cum reuerentia recipiantur: ⁊ ipſoꝛum tranſgreſſio penitus deuitetur: cum certum ſit regulam pro lege dari. Nec aliquis a lege auertitur: quin ad tenebras ↄuertatur.

Hec eſt .iij. ps principalis totius regule.

¶ NULLI ERGO. Hec eſt pars tertia epiſtole alioꝛum concluſiua: vbi duo ſunt notabilia: ſcʒ regule ſtabilitio ⁊ tempoꝛis determinatio. Pro primo dicit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Quod tamen faciunt detractoꝛes regulam ipſā ⁊ regule declarationem ⁊ fratrum conuerſationem trino oꝛdine dentiū lacerantes. Unde caueant ab eo quod ſequitur. Si aūt quis hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beatoꝛū Petri et Pauli apoſtoloꝛum eius ſe nouerit incurſurum. Pro tempoꝛe addit. Datum Laterani. i. in ſede imperiali chꝛiſti nomini conſecrata. Tertio kalendas Decembꝛis. Die ſcʒ ſaturnini. que eſt prima ſcʒ ſolemnitatū anni ſecundum reuolutionem romani officij: vt pateat hanc regulā eſſe renouatiuam gaudij quod annus benignitatis domini introduxit. Que eſt etiā vigila ſancti Andree apoſtoli: vt ſciant omnes huius regule obſeruantiam eſſe vigiliam preambulam ad thronum iudiciarium cū gloria poſſidendum. Pontificatus noſtri Anno octauo, vt octaua gratie ⁊ gloꝛie commendetur. Amen.

¶ Explicit regula ſm̄ expoſitionem ſeraphici doctoꝛis ſancti Bonauenture oꝛdinis minoꝛum.

¶ Incipit quedã notabilis expoſitio regule fratrum minorum facta per fratrem Ugonem ordinis eiuſdem.

PRopoſitum regule iuxta ſententias antiquoꝝ (diſputationibus per quas ipſam iaz euacuaſſe ⁊ quaſi alteraſſe infamamur omiſſis) me iuxta obedientiam inuictam retexere ꝓpono: ad hoc aſtrict⁹: et q̄ nulli ꝑcit oblocutoꝝ calũnia cõpellit. Sz cũ obediētie merito etiaz ordinis zelus mouet attendētē nõ nullos ſed erroneos eiuſdē regule (quãq̃ latore irrefragãte) interpetres nec nõ ⁊ emulos auctoris ⁊ obſeruantie in ſugillationez ſtatus nr̃i q̄ nõ intelligũt damnantes: quoſdã vero ex nr̃is ꝑiculoſe qđ ſcire neceſſe eſt ignorantes. Nõ enim excuſat ignorantia regule ꝓfeſſores. Si neſcit: tenet̃ inquirere diligenter. Nõ minus perit q̄ clauſis oculis perit: dũ regula vtiq̧ arctiſſima, breuiloq̄ ⁊ ob hoc in aliquibus obſcura eſſe ꝓbatur, cõſultatione ordinis approbante. Licet q̄dam qui minus quidē ex ignorantia vel negligētia diſcernentes patere ſibi oĩa clament: ſed cõtrariũ regule oſtendunt. Sepe qui minus intelligit plus preſumit: ⁊ qui minus ꝓuidet: minus cauet. Sapiens timet ⁊ declinat a malo: ſtultus tranſilit ⁊ confidit. Nõ ambulat ſimpliciter: qui ambulat iprudenter. Eſt via que videtur homini recta: nouiſſima autem eius deducũt ad mortem. Uerum nec ego regule mihi ſcientiam arrogo vt conſcius vl' anceps. Ubi cõmuniter aſſerta nõ repperi: ſermo ꝓbat. Sed ⁊ coactus ⁊ iuſſus quedam ex ijs potiſſime que ab ipis beati franciſci familiaribus ⁊ etiam alijs ſanctitate ſcientiaq̧ ꝓcipuis q̄ ſuper ea ſuis nos verbis ⁊ ſcriptis pie ac ꝓuide inſtruxerũt: ſollicite didicerunt, vel traditũ comperi: ad eius defenſionem ⁊ aliqualem circa ipaz neceſſarie attentionis exercitationez cõmemorans: illos ſaltez cauēdos oſtendo: q̄ nouas gloſas extra rationē littere: ſed iuxta vt aiũt intellectũ quaſi aliud tradiderit, ⁊ aliud intenderit fabricantes: ſic intelligi debere contendũt. Has aliquãdo ſanct⁹ gloſas nõ aũt neceſſarias deuitare vt nocinas inbibuiſſe credendũ eſt: que prius in regula per dñm Innocencium approbata: de qua poſtmodũ anteq̧ per dñm Honoriũ papã bullaretur: nõ nulla ſunt breuitatis ſtudio omiſſa. Cuius interdum pro edificatione ac maioris contextus per originem elucidatione: recordor omnes fratres tenorē ⁊ ſpiritũ coꝝ q̄ in ipſa regula ſcripta erant docentes. diſcentes, inſpicientes, orabat a dño benedici. Nimirũ vnicuiq̧ ſuus ſtatus curandus eſt. Nũq̧ in eccleſijs collatio ꝓuida: ſed aſſertio ſeu contētio reprobat̃ in cauta. Et qm̃ ſancta precedentium patrũ vita nobis eſt vite forma: interloquendo de regula de ipſorum quoq̧ moribus ſm̃ regulã inſtitutis aliquid extimo inſerendum. Rudis ⁊ rarus pro vtriuſq̧

materie pondere ſ̃mo: ſed prudenti qui ex paucis multũ inſtruit: ad cau
telaꝫ occaſionaliter in pluribꝰ directiuus: nũq̃ ꝑiudicãs peritiori.

## ¶ Primum capitulum.

Regula ⁊ vita minorũ fratruꝫ.
hec eſt. ſ. dñi nr̃i ieſu chriſti ſanctũ euangeliuꝫ obſeruare.
¶ Beatiſſimus regule cõditor chriſti veſtigia ⁊ vitã euan
gelicam ſtudioſiſſime ſequi deſiderans: ꝓfeſſionẽ ſuaꝫ in
euangelij obſeruatione conſtituit. Nomen quoq̃ minoris ex euangelio
ipſo habetur: dicente dño. Quãdiu feciſtis vni ex fratribus meis mini
mis: mihi feciſtis. Per hoc nomen nõ ſolum paupertatem: ſed precipu
am in q̃ua fratres viuere voluit humilitateꝫ ſanctus expreſſit: vt ſicut no
mine: ſic humillimi eſſent ⁊ cõuerſatione Sic humilitas eſt ſtatui fratris
minoris annexa: ſic nomine habitu omniq̃ modo viuendi per regulam
cõmẽdata: vt ſi eſſe humilis renuit: frater minor vtiq̃ nõ ſit. Fratris mi
nota noris eſt humilia amplecti: ſublimia fugere: omnem omni ſtudio faſtum
in verbo, geſtu ⁊ habitu ⁊ in omni conuerſatione vitare. Nunq̃ ſe inter
homines maiorem ceteris ſiue religioſis ſiue alijs oſtentare. Compara
tiones odioſe ſunt: ⁊ vix ſine ſcandalo vel iactãtie nota fiunt. Fratris au
tem minoris eſt iuxta nomen ſuum ꝙ minor eſt ſemper attendere: ac de
ſe per omnia humiliter ſentiendo: omnibus ſicut minorũ docet: quandã
prout congruit reuerentiam exhibere: ſicut fuerunt antiqui. omni huma
ne creature ꝓpter dñm ſubiecti. Attende in hoc capitulo quid auctorita
tis. quid euangelij deſignetur: ⁊ obedientia ſedi apoſtolice ac miniſtris
ordinis poſt eorum tranſitum debita. auctoritatem ordini preſtant. Cer
te ⁊ regule ſiue auctoris obſeruantia perfecte ſublimitas, quaꝫ diuina cla
ris ſignorum portentis ⁊ eccleſiaſtica ſimul atteſtatio comitatur. Pro
pter primuꝫ dicitur ¶ Regula ⁊ vita minorum fratrum hec eſt. ¶ Con
tra emulos dicentes ꝙ fratres regulam ⁊ conſequenter ordinem nõ ha
beant: ſed erant quidam homines pauptatis. Auctor regule beatus frã
ciſcus ſicut ipſe in teſtamento expreſſit dicens. Ipſe altiſſimus reuelauit
mihi ꝙ ego deberẽ viuere ſ̃m formã ſancti euangelij. Et ego inquit pau
cis verbis feci ſcribi. Que tamen regula fratrum minorum dicitur: quia
fratrum obſeruantia ſiue ꝓfeſſione: ⁊ beati franciſci editione ſimul ⁊ ob
ſeruatione congrue appellatur. Sic ſanctus Gregorius in dialogo regu
lam beati Benedicti vocat regulam monachoruꝫ. Nos quidem regulã
beati franciſci cõgrue dicimus: quã tamẽ ipſe nõ ſuam ſed fratrũ con
grue nominauit. Nõ ergo dñs papa vt ſuã poſuit ſicut aſſertio edidit: ſꝫ
iuxta prefationis tenorẽ editã confirmauit: quem ſcribentis quoq̃ modꝰ
⁊ ſententia negat auctorem. Ipſe quippe nõ diceret qđ in ſequẽti. ca. dr̃.
Si q̄ voluerint hãc vitã accipere ⁊ venerint ad frẽs nr̃os: q̄ frẽs ſuos ap
pellat ep̃os. Neq̃ ſingulariter loq̃tur vt regule lator dicẽs. Cõſulo mo
neo ⁊ exhortor. Neq̃ eſt regule ſubditꝰ vt dicat. Pauptatẽ ⁊ humilita
tem ⁊ ſanctũ euangeliũ qđ firmiter ꝓmiſimus obſeruemus. Sic etiã in
alijs regule locis ſimilia quoq̃ notes. ¶ Secundũ. ſ. obſuãtia cõmẽdat

cum dicitur. Sanctum euangeliũ obſeruare. ¶Hanc ergo perfectiſſimã ac ſanctiſſimã regulam ⁊ ob hoc etiam ſuis obſeruatorib⁹ ſalutarẽ: quã continet perfectionis ſublimitas: vt de ſingularibus alijs taceat irrefragabili defenſione confirmat. Accedit etiam beatiſſimi patris vitã euangelicam renouantis precipua ſanctitas ſingularis priuilegij: videlicet ſtupendorum poſt apoſtolos mirabiliũ conteſtatione prefulgens: ſancte ꝙ ſimul eccleſie romane auctoritas dignis eam preconijs ⁊ titulo ſolennis approbationis attollens. Statum quoq; quem ipſe fundauit altiſſimus vſq; hodie miraculorum prodigijs in ſuis confirmare ſequacibus non deſiſtit. Ordiniſq; miniſtros quos maliuoli de regule quam non intelligunt tranſgreſſione condemnant: ipſe qui omnium nouit ſtudia iuſtificat: dũ eos in hac obſeruantia quam tenemus ⁊ miniſterij executione defunctos nouerit: in dieb⁹ noſtris ingentium miraculorum gloria illuſtrat. Errat nimis qui iudicat alienos: maxime quando ſunt litterati religioſi ⁊ diſcreti: nec ipſe plenam iuris eorum priuati noticiam: nec cõſuetudinis que optima eſt legum interpres experientiam habet. Cum autẽ dicitur ꝙ regula fratrum minorum eſt ſanctum euangelium obſeruare: euangelij nomine iuxta apoſtolicum reſponſum ea tantum euangelij cõſilia deſignantur: que in ipſa regula preceptorie ſunt expreſſa: preſertim cum fratres ſe ad alia non obligare intẽderint: ⁊ vix vel nũq; poſſint omnia ad litteram obſeruari. Quod ſanctus cõfirmaſſe videtur: quando vt predictum eſt ait. Ipſe altiſſimus reuelauit mihi ꝙ ego ſm formam euãgelij deberem viuere; ⁊ ego inquit paucis verbis ſimpliciter feci ſcribi. Dicit ergo euangelium fratribus obſeruandũ quantum ad illa que ſimpliciter fecit ſcribi. Ad alia vero tenẽtur ſicut ceteri chriſtiani: ⁊ ego magis de bono ⁊ equo: quo ſe obtulerũt holocauſtum domino medullatũ per contemptum omnium mũdanorum. Ad perfectam quoq; obedientiam pauptatem ⁊ caſtitatem ſiue carnis mortificationẽ in qbus ſanct⁹ obſeruantiam euangelij cõprehendiſſe videtur: cum explicando ſubiungit. Viuẽdo in obedientia ſine ꝓprio ⁊ in caſtitate. in ea maxime pfectione qua ſingula in regula cõmendat: omnia euangelij conſilia referuntur: quamq; ⁊ alia vt ſepe ſint euangelica regule inſtituta. Quid eniꝫ eſt regula: niſi quedam euangelice perfectionis ſumma? Nam licet pfecta ſit rła quaꝫ eccłie primitiue apłi tradiderunt: ⁊ regulariuꝫ patres poſtmodũ aſſumpſerũt: precipue tamen illam fratrib⁹ regulã ſanctus tradidit: quam poſt apoſtolos ipſis dedit vitam ſimul ⁊ doctrinam euangelicaꝫ cõplectentẽ. Unde ſicut de vita: ſic de predicatione ad fideles ⁊ infideles in ſequentibus ordinatur. Totũ ad euangelij obſeruantiam votũ ⁊ ſtudium fuit ſancti eiuſq; ſequatium antiquoꝝ. Ipſos ſiquidem euangelicos vere eſſe ſicut tam verba ꝙ opera cõprobãt: vel paucis reor exempli gratia exprimendum. Erat eis verbũ ⁊ ſalutatio pacis in ore: ꝗ beatus Frãciſcus pater exemplo chriſti ⁊ reuelatione acceperat: ſicutipſe teſtatus eſt dicens. Salutationem dñs mihi reuelauit: vt dicerem dominus det tibi pacem. Deteſtabantur iuratoria ⁊ aſſertoria verba: que iam in diſciplinati quidam ſecularium more frequẽtant: ſed eſt eſt, nõ nõ, coꝝ iuxta

euangelium ſermo erat, Inter hoīes ĳs qui apud eos erant iuxta euāge-
licam doctrinam contenti: ne panē gratis ederent: reficientes ſe reficie-
bant: ⁊ ipſi pabulo verbi dei de theſauro conſcientie bone ⁊ infuſe ma-
gis vt ſepe q̄ꝫ acquiſite ſcie noua ⁊ vetera pferentes. Ad eorum introi-
tum non ſimul cum eis carnalitatis aut ſcurrilitatis maledictio: ſed ſa-
cri verbi benedictio introibat. Inuicem autē honoris noīa iuxta euāge-
lĳ formā euitabant, Nulluſq; in ordine dñs aut magiſter dicebat̄. Ra-
cha vel fatue fratri typo contumelie dicere nefas ducebant: cum ⁊ regu-
la prius ⁊ verba hec euangelĳ exprimeret. Si quā alicui vel leuē occaſio-
nem offenſionis dediſſent: ſtatim anteq̄ꝫ deo munus oſonis offerrent vl
ſonum capere vellent: fratri reconciliari ſtudebant. Euangelicū de mu-
tua dilectione preceptum tanta pfectione ſeruabant: vt quaſi matres in-
uicem ſibi eſſent. Fugiebāt ſm euangeliū curas ⁊ ſollicitudines huius
mundi: nec exterioribus ſe negocĳs implicabant. Non reſiſtebant ma-
lo: nec repetebant ſua: nec in iudicio contendebāt. Quicqd poterat vel
malum vel occaſio mali eſſe vel ſpecies: q̄ꝫtūlibet vtile videret̄: magno
a ſe ſtudio repellebant. Manum vel oſculū ſcādalizantē quātūlibet ne-
ceſſariū myſtice a ſe viriliter abſcindebāt. Erāt vero paupes ſpiritu, mi-
tes. miſericordes, pacifici ⁊ ab oībus quorūlibet hoīum ſcandalis mi-
romodo cauebant. In cruce pnie per anguſtā portā intrare contenden-
tes: q̄nta ſe carnis maceratiōe i ieiunĳs ⁊ abſtinētĳs: i oſonibꝰ vigilĳs
⁊ laboribꝰ varĳs affligebāt: paucis explanari non poſſꝫ. His ⁊ ſilibꝰ
patrū exemplis ad eadē inuitamur. Decet ſane oīno vt euāgelĳ pfeſſo-
res ſint pfecti q̄ꝫtum pñt iuxta euāgelĳ pfeſſores vel ſectatores. ¶ Sub-
dit̄. FRATER franciſcus pmittit obedientiā ⁊ reuerentiā dño pa-
pe Honorio ⁊ ſucceſſoribus eius canonice intrātibus ⁊ eccleſie romāe
.i. collegio dñoꝝ cardinaliū: apud quos auctoritas maxime reſidet a-
poſtolica ſede vacante. ¶ Perfectus euangelĳ obſeruator petro apoſto-
lo in ſucceſſore ſuo cui a chriſto eccleſia eſt cōmiſſa: ſe ſuoſq; in ſe ſpāli o-
bedientie ac reuerentie pmiſſione ſubiecit. Unde ſūmo pōtifici ſancteq;
romane eccleſie ſunt fratres ſpāliter tam ex ſingulari hac ſponſione: q̄ꝫ
etiam ex ſpeciali eius ad ipſos cura ⁊ defenſione aſtricti: pſertim cum or-
do per ipſam velut in eius ſinu forme roboris ⁊ incrementi ſuſceperit in-
crementū: vt q̄ſi ppriꝰ filiꝰ ipſius eccl̄e dici poſſit. ET ALII frēs
teneāt̄ fr̄i frāciſco ⁊ eiꝰ ſucceſſoribꝰ obedire. ¶ Btō frāciſco viuente hec
obīa ſibi d̄bebat̄: ⁊ debet̄ cuilibet ſucceſſori in officio miniſterĳ exiſtēti.
nota — Sꝫ ſine ꝯſēſu fratrum maxie miniſtroꝝ eos ad noua ppetuaq; ſtatuta
nō potuit obligare. Unū ad teſtamentū ipſius iuxta rūſū apoſtolicū nō
¶ Q̄ frēs nō tenent̄ ad teſtamēti. ſ. frāciſci obſeruantiā. — tenemur. Non habet regularis prelatus ius ſtatuendi qđ obliget in fu-
turum abſq; ſubditoꝝ aſſenſu: ſine quo eius mandata ipſo ſpirante ſpi-
rant: niſi alias regule vel canonum auctoritate firmetur. ¶ Nōnulli ſen-
tiunt impoſita queq; ſine termino ⁊ mandantiū tempore incboata non
expirare: preſertim mādataq̄ legi diuine vel ſtatutis ordinis aut cano-
num innitant̄: niſi ea per eorūdem mandantiū vel ſtatuētiū ſucceſſores
vel ſuperiores reuocari contingerit. Fatent̄ ſucceſſores p̄deceſſoꝝ non

obligati ſtatuto: cum non habeat imperium par in parem. Sȝ alia ē ing
tint conditio ſubditorum. Nullus tamen ꝑlatus poteſt ſtatuere; vel man
dare quod eius ſucceſſor non valeat reuocare, in quo ſanctus nequiuit fra
tres obligare vt dicunt.

## ℭ Secundum capitulum

SI qui voluerint hanc vitā ac
cipere ⁊ venerint ad fratres noſtros: mittāt eos ⁊ cetera.
ℭ In hoc capitulo de receptione ꝓfeſſione ⁊ habitu prin
cipaliter agitur. Qꝫ volentes intrare ordineȝ mitttant ad
prouincialem miniſtrum: videtur eſſe inſtructio ⁊ non preceptum: alio
quin fratres mortaliter peccare conuincerentur: ſi quemlibet religioneȝ
noſtram petentem non mitterent: quod nullus dicere auſus erit. Atten
dendum igitur in regula erunt q̄ dicanť ẜm inſtructionem ſiue informati
onem: q̄ ẜm cōſilium ⁊ que ẜm ꝓ̄ceptum. Inſtruimur aliquando de ijs q̄
neceſſariū eſt obſeruare: quale eſt quod dictū eſt in capitulo ꝓ̄cedenti. ſcȝ
regula ⁊ vita minorum fratrum hec eſt. ſ. ſanctū euangelium obſeruare.
Aliquando de ijs q̄ penſatis circūſtantijs ⁊ cauſis pro loco ⁊ tp̄e vtile ē
ſeruare: quale eſt qđ hic dicitur de mittendo ad prouinciales miniſtros.
ℭ Quibꝰ ſolūmodo ⁊ nō alijs recipiendi fratres licentia cōcedať. ℭ Ma
terie applicandus eſt ſermo: nequis ad profitētes fruſtra intorqueat: qđ
de receptione intrantium nullus ambigit eſſe dictū. In hoc ẜm regulaȝ
⁊ ſtatuta circa recipiendoꝝ conditiones multa eſt diligētia ⁊ inq̄ſitio ad
hibenda. Et merito tū ꝓpter diſcretionem: tū etiam propter auctoritatē
q̄ miniſtris prouincialibus reſeruatur: q ſunt ianua ingrediendi ordineȝ:
debentq̄ attentiſſime in periculis cōmiſſo ſibi ordini prouidere. Cōſtat
aūt ꝙ hoc dicitur ẜm ꝓ̄ceptum ꝓut celebres poſuere doctores. In hoc
enim ꝙ licentia recipiendi ſolum ꝓuincialibus miniſtris cōceditur: cete
ris interdicitur vniuerſis. Ip̄is autem miniſtris recipiendi auctoritas ꝑ
hec verba confertur: verbū vim conceſſionis datam vel dandam iportās
(vnde magis ꝓpoſito ⁊ ſp̄ūali lucro competit) accipitur. Similis mo
dus loquendi infra ſubiūgiť. Licentiā inquit habeant miniſtri mittendi
eos ad aliquos deū timentes. Non enim pro eo dicitur licentiam: ꝙ ab
alio ſit petenda licentia: ſed quodā loquēdi modo typico ⁊ multū typico
per verbum futurū preſens iam data licentia deſignať. Sic igitur dictū
eſt. recipiendi licentia concedatur: vt ſint verba hmōi cōcedentis licenti
am. Sic ꝓuinciales dumtaxat recipiendi ad ordinem ordinariam ex re
gula habēt auctoritatem: ac per hoc poſſunt ſi quando expediat ſuper re
ceptione hmōi comittere vices ſuas. Hoc ergo aperitis traditū repperi:
qđ nihilominus ab antiquis qui tempore primitiue ordinis miniſtri ꝓ
uinciales extiterant diligētius inueſtigans accepi: ꝙ ante expoſitionem
apoſtolicam ꝓuinciales miniſtri ex ſuo recipiebant offitio ſine cōmiſſiōe
alia ſpeciali: ⁊ receptionem aliquando fratribus cōmittebant. Solum in
orbem generalem miniſtrum recipere vel receptionem ceteris tm̄ ⁊ pau
cis ꝑſonis ⁊ nullis alijs pro caſu aliquo vł neceſſitate quātalibet cōmit-

tere poſſe nec regula nec ratio ſuadere videtur. Solent cuſtodes pannos
ordinis excellenter vtilibus acõmodare perſonis: vt ſit interdum perſo
ne alicui a morte vel periculo liberande: quando ſine periculo amiſſionis
ipſarum miniſtri ꝓuincialis preſentia vel mandatum non poterat expe
ctari. Non videtur ꝙ anima ſit minus liberanda quam corpus. Sed
ijdẽ cuſtodes debent ſtatim ſignificare miniſtro vel ad eum mittere ſic in
dutos: vt ipſe recipiat eos. Quib⁹ non a receptione ſed ab indutione ꝓ
bationis annũ conſueuimus computare: qꝛ ſtatim vt habitant inter fra
tres ⁊ probantur ⁊ probant: ad quod annum ⁊ regula ⁊ iura concedunt.
¶ MINISTRI vero diligenter examinent ⁊ fide catholica eos ⁊
eccliaſticis ſacramẽtis. ¶ Examinare de eccliaſticis ſacramentis forma ẽ
regule: ſed arctius ⁊ ſtudioſius exequendaꝫ. Et ſi qua de fide pro pſona vł
patria ſuſpitio poſſit eſſe, fuit dubiuz inter magnos vtrũ hoc ſit cõſiliũ
vel pceptum. ¶ ET SI HEC omnia credant ⁊c. ¶ Vult ſanctus
recipi a coniugio liberos: ⁊ a temporalibus expeditos: q̃ retinentib⁹ pre
ſtant ſepe occaſionem ruine. Fixis tamen maxime iurıq̃ꝫ habendi renũti
are cogitur: cui annus ꝓbationis ſm euangelium ⁊ regulam ſublime ꝑ
fectionis comendatur. Liber. a mũdo non eſt: q ad huc vinculũ pede tra
bit p quod poteſt ab hoſte facile retrahi ⁊ reuocari. ¶ ET CAVE
ANT fratres ⁊ coꝝ miniſtri ne ſolliciti ſint de rebus ſuis tpalib⁹ ⁊c.
¶ Viſum fuit aliquibus ex hoc loco regulã fratribus interdixiſſe ſollici
tudinẽ ⁊ conſilium diſtributionis rerum oio: miniſtris vero interdictaꝫ
ſollicitudinẽ ⁊ cõſilium diſtributionis rerum: ſed nõ conſiliũ eligendi ꝑ
ſonam timentẽ deũ: per cuius conſiliũ bona pauperibus erogent. Alijs
vero videtur: fratribus ⁊ miniſtris prohibuiſſe ſollicitudinẽ cupiditatis
⁊ conſiliũ quo libertas venientiũ ad ordinem in ſuarum rerum diſtributi
one poſſit aliquatenus impediri. ¶ Unde dr. Ut libere faciant de rebus
ſuis ⁊c. ¶ Neqꝫ in congruum putant fratres deum vtiqꝫ timentes q vo
luerũt in talibus: nec ſe conſulẽtes puertunt: nec de extraneis aliquando
cõſiliarijs ẽ ꝯptũ. miſſis ad ſe ſm indulgentiã regule a miniſtris vtiliter
cõſulatur: ſollicitudine ſꝑ ⁊ nota cupiditatis excluſis. Sed primã ſententi
am tutior ⁊ honeſtior fuat vſus. Unde ſanctus de hmõi in regula nõ bu
bullata dicebat. Caueant ſibi frẽs ⁊ miniſtri fratruꝫ ꝙ de negocijs ſuis
nullomodo ſe intromittant. Si miniſter ad frẽs ꝓ hmõi mitteret: poſſet
notã auaritie vel ſimonie incidere: a quibus nos intendit regula elonga
re. Expeditꝫ aũt negocijs debẽt poſtea idui. vñ ſubdit. ¶ POSTEA
concedant eis pannos ꝓbationis ⁊c. ¶ Videt quoqꝫ non pro indutis ſi
qd forte habeat expedire q in ordinis cura conſiſtit ei⁹ conſilio ac ꝓuidẽ
tia ꝓut religionis honeſtas exigit gubernandi: ſed ꝓ non indutis pce
dentia dicta eſſe: non excuſat regiminis. Probationis dantur panni.
¶ NISI EISDEM miniſtrũ ⁊c. ¶ Non ſm ꝓpriã volũtatẽ: ſed
ſm deũ pro honeſtate vel vtilitate ordinis ⁊ conditione recepti aliquan
do videat. Tunc enim poſſunt ipſi dare habitũ ꝓfeſſoꝝ. ¶ Profeſſionis
tẽpus ⁊ forma ⁊ effectus deſcribuntur i ſerie. De tpe dr. FINITO
anno ꝓbationis recipiant ad obedientiã. ¶ Annus hic p dies fixos nõ p

feſta mobilia cõputatur: quẽ quidã finitũ dicũt: cũ diẽ ſaltẽ vł horã exce-
dit receptionis. Alij vo cũ ſolã minimã a pũcto ad punctũ reuolutionis
impleuit. Ut qui hora prima vel tertia fuit indut⁹: eodẽ reuoluto pũcto
non ante valeat pfiteri. Finito anno debẽt nouicij ad obedientiã recipi:
eſſetqꝫ mora in graue coꝝ preiudiciũ in magnũ animaꝝ periculũ ꝛ ordi-
nis detrimentũ. Si profeſſio tempore ſuo abſqꝫ miniſtri prouincialis au
ctoritate claudicet: profitente videlicet non ordini obligato. vt profiten-
tes nunqꝫ egredi: poſt duos annos aut multos annos poſſint in aduẽtu
prouincialis expelli. videtur contra regulam ꝛ iuſticiam iniuriam ſic fie
ri profeſſo. Et claudicans poſt annum profeſſio in perſonis idoneis. nec
patrum regularium eſt ꝛ monaſteriorum ridiculum eſſet. Propter hoc
vt extimo receptionem ad obedientiam finito anno regula fieri mãdat:
eamqꝫ vt patet miniſtris prouincialibus quorum ob diffuſas prouinci-
as copia vix habetur prouide non reſeruat: vt in eorum abſentia idonei-
tate profitentium exigente: per inferiores niſi phibeat fiat: maxime per
cuſtodes q ſi preſentes ſunt receptiones huiuſmodi faciunt ab antiquo:
ſicut ꝛ maiores ſm regule auctoritatem exiſtunt. Prelatus recipit quia
conſtat eius auctoritate receptio. Si quis hanc receptionẽ putat eſſe ma
iorem ac per hec magis prouinciali: ꝛ cum examinatione contingat fie-
ri: eamqꝫ principalem ꝛ huiuſmodi expeditiuaꝫ eſſe ſolemnitate hac du
plici arguit. Reſponſum. Neceſſitas non ſemper omnia maiora ſinit ma
ioribus reſeruari. Uerũ circa pfeſſionis modũ ꝛ ordo valet: ꝛ recipiens
quiſqꝫ debet neceſſariam adhibere cantelã: vt ſuperior (ſi caſus exigat)
requiratur. Sed ſtulta videt arctatio q periculum habet: ꝛ legis vel cau
ſe neceſſitatem nõ habet. Si quorũdaꝫ vſus obijcitur: veritas vſum vin
cit. Sanaratio exemplis anteponenda ẽ. Nõ rephendo in receptionis
cõmiſſione vel pfeſſionis iteratione cõpoſſibilẽ regule vſum. Multa p
uide nõ ex neceſſitate ſed ex quadam propter dubios congruitate fiunt.
Nũqꝫ etiam in hoc vel in alijs melius intelligenti reſiſto. Sequẽda ẽ nõ
perſequenda veritas cum apparet. ¶ Profitenti forma deſcribit cuꝫ in
fertur. PROMITTENTES vitam iſtã ſemper ꝛ regulã obſua
re. ¶ Promittere quidẽ nõ regulã ſed viuere ſm regulam. vel correpti
onẽ ſm regulaꝫ: minus ad ſingula regule df obligare. Sed hic plena rľe
viteqꝫ pmiſſio ponit: nec addit. Uiuẽdo in obediẽtia ſine pprio ꝛ in ca-
ſtitate. Uñ pmittens corã deo ꝛ ſanctis ſuare ſp vitã ꝛ regulam beati
frãciſci a dño papa Honorio cõfirmatã: pure abſqꝫ variatione: ſm for
maꝫ regule pfitet: nõ addens viuẽdo in obedientia ſine pprio ꝛ in caſti
tate. Cõſiderandũ eſt quantũ obliget iſta pfeſſio: quãteqꝫ ſit culpe tranſ-
greſſio. Si per pmiſſionẽ huius abſolutã vouemus oĩa indiſtincte q in re
gula continent: videt oĩa a nobis fieri ſub precepto: ꝛ conſequẽter eſſe
damnabilis tranſgreſſio ſingulorꝫ. Uouens eniꝫ diuine legis precepta:
tenet omne quod promiſit adimplere. Quidam dicunt q regula quam
promiſimus eſt vt in principio ſcribitur ſanctum euangeliũ obſeruare vi
uẽdo i obediẽtia ſine pprio ꝛ i caſtitate: noſqꝫ ad hec tria tñmodo p hu
iuſmodi pfeſſionẽ aſtrigi: pſertiꝫ cũ ea maxime pceptorie vł inhibitorie

An alij pter p-
uinciales poſ-
ſint nouicijs p
feſſiões dare.

in regula exprimi videantur: cetera inſtructorie vel monitorie deputantur. Sed canonice: ordinis hoc ē: ſcʒ proprie in regula obſeruantie vt puta ſunt forma viuendi, modus officiandi, tempus ieiunandi ꝛ hmōi ſub voti efficacia conſiſtere dignoſcuntur vel aſſerūtur. Obedientia, caſtitas ꝛ paupertas ſunt quedam religionis p̄cipua: nec tamen regularem i obſeruantijs alijs vitam vite ac regule in ſuperioribus expreſſaʒ excludūt. Quelibet etiam cenſenda ſunt de integritate voti cuiuſlibet ꝛ pfeſſionis: quibus non ex cauſa abiectis: cenſebitur pfeſſor apoſtata vel trāſgreſſor ſue religionis. Quis te fratrem minorē non magis apoſtatam dicat: ſi fratris reijciens habitum nūq̄ portas? Si aliquid proprium q̄uis non pecunie ſub precepti verbo phibite habeas? Si officiuʒ regule abijcias? Si contra regulam equitare vt alij homines vel p̄dicare preſumas: qs te ambigat transgreſſorem? Nec tamen in regula p̄ceptum aut tentio nominari videtur. Deniq̄ in ſingulis ordinib⁹ pprie ꝛ canonice obſeruantie ad integritatem regule ſunt deducende. Precepta aūt vel inhibitiones put magiſtri ꝛ doctiſſimi ſenſerunt viri: non ex ſola p̄cepti vel inhibitionis noiatione cēſent: alioquin tota pene ſtatus ꝛ voti neceſſitas annullatur. Nam vt de laude diuina ꝛ alijs ſine quibus non eſt religio taceaʒ: nec religioſus habitus erit neceſſarius nec etiaʒ caſtitas. Vxoratus. n. poteſt euitare ſuſpecta conſortia ꝛ monaſterioꝝ ingreſſuʒ. Eſſentialia inquit regule ligant. Sed eſſentialia regule regulares conſtituunt obſuantias: in quibus ſi nil obligatorie inponi niſi p naturam p̄cepti vel equiualentis exp̄ſſionis putas: totam pene regulam vt dixi euacuas. Maiora quoq̄ p̄cepta aliqua ſollēnitas exprimens: ad maiorem obediendi operam excitat: magiſq̄ omnē inobedientis excuſationem exſufflat. Armatum ſolemnitate p̄ceptum duros in freno vel acqeſcere cogit vel de peruerſitate cōuincit. Sed vt ad ppoſitum redeam: certū eſt ꝙ non omnia que continet regula ſunt precepta. Fruſtra. n. conſulo ꝛ moneo diceret: ſi nullum conſilium vel monitio ineſſet. Magnū inſuper eſſet periculum: ſi omnis contentoꝝ in regula neglectus in quibus quandoq̄ pfectus ſurripit: mortale peccatū induceret. Conſtat etiam ꝙ deo tenemur maxime obedire: nec tamen omnia ſunt precepta q̄ ſuam nobis indicant voluntatem: immo quedam ſunt conſilia: q̄dam monita: quedam precepta. Sic ea: q̄ beati Franciſci vel etiam p̄lati voluntatem inſinuāt: accipienda creduntur. Sed omne quod vouemus iplemus: dum regulam quam ſuare pmitimus put eſt ſeruanda ſeruamus. Ipam. n. in ſua pfitemur efficacia ſeu virtute: vt qd̄ conſulitur ſit nobis cōſiliuʒ: qd̄ precipitur ſit nobis p̄ceptum. Tutum arbitror intentionem dirigere pfitentis. Obligamur itaq̄ regule put nos obligat ipſa ſibi: quam conſtat habere conſilia monita ꝛ mandata. ¶ Nunc differentiam tranſgreſſiōis aduerte. Trāſgreſſio conſilij regule vel prelatí poteſt eſſe ſine culpa. Tranſgreſſio moniti ſine culpa mortali. Trāſgreſſio p̄cepti maxime ſi cum deliberatione ſit: ip eſt cum culpa mortali. Contemptus etiā in minorib⁹ regule vel in ſupioris mandatis timendus eſt ꝛ cauēdus: Vbiq̄. n. ꝛ culpabilis neglect⁹: ꝛ contemptus damnabilis eſt. Differūt aūt: qꝛ neglectus quidā langor

nota Attē. qd̄ peccatū afferat tranſgreſſio cōſilij, moniti vl p̄cepti.

FRatres illi quibus gratiã dedit dñs. Certum eſt iſtud eſſe preceptum omnibus fratribus quo ad euitandum ocium: ſed ad laborem manuuz nõ intendit cogere niſi illos q ſe ſpũalibus officijs non exercent. Ad illos aũt ſecundũ decretalẽ pceptum quo ad laborẽ manualem extenditur. ¶DE mercede vero laboris ꝛc. Nota quoniã tenemur ad vſum pauperem: qꝛ de mercede laboris quã iuſtiſſime lucrifecerimus ⁊ eſſet nr̃a oĩno ſi ꝓprium habere poſſemus: non concedit niſi corporis neceſſaria non ſupflua. Et illa etiaz non qualitercũqꝫ concedit: ſed humiliter ſicut decet paupertatis ſanctiſſime ſectatores. Que tria verba ſumme exprimunt pauperem vſum: queꝫ tamen nos dicimus cadere ſub voto de neceſſario: ſub virtutis medio rationabiliter modificato in reſpectu ad eminentiam noſtri ſtatus.

¶Sequitur.vj.capitulum in quo ſunt ſex precepta.

FRatres nihil ſibi appropriẽt ꝛc. Hic precipitur nihil habere iuris nec in ſpeciali nec in cõmuni: ac per hoc ius multoꝝ priuilegiorum excludit. ¶ET tanqꝫ peregrini ꝛc. Hic precipitur ſecundum magiſtros ſcdm ſanctũ Bo.ve. ⁊ fratrem Joannem de piſciano nihil habere fixum vt redditus. ¶VADANT pro elemoſyna ꝛc. Hic pcipit ſcdm magiſtros paupertas quantũ ad vſum. Quia ſic debent eſſe pauperes: ꝙ mendici. ¶NEC oportet eos verecũdari. Confortatiuuz eſt exemplũ: attamẽ cũ hoc ſupponit ꝙ eadẽ eſt pauptas chriſti ⁊ aploꝝ ⁊ nr̃a. ¶HEC eſt illa celſitudo altiſſime paupertatis. Aſſertoria extollẽtia pauptatis ẽ: ꝑ quã concludit ꝙ nihil poteſt eſſe paupertatis euangelice: ꝙ regula fribus nõ intendat ponere. ¶CUI dilectiſſimi frẽs totaliter inherentes. Hic includit pceptũ de plena obſeruãtia pauptatis quo ad actus intrinſecos ꝑ verbũ. ¶NIHIL aliud ꝓ noie ꝛc. Ex toto iſto capl'o ⁊ alijs pluribus locis regule extrahũt qttuor doctores ⁊ magiſter Joannes de piſciano: ꝙ interdicta ſunt nobis granaria ⁊ cellaria ⁊ edificia exceſſiua ⁊ oĩa notabiliter ſupflua. Et diffinitiones capituloꝝ generalium dicunt: ꝙ hic ſunt abuſiones ⁊ exceſſus remouendi: ac per hoc tenemur ad vſum pauperem. ¶ET vbicũqꝫ ſint ꝛc. Hic eſt aliquid precepti omnibus fratribus. ſ. domeſtica charitas ad confratres: alis ⁊ tãta ſub modis honeſtis ⁊ ſanctis: ꝙ quilibet aliꝰ frater in ſignis extrinſecis non tantum intrinſecis ſic ſe oſtendat confratri domeſticum: ꝙ quilibet frater merito poſſit concipere in corde ſuo confidentiaz quam ſubinfert: que ſicut patet exemplo ſumma deſcribit. ¶ET ſecure manifeſtet. Cõfortatio eſt ⁊ conceſſoriũ. ¶ET ſiquis coꝝ in infirmitatem ꝛc. Loquit de infirmis ⁊ preceptum eſt. Et notandum in hoc capitulo quomodo in ſummo paupertatis ⁊ mutuã charitatem iungit.

¶ Sequitur ſeptimū capitulum in quo ſunt duo precepta.

**SI qui fratrum inſtigante ⁊c.** Preceptum eſt: q͛ dicit teneantur: ⁊ propter materiam. Et dicit Gregorius nonus ꝙ hoc refertur ad manifeſta ⁊ publica ⁊ patet ex textu: ſed nihilominus etiam de priuatis tenentur celeriter debita remedia querere. ¶ IPSI vero miniſtri ſi preſbyteri ſunt ⁊c. Preceptum eſt propter materiam: vt cum miſericordia peccantibus ſubueniant.

¶ Sequitur octauum capitulum in quo ſunt. vj. ꝑcepta.

**VNiuerſi fratres ⁊c. De habē**do generalem omnibus eſt preceptum: ſi miniſtri ⁊ cuſtodes fuerint negligentes. ¶ QVO decedente ⁊c. Nota de generali capitulo ꝙ fiat: ⁊ ꝙ fiat in capl'o pētecoſtes. Et ꝙ generalis eligatur: ⁊ ſi inſufficiens eſt remoueatur ⁊ alius ei ſubſtituatur preceptum eſt. Et nota quomodo iſta regula eſt breuiloqua ⁊ perfecta. Et quomodo neceſſaria ꝑcepta ſepe in modico tangit: vult illa deduci ⁊ intelligi ex paucis que poſuit. ¶ ET POST capitulum pente. Inſtructoria conceſſio eſt.

¶ Sequitur nonum capitulum in quo ſunt. ij. ꝑcepta.

**FRatres non predicent. Pre**ceptum eſt: ⁊ ex declaratione patet. ¶ ET nullus fratrū. Preceptum eſt. ¶ MONEO quoq; ⁊ exhortor. Patet ꝙ exhortatio eſt: licet ſit de ijs q̄ obligant iure diuino.

¶ Sequitur decimū capitulum in quo ſunt duodecim precepta.

**FRatres q̇ ſunt miniſtri. Pre**ceptum eſt tria continens. ſ. ꝙ viſitent ⁊ moneant ſubditos ſuos: q͛ hoc ꝑtinet ad adminiſtrationem. Secundū eſt: ꝙ humiliter ⁊ charitatiue corrigant eos: ⁊ īponit hūc modum cure. Tertium eſt ꝙ contra animā vel regulā nō precipiant: q͛ contra hoc nihil iuris habēt. Et ſic nota hic quales eſſe debent huius ordinis prelati. ¶ FRATRES vero q̇ ſunt ſubditi. Habent ſubditi aliud preceptum triplicatum. Primū ꝙ abnegent ꝓprias voluntates. Secundū vt obediant corde: ꝙ exterius obediant opere ī ijs que regula imponit ⁊ in omnibus alijs q̄ explicite nō tangit: dū tamen ſint talia q̄ nō ſint contraria anime ſue ⁊ regule noſtre. Quia ſi per ſe mala precipiunt vel ꝑ ſe bona ꝓhibentur vel quia inhibet qđ regula concedit ⁊ ꝓhibetur illud qđ precipit vel intendit: non debet obedire: ⁊ hoc eſt

qȏ ſequitur. ET non ſunt contraria anime ꝛc. Et hoc eſt tertium quod pꝛecipitur in ſubditis. ſ. contra aiam ⁊ regulaꝫ nõ obedire pꝛelatis: qȏ ꝯſequẽter elicitur ex verbis ſequentibus. ET vbicũqꝫ ſunt frẽs qui ſcirent. Hic eſt triplex pꝛeceptum. Unũ eſt ſubditis: ꝙ qñ ſcirent ⁊ cognoſcerent euidẽter non per fantaſticã imaginationẽ: ꝙ impediũtur ab obſuantia regule ſcõm verũ intellectum quẽ ſpũſſanctus exp̄rimit in ea de eius ꝑfectione: ⁊ hoc eſt qȏ dicit. SPIRITUALITER obſeruare. Tunc tenentur recurrere ꝓ adiutoꝛio ad pꝛelatos ⁊ hoc eſt qȏ dicit. DEBENT. Pꝛelati vero ⁊ oẽs alij frẽs teneãtur iſtos nõ impedire a tali recurſu: ⁊ hoc ẽ qȏ dicit verbũ. POSSUNT. Et qñ hoc dicit regula: inhibet impedimẽtũ ſeu impedimẽta ꝯtra tale poſſe quod ꝓcedit. MINISTRI vero ꝛc. Hic p̄cipit duo miniſtris. Pꝛimo benignitatẽ circa taliũ receptionẽ. Scdo plenã ſatiſfactionẽ talibꝰ ꝙ perfectio regule poſſit obſeruari ab eis: nam nihil plus p̄cipit regula nec intẽdit: q̃ ꝙ de eius plena obſeruãtia p̄lati ſubditis ſeruiãt. Et hoc eſt qȏ ſubditur. NAM ita dꝫ eſſe. Et de hoc pñt ſubditi p̄latos cogere: vel repellere ſi ꝯtrariũ faciunt: ꝙ eis ſeruiãt de obſeruãtia regulari. MONEO vero ꝛc. Patet ꝙ admonitio eſt quo ad venialia circa hec: nam aliter hec ſunt per ſe ꝓhibita ⁊ oibus p̄cepta in certo gradu. ET nõ curẽt neſcientes lr̃as ꝛc. Pꝛeceptũ ẽ ꝙ illitterati nõ debẽt q̃tum eſt ex ſe curare diſcere lr̃as: ⁊ hoc intelligit̃ de laicis. SED attendant ꝙ ſuper oĩa ꝛc. Pꝛecepta ſunt iſta ſicut diuinꝰ cultus: ⁊ q̃tuꝫ ad aliquid pꝛincipaliſſima ea que ſequũtur in hoc caplõ. Nota aũt aliter loquitur hec ſancta regula hic ⁊ alibi de oꝛone ⁊ de ꝑfectiſſimis habitibus mentis ⁊ aliter de ſtudio lr̃arum.

## Sequitur vndecimum ca. in quo ſunt tria pꝛecepta.

Pꝛecipio firmiter ꝛc. Diſtricte inhibetur ſuſpectum ꝯſoꝛtiũ cuiuſcũqꝫ ꝑſone. ET ne ingrediãtur. Subaudi pꝛecipio: ⁊ ideo pꝛeceptum eſt qꝛ iungitur ſuperioꝛi p̄cepto. NEC fiãt compatres Pꝛeceptũ eſt qꝛ ſub vna clauſula eſt poſitũ cuꝫ anterioꝛi pꝛecepto: ⁊ qꝛ eadem materia eſt: que pertinet ad illibatiſſimã caſtitatem.

## Sequitur duodecimuꝫ ca. in quo ſunt quattuoꝛ p̄cepta.

Quicunqꝫ fratrum ꝛc. Pꝛeceptũ eſt quo ad hoc ne aliqs ꝓpꝛia auctãte vadat. MINISTRI vero nullis eundi ꝛc. Duplex eſt hic p̄ceptũ p̄latis neceſſariũ ad fidẽ infidelibꝰ ꝓpagãdam. Pꝛimũ eſt: ne aliquos nõ idoneos ſuo iudicio mittãt. Scõm: qꝛ dicit niſi eſſ dẽ: obligat eos ad licentiãdũ illos quos idoneos iudicauerint: ne. ſ. affectu carnalis amicicie iþoꝝ vel ꝓpter tp̄ale ꝯmodũ qȏ ex eis haberent: iþos licentiare dimitterẽt: qꝛ crederent eos magis fructificare inter fideles. AD HEC per obꝫam iniungo miniſtris. Euidẽter p̄ceptũ

eſt. In quo nota ꝙ ex ꝯſcia regule videt̄: ꝙ nullı⁹ correctiōi extra ꝑlatos ordinis ſubſint frēs niſi dñi pape ⁊ cardinalis dati. Et hec ſufficiens expoſitio. Quō ne moleſtū eſſet epīs: ſupra nono ca. ꝑcipit̄: ꝙ ſine eoꝝ lnīa nō predicēt: ⁊ multomagis ſequit̄ de ꝯfeſſiōibus ⁊ ſepulturis. Ac ꝑ hoc plena pax eſt per hāc regulā inter frēs minores ⁊ prelatos: q̄r ipī nō debent ſe impedire de correctiōibus nr̄is: q̄r nos ex regula nr̄a nō niſi pape ⁊ cardinali correctori ſubijcimur. Et nobis inhibet̄ ex regula nō itromittere nos de ſpūalibus officijs ſine lnīa eorūdem.

¶ Explicit expoſitio ſuper regulam fratrum minoꝝ edita ſanctis patribus ordinis.

¶ Sequitur q̄dam epiſtola edita a beato bernardino cum eſſet vicarius generalis.

IN chriſto ſibi chariſſimis fratribus oīum locoꝝ deuotoꝝ ordinis minoꝝ totius italie ſub mea cura ꝯmiſſis: frater bernardin⁹ de ſenis eiuſdem ordinis ac dictoꝝ locoꝝ Reuerendiſſimi pr̄is generalis vicarius ⁊ ꝯmiſſari⁹ ſalutē ⁊ pacē in dño ſempiternā. Volēs mihi ꝯmiſſoꝝ ſalutē quo ad ſpeculationē meritis ⁊ in oībus iuxta ptātem ꝓuidere: notū ſit: quaten⁹ per frēm nicolaū eiuſdē ordinis quondā vicariū locoꝝ ꝯmiſſariū reuerēdiſſimi pr̄is generalis de mandato eiuſdē ac d̄ mādato ⁊ voluntate dñi nr̄i pape vt patet ꝑ lr̄as. R. p. g. facte fuerūt q̄daꝫ declaratiōes: q̄ multa diſputatiōe examinatiōe ⁊ ponderoſitate examinate fuerūt per reuerēdiſſimū. p. g. ⁊ venerabilē patrē frēm ioannē de capiſtrano ⁊ alios multos ⁊ per me. que eſt hmōi.

IN PRIMIS videlꝫ ꝙ frēs minores nō tenēt̄ ex eoꝝ ꝓfeſſione ad aliqua ꝯſilia ſeu precepta euāgelica vltra alios chriſtianos: ꝑterq̄ȝ ad illa q̄ in rl̄a ſpāliter ⁊ expreſſe ponūt̄ ꝑcipiētia vel inhibitoria vel ſub equipollētib⁹ verbis noīatim a clemēte quinto in ſua declaratione expſſis: vt patet ī primo articulo declaratiōis clemētis quīti. Nicolai tertij. ⁊ martini quīti: ⁊ ꝓpterea frēs nō tenēt̄ ad illud euāgelicū: nihil tuleritis in via.

SECUNDO frēs nō tenēt̄ ex ſua ꝓfeſſiōe ad aliū arctū vſū reꝝ q̄ȝ in regula ꝑticulariter exprimit̄: vt latis patet ꝑ clemētē. v. ī ſua declaratiōe. §. Ex ꝑmiſſis: Quinimo. vt claret ex declaratiōe nicolai. iij. §. porro. ſcḋm regulā ⁊ oīmodā vitatē moderat⁹ vſus reꝝ ad vite ſuſtētatiōnē ⁊ officioꝝ ſui ſtat⁹ executionē ꝑterq̄ȝ de pecunia ꝯceſſus eſt frib⁹.

TERTIO ꝙ ſupfluitas ⁊ curioſitas nō dꝫ diſcerni reſpectu neceſſitatis certe ſeu vſus certi quo ad ſtatū frūꝫ minoꝝ: ſꝫ ī moderati: cū vſus moderat⁹ nō pōt dici ſupflu⁹ ⁊ curioſus ⁊ ꝑ ꝯſequēs nec vitioſus: imo ſcḋm veritatē oīmodā ⁊ regulā licit⁹: vt patet ex ꝑallegato dño nicolao. Et q̄r moderatio dicti vſus dꝫ attēdi ſꝫ q̄litatē ꝑſonaꝝ ⁊ varietatē tpoꝝ ⁊ locoꝝ ꝯditiones ⁊ alias occurrētes circūſtātias ſupfluitatis ⁊ curioſitatis: nō pōt facilıter diſcerni. Propterea per ſubditos nō pt

nec dꝫ iudicari: ſꝫ ꝑ miniſtros ⁊ cuſtodes vel eos quib⁹ ab ipis ꝯmittitᷣ qui de talibus ſup eoꝝ ꝯſcias debent diſtricte iudicare: vt patet in declaratiõe nicolai. §. inſuper. ⁊. §. quãq̄.

QUARTO ꝙ in locis ſi ſit magna ſupfluitas vel curioſitas: ex eis nõ vitiant frẽs: niſi ſolũ introducẽtes vel ꝯſentientes: vel ſi ad eoꝝ officiũ ptinet ⁊ pñt: vel quicũq̄ aliȷ̄ ſi ꝯmode pñt legitime nõ reſiſtẽtes: ⁊ non aliȷ̄ qui dictis rebus vtũt ob aliquã neceſſitatẽ vel ſcandali euitationẽ. Et ꝓpterea Clemẽs. v. licet decreuerit edificia nimis ſumptuoſa nõ ꝯuenire ſtatui frũm minoꝝ: tñ p̄cepit ſub pena excõicatiõis: ꝙ dicta loca frẽs nõ relinq̄rent abſq̄ ſedis aplice lnia ſpāli. Et excedẽtia ſupfluitatis ⁊ curioſitatis nõ eſt ſufficiens cauſa pp quã frẽs debeãt recedere a loco: niſi fuerit de illis aliqd ꝓpter q̄ nõ põt regula ſpũaliter obſeruari ſm declarationẽ martini qnti: videlꝫ qñ loco eſt ãnexa ꝓprietas ſeu cura aiarũ baptizando ſeu alia parrochialia faciendo: vel ſi morẽt frẽs in loco ꝯtra volũtatẽ dñi loci: vl' qñ ꝓpter penuriã rerũ neceſſariaꝝ opoztet facere ꝯgregationes ⁊ queſtus inhoneſtos ꝯtra puritatẽ regule ⁊ vſũ generalẽ ordinis: vel ꝓpter ſimilia qđ ſit ſimile cum ſit in detrimẽtũ relinquitur iudicio prelatorum. extra de offi. dele. c. de cauſis. vel ꝓpter inhoneſtam ſocietatem ſeu importabilitatem fratribus preſertiꝫ infirmis ⁊ rudibus.

QUINTO ꝙ in regula vſus carniũ in loco vel alibi frĩbus non ꝓhibet: licet non deceat niſi moderatus ⁊ diſcretus.

SEXTO ꝙ in calicib⁹ ⁊ patenis argenteis dum nõ nimie ⁊ exceſſiue magnitudinis ⁊ p̄cioſitatis ſint: non repugnat regule: imo ſatis conuenit ꝙ poſſint haberi: ⁊ ad euitandum imundiciã ⁊ pericula erga ſanctiſſimã eucbariſtiam.

SEPTIMO ꝙ in omnibus dubiȷ̄s que nõ pñt indubitãter declarari: ſuditi tenẽtur ſtare iudicio prelatoꝝ ſuoꝝ ⁊ obedire. xxiiȷ̄. q. i. c. quid culpatur. Et ꝓpterea agentes contrarium ſunt tranſgreſſores obedientie: ⁊ digne a ſuperioribus cenſura eccleſiaſtica aut alia decenti pena caſtigentur.

HAS ergo declarationes ⁊ cõfirmationes cõfirmauit in hũc modũ per prefatũ vicariũ ⁊ ꝯmiſſarium meũ frẽm nicolaum de anſino factas ⁊ dictas tanq̄ veras ⁊ catholicas ac declaratiõibus ſũmorũ pontificum conformes nr̃iſq̄ ſatis inſtitutis cõſentaneis. Et ego frater bernardin⁹ oẽs prefatas declaratiões ⁊ determinatiões approbo ⁊ confirmo: mandans quibuſcũq̄ frĩbus ſub mea cura ꝯmiſſis: vt hi quieti eẽ debeant: nec aliquid innouare preſumant ſub pena excõicatiõis late ſnie acq̄ ſub pena carceris: quam ſnia3 premiſſa trina monitiõe canonica oẽs ſupradicti incurrant ipſo facto. Jteꝫ mãdo oĩbus prelatis: vt prefatas declarationes eorum ſubditis intelligibiliter ⁊ ſepe per ſanctam obiaꝫ publicare debeant: ne periculoſam incurrant ignorantiã. Ualete in chriſto ieſu ⁊ orate⁹ ꝓ me. Apud ſanctũ damianũ de aſſiſio anno ab incarnatiõe dñi milleſimoquadringenteſimo quadrageſimo die Juliȷ̄ vltima.

Explicit Epiſtola ſancti Bernardini.

# Tractatus Tertius.

¶ Hic incipit quidam tractatus vtilis de preceptis emi-
nētib⁹ in regula ⁊ de equipollētib⁹ ꝑceptis ⁊ de hn̄tibus vim precepti
⁊ de alijs in ipſa regula ꝯtētis: editus a fratre Gundiſaluo ꝓuincie. S.
Jacobi ſacre theologie magiſtro ac miniſtro generali.

dirigido despues dela declaracion de clemente 5 acia el año 1310

REgula nōſtra fratres chariſſi
mi nō videat̄ vobis ꝯfuſa: ꝓ eo ꝙ ꝑcepta ⁊ ꝯſilia ⁊ ea q̄
ſunt in ea hincinde ſūt diſpſa. Jdeo nō abbreuiādo regu-
lā hāc ſed mutādo de loco ad locū illā: ꝑcepta ad ꝑcepta
⁊ ꝯſilia ad ꝯſilia ⁊ ſic de alijs: totā ipam regulā ad faciliorē memoriam
hn̄dā ad certa puncta ꝗ̄uis difficiliter vtiliter tn̄ (vt extimo) vobis red-
diturus. ¶ Certū eſt aūt ꝙ totā regulā ſeruare ꝓmittim⁹. Utrū aūt oia
⁊ ſingula q̄ ſūt in regula cadant ſub ꝑcepto ⁊ ſint obligatoria ad culpā
mortalē: credēdū eſt ſcd̄m expoſitores nr̄os ꝙ nō: ſed ſolū illa ſunt obli
gatoria q̄ ponūt̄ in regula ꝑceptorie vel ſūt equiualētia ꝑceptis vel vim
ꝑcepti hn̄tia vt infra patebit. Si. n. oia caderent ſub ꝑcepto: trāſgreſſio
oium ⁊ ſinguloꝝ eſſet periculoſa damnabilis ⁊ mortalis: ⁊ durū eēt ta-
lem regulā ꝓmittere ⁊ vouere: que vix ab aliquo poſſet ſeruari. Sed tn̄
ipſam ſeruamus ſi ſcd̄m intentionē bti frāciſci mandatoris ⁊ ꝯditoris
ſeruamus: qui diſtinguit ⁊ certos modos poſuit in regula ipſam ſeruan
di: ad quos modos oia iſta ſunt reducibilia que ſcripta ſūt i eadē. Nā in
regula nr̄a ſūt q̄dā q̄ vocāt̄ ꝑcepta ſub noie ꝑcepi eminētia. Quedaʒ q̄
vocāt̄ ꝑceptis equipollētia. Quedā q̄ vocāt̄ ꝑcepti vim hn̄tia. Quedā
q̄ vocātur admonitiones q̄ docent bonum facere. Quedam que vocan
tur admonitiones que docent malum fugere. Quedā q̄ vocāt̄ liberta-
tes regule. Quedā q̄ vocātur ꝯditiōes volētiū ad ordinē intrare. Et iſtis
ſeptem modis tota regula perficitur.

De preceptis expreſſis ⁊ eminentibus in regula que
ſunt numero octo.

PRimo in regula ſunt quedam
q̄ ſub noie precepti ſunt expreſſa ⁊ eminētia: ⁊ illa vocātur
ꝑcepta: quoꝝ obſeruātia eſt neceſſaria ⁊ trāſgreſſio ē mor-
talis ⁊ nullum excuſat: ſed oēs ligat ad plenā ipſoꝝ obſer-
uantiā: ⁊ de talibus conditor poſuit numero octo que per regulam ſunt
diſpſa. ¶ Primū eſt nullo modo licebit eis de iſta religione exire. ij. ca.
¶ Scd̄m eſt: precipio firmiter fratribus vniuerſis vt nullo modo dena-
rios. iiij. ca. ¶ Tertium eſt: fratres nihil ſibi approprient nec domum ⁊c̄. vi.
ca. ¶ Quartum eſt vnde firmiter precipio eis vt obediant ſuis miniſtris
x. cap. ¶ Quintum eſt precipio firmiter fratribus vniuerſis ne habeant
ſuſpecta conſortia vel conſilia mulierum. xi. ca. ¶ Sextuʒ eſt precipio fir
miter fratribus vniuerſis ne ingrediantur monaſteria monacharum. xi.
ca. ¶ Septimū eſt precipio firmiter frib⁹ vniuerſis ne fiant ꝯpatres. xi.
ca. ¶ Octauum eſt per obedientiam iniungo miniſtris vt petant a domi

no ⁊c̄.xij.ca.¶ Nota etiā ꝙ generale preceptum eſt oibus de viuendo i obedientia ſine ꝓprio ⁊ in caſtitate.

## ¶ Sequitur de equipollentibus preceptis ⁊ ſunt.xij.

SEcundo in regula ſunt quedā alia que non ſunt precepta formaliter: ſed tamen ſunt preceptis equipollentia: ⁊ de talibus ſunt in regula numero xij. q̄ papa clemens in regule declaratione de ipſa regula collegit: pōderat ⁊ numerat: quoꝝ tranſgreſſio ſine dubio eſt mortalis: quia ſi ex ſola noīatione ꝑceptionis vel inhibitionis dicerent̃ ꝑcepta: tota pene ſtatus vel voti neceſſitas annullaret̃ vel euacuaret̃. ¶ Primus ergo eſt equipollens precepto illud de nō hn̄do plures tunicas q̄ꝫ vnaꝫ cum capucio ⁊ aliam ſine capucio qui voluerint habere: vti vero pluribus ſine neceſſitate ⁊ ſine licentia eorum qui poſſunt dare: non licet.ij.c. ¶ Secundū eſt de non portandis calciamētis.ij.ca. ¶ Tertium eſt ꝙ fratres oēs veſtimentis vilibus induantur.ij.ca. ¶ Quartū eſt ꝙ clerici faciant diuinum officium ſecundum ordinē ſancte romane eccleſie: excepto pſalterio ex quo ⁊c̄. Et laici dicant.xxiiij.pater nr̄.pro matutinis.ꝓ laudibus.v.pro prima tertia ſexta nona.vij.⁊c̄.iij.ca. ¶ Quintum eſt ꝙ ieiunent a feſto oīum ſanctorum vſqꝫ ad natiuitatē domini ⁊c̄.⁊ in ſextis ferijs.iij.ca. ¶ Sextum eſt de non equitando extra caſuꝫ neceſſitatis.iij.ca. ¶ Septimum eſt ꝙ miniſtri ⁊ cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum ⁊ alijs ⁊c̄.iiij.ca. ¶ Octauum eſt ꝙ ſi qui fratrum in infirmitatē ceciderit alij fratres ⁊c̄.vi.ca. ¶ Nonū eſt ꝙ fratres non predicent ⁊c̄.ix.ca. ¶ Decimum eſt ꝙ nullus fratrum populo penitus audeat predicare ⁊c̄.ix.ca. ¶ Undecimum eſt.ꝙ fratres q ſcirent ⁊ cognoſcerent ſe non ⁊c̄.x.ca. ¶ Duodecimum: omnia que ponuntur in regula ad formam habitus tā nouiciorum q̄ꝫ profeſſorum necnon ad modum receptionis ad ꝓfeſſionem expectantia: niſi recipientibus quo ad habitum nouicioruꝫ ſicut dicit regula aliud ſecundū deum aliquādo videatur.ij.ca.

## Sequitur de his que habent vim precepti ⁊ ſunt ſeptem.

TErtio i regula ſūt quedā alia que non ſunt precepta nec preceptis equipollentia: ſꝫ tamen habent vim precepti: vt vbicunqꝫ in regula ponitur hoc vocabulum.teneantur: habet vim precepti ⁊ ſeruari debet a fratrib⁹ vt tale: quia tranſgreſſio eſt mortalis ſcd̄m ꝙ dicit ideꝫ Clemēs papa in regule declaratione. Et de talibus reperiūtur numero ſeptem. ¶ Primum eſt ꝙ fratres teneantur fratri franciſco ⁊ eius ſucceſſoribus obedire.i.ca. ¶ Secundum eſt ꝙ alijs temporibus preterq̄ꝫ a feſto oīum ſanctorum vſqꝫ ad natiuitatem domini ⁊ in quadrageſima ⁊ ſextis ferijs non teneantur fratres ieiunare. Hoc eſt ꝙ in ſupradictis teneantur: in alijs auteꝫ non ſi nolunt: ⁊ ſic patet ꝙ ieiunia regule equipollent precepto ⁊ habent vim precepti.iij.ca. ¶ Tertium eſt ꝙ ſiqui fratruꝫ

inſtigante inimico mortaliter ⁊c̄, ad ſuos miniſtros, vij. ca. ¶ Quartum eſt ꝙ vniuerſi fratres vnum de fribus iſtius religionis teneant̄ ⁊c̄. viij. ca. ¶ Quintū eſt ꝙ frēs teneant̄ generali miniſtro, Obia general' iterat̄ in regula: vt maioris ponderis ⁊ oneris q̄ʒ alioꝝ p̄ſidentiuʒ ipſa cognoſcatur fore. viij. ca. ¶ Sextū eſt ꝙ ꝓuinciales miniſtri teneātur ad capl'm ꝯuenire. viij. ca. ¶ Septimū eſt ꝙ ꝓuinciales miniſtri ⁊ cuſtodes quibꝰ electio data eſt in ea, ſi viderint generalē miniſtrū non eſſe ſufficientē ad ſeruitium ⁊ cōem vtilitatem fratrū teneantur alium in noīe domini ſibi eligere. viij. ca.

## Sequitur de admonitionibus que docent fratres bonū facere que ſunt. xij.

# Quarto in regula ſunt quedā

alia q̄ vocātur paterne ⁊ ſuaues admonitiōes ſiue quedaꝫ virtutū ſalutares informatiōes: que docent frēs bonū facere: que non cadunt ſub precepto nec obligant ad mortale. Sed ipſe glīoſus pater ſanctus franciſcꝰ vult ꝙ eas habeāt in honoreꝫ ⁊ reuerentiā ⁊ pro ſalutaribus ornamentis ⁊ conētur eas ꝓpoſſe obſeruare: que non tm̄ religioſoꝝ ſed etiam ſecularīū perſonarū ſtatū dignificant ⁊ decorant ⁊ ſunt numero, xij. ¶ Primū eſt ꝯſulo vero moneo ⁊ exhortor frēs meos in dn̄o ieſu chriſto vt quādo vadunt per mūdum ſint mites pacifici ⁊ modeſti. iij. ca. ¶ Secdm ꝙ in q̄cūqꝫ domuꝫ intrauerint primū dicant. Pax. ⁊c̄, iij. ca. ¶ Tertiū ꝙ frēs illi quibꝰ grām dedit dn̄s laborādi ⁊c̄, v. ca. ¶ Quartū eſt ꝙ qn̄ vadunt frēs ꝓ elemoſyna nō oporteat eos verecundari. vi. c. ¶ Quintū eſt illa nobilis admonitio. ſ. ꝙ hec eſt illa celſitudo altiſſime paupertatis que vos chariſſimos fratres meos here. ⁊ re. vſqꝫ veſtis. vi. ca. ¶ Sextū eſt ꝙ vbicūqꝫ ſunt ⁊ ſe inuenerint fratres oſtendant ſe domeſticos ⁊c̄. vi. ca. Septimū eſt ꝙ miniſtri ſi preſbyteri ſunt cum miſericordia iniungant illis penitentiā ⁊c̄, vij. ca. ¶ Octauū eſt illa moneo ⁊ exhortor fratres vt in predicatione ⁊c̄. x. ca. ¶ Nonū eſt ꝙ fratres qui ſunt miniſtri ⁊ ſerui aliorum fratrum viſitent ⁊c̄, xi. ca. ¶ Decimū eſt ꝙ fratres ſubditi recordentur ꝙ propter deum abnegauerunt ⁊c̄, xi. ca. ¶ Undecimū eſt ꝙ miniſtri benigne recipiant fratres ad eos recurrentes, xi. ca. ¶ Duodecimū eſt ꝙ fratres attendant ꝙ ſup omnia deſiderare debent habere ſpūm dn̄i ⁊ ſcām eius opationē ⁊c̄, xi. ca.

## ¶ Admonitiones que docent malum fugere ⁊ ſunt numero ſex.

# Quinto in regula ſunt quedaꝫ

admonitiones que docent fratres malum fugere ⁊ peccatum precauere ⁊ ſunt ſex. ¶ Prima eſt caueant fratres ⁊ eorum miniſtri ne ſolliciti ſint de rebus intrantium. ij. ca. ¶ Secunda quos moneo ⁊ exhortor ne deſpiciant nec iudicēt homines quos viderint ⁊c̄, ij. ca. ¶ Tertia eſt, Conſulo vero moneo ⁊ exhortor fra

tres meos in domino ieſu chriſto vt quando vadunt per mundum non litigent nec contendant verbis.iij.ca. ¶ Quarta eſt ꝙ cauere debent ne iraſcantur ⁊ conturbentur propter peccatum alicuius.vij.ca. ¶ Quinta eſt moneo vero exhortor in domino ieſu chriſto vt caueāt fratres ab omni ſuperbia vana gloria inuidia.⁊c̄.x.ca. ¶ Sexta eſt ꝙ fratres laici neſcientes litteras non curent lr̄as diſcere.x.ca.

## ¶ Libertates regule ſiue voluntatis nr̄e ſūt numero ſex.

Sexto in regula ſūt alia quedā que dici poſſunt libertates regule vel voluntatis noſtre que nullum grauant: nullum obligant ad culpam: que licite poſſunt fieri ⁊ licite poſſunt dimitti: ⁊ ſūt numero ſex.
¶ Prima eſt ꝙ fratres poſſunt ſi voluerint ſua veſtimenta repeciare.
¶ Secunda eſt ꝙ quadrageſima que incipit ab epiphania qui voluerint ieiunent eam. ¶ Tertia eſt ꝙ tempore manifeſte neceſſitatis poſſunt fratres frangere ieiuniuꝫ corporale. ¶ Quarta eſt ꝙ de omnibus cibis qui apponuntur eis liceat manducare. ¶ Quinta eſt ꝙ miniſtri ⁊ cuſtodes poſſunt ſinguli ſi voluerint fratres ſuos eodem anno ad capitulum conuocare. ¶ Sexta eſt ꝙ quicunqꝫ fratrū diuina inſpiratione voluerint poſſunt ire inter ſarracenos. ¶ Sed ſequitur preceptum affirmatiuuꝫ: ꝙ petant licentiam a ſuis miniſtris prouincialibus. ¶ Et ſequitur aliud preceptum miniſtris negatiuum ꝙ nullis eundi lnīam tribuant niſi eis ⁊c̄.

## ¶ Sequitur de conditionibus quas habere debent intrantes in ordinem ⁊ eos recipiētes ⁊ ſunt duodecim.

Septimo ⁊ vltimo in regula ſūt quedā alia que ſunt conditiones ingredientium ordinem ⁊ eos recipientiuꝫ que non tranſeunt ad alios profeſſos: ⁊ de talibus reperiuntur numero duodecim. Et primo de recipientibus volentes intrare: que ſunt ſex. ¶ Prima eſt: ꝙ ſiqui voluerint hanc vitam accipere: mittant eos ad ſuos miniſtros prouinciales ⁊c̄. ¶ Secunda ꝙ miniſtri diligenter examinent eos de fide catholica ⁊c̄. ¶ Tertia ꝙ fratres dicant ꝙ vadant ⁊ vendant omnia ſua ⁊c̄. ¶ Quarta ꝙ ſi requirant conſilium de rebus: mittant eos ad aliquos deum timentes. ¶ Quinta ꝙ poſtea concedant eis pān̄os probationis. ¶ Sexta ꝙ recipiantur ad obedientiam ⁊c̄. ¶ Sequitur de cōditionibus intrantium. Prima ⁊ in ordine ſeptima ꝙ credant ⁊ fideliter confiteantur ⁊ velint vſqꝫ in finem firmiter obſeruare fidem catholicam ⁊ omnia eccleſiaſtica ſacramenta. ¶ Octaua ꝙ ſi habent vxores intrent monaſterium vel ipſe vxores licentiam dent viris: ⁊ auctoritate dioceſani epiſcopi votum continentie emittant. ¶ Nona ꝙ vxores ſint talis etatis: ꝙ non poſſit de eis oriri ſuſpicio. ¶ Decima ꝙ ſi non potuerint pauperibus bona ſua erogare: ſufficit eis bona volūtas. ¶ Undecima ꝙ ingredientes libere faciant de rebus ſuis quicquid dn̄s inſpi-

rauerit eis. ¶ Duodecima ⁊ eſt ſcđa ꝙ vxores nõ habeant.

ILLUD aũt regule principiũ vbi dr̃. Regula ⁊ vita minoꝝ fratrũ hec eſt. ſ. dñi nr̃i ieſu chriſti ſanctũ euangeliũ obſuare: viuẽdo i obedientia ſine ꝓprio ⁊ in caſtitate: nõ eſt p̄ceptũ nec aliquod de p̄ceptis ſeptem differentijs mandatoꝝ illomodo quo ibi traduntur: ſed eſt ſicut ꝓlogus regule. Ut ſicut ꝓlogus virtualiter cõtinet omnia: ⁊ includit que in aliquo tractatu ſequenti ſunt dicenda: ſic conformiter illud primũ regule ad quod oĩa que in regula cõtinentur reducũtur: oĩa continet ⁊ includit: qꝛ tota ordinatio ſeu regule profeſſio ad nihil aliud tendere videt̃: niſi ad obſeruãtiam trium illoꝝ conſilioꝝ euãgelicoꝝ q̃ in principio exprimunt̃. Totam ergo regulã vouimus ⁊ ꝓmiſimus ſeruare: partim ad obſeruantiã intellectiuã: partim ad reuerentiã regularis diſcipline. Duab⁹ tamen ỏ cauſis regula ad certa pũcta ſine magnis gloſis ſic eſt reducta: vt ſtudioſis ⁊ ſollicitis ipſam ſeruare hoc ſit breue compendiũ ad retinendum in memoria: ⁊ negligentibus ſeu tranſgreſſoribus ſit directoriũ ſeu potius repcuſſoriũ ad penitendam in conſcientia.

¶ Explicit tractatus de preceptis ⁊ alijs cõtentis in regula.

## ¶ Incipit quidã tractatus ad elemoſynas pecuniarias licite procurandas.

AD hoc vt ſine offenſione regule per fideliũ pecunias poſſit fr̃ibus indigẽtibus ſubueniri: ex parte fratrũ duodecim ſunt neceſſaria: videlicet. Neceſſitas vera nõ ficta. Propria nõ aliena. Preſens vel eminẽs: nõ poſſibilis ſeu futura. Prelatoꝝ ordinis licẽtia. Sup ſurrogationib⁹ fiendis dantis vel eius nũcij q poſſit aſſenſus ⁊ auctas. Expreſſa notificatio ꝑ fr̃es danti facta ꝙ dñium pecunie ⁊ libera poteſtas reuocãdi eã ſibi ſꝑ remaneat: quouſq; in rez neceſſariã fr̃ibus ſit cõuerſa. Cõtra tenẽtes eaz q̃litercũq; ſe habuerint in iuditio vel extra nulla actio vel ꝓſecutio ipſius pecunie. Per fr̃es fiat nulla adminiſtratio ſeu diſpenſatio: ſiue ſcđm clementẽ: ꝙ ⁊ qualiter expendat̃ nõ precipe. Cõpotũ de expenſa nõ exigere. Eam quocũq; modo nõ repetere. Eam nõ deponere aut deponi facere. Capſulam pecunie vel eiuſclauem non deferre.

INfra ſcripta ſunt a fratribus obſeruanda inuiolabiliter iuxta declarationẽ Nicolai. iij. ⁊ Cle. v. ⁊ ſtatuta ordinis. ¶ Primo ꝙ nõ p̄ſtent alicui ſeculari nec ab eo manu leuẽt bladũ vinũ vel aliã rez comeſtibilẽ nec denarios vel pecuniã: cũ ꝓhibeat̃ ꝑ declarationẽ dñi Nico. ꝑ hec verba. Dicim⁹ in primis ꝙ fr̃es ipi a mutuis cõtrahẽdis abſtineãt: cũ eis mutuũ cõtrahere ipoꝝ ſtatu cõſiderato nõ licet. ¶ Scđo ꝙ nõ cõmutẽt bladũ vinũ vel alias res comeſtibiles ꝓ alijs reb⁹ qbuſcũq;: iuxta illud clemẽtine dicẽtis ꝙ fr̃es minores ex ꝓfeſſione ſue r̃le ſpecialiter ob

ligant̄ ad arctos vſus ſeu paupes q in ipoꝝ r'la continent̄: ⁊ eo obligationis modo ſub quo cōtinet ſeu ponit regula dictos vſus. Hoc eſt dicere ꝙ ad vitam pauperē neceſſaria nr̄a ſm̄ arctum vſum acquiramus ⁊ habeamus ⁊ nō ad cōmutandū. ¶ Tertio ꝙ nihil vendāt de rebus datis eis vel oblatis vel ad vſum fratrū quoquomodo cōceſſis iuxta declarationē dn̄i Nicolai: ꝓpter vitādos plurimos labores in eadē cōtentos ꝑ hmōi vēditione cū bona conſcientia facienda. ¶ Quarto ꝙ nō habeāt vineā vl' vineas agros ſeu alias poſſeſſiones ad excolendū ꝑter areas ⁊ horticellos iuxta declarationē dn̄i Cle. ¶ Quinto ꝙ nō recipiāt annuales redditus vel legata ꝑpetua cōſiderata voti nr̄i puritate: q̄ nullatenus ad talia ſumus capaces: dicēte dn̄o clemēte hec verba. Cūq₃ annui reddit⁹ inter immobilia cenſeant̄ a iure: ac hmōi redditus obtinere mēdicitati ⁊ paupertati repugnat: nulla dubitatio ē: ꝙ dictis fribus redditus quoſcūq₃ ſicut ⁊ poſſeſſiones vel eoꝝ vſum cū eis nō reperiat̄ cōceſſus: recipere vel habere cōditione cōſiderata ipoꝝ nō licet. ¶ Sexto ꝙ ſic vtant̄ fratres i prandio ⁊ cena cibo ⁊ potu parce ⁊ moderate intus ⁊ extra: ꝙ ſp̄ in oib⁹ reluceat auſteritas. ſobrietas, parcitas ⁊ pauptas: ſicut decet minores i eremitorijs victitantes. ¶ Septimo ꝙ quilibet frater habeat vnū habitū tm̄ quo induat̄ de die ⁊ d̄ nocte: exceptis grauiter infirmātib⁹. De alijs vero tunicis iuxta declarationē dn̄i Nico. in neceſſitatibus de licētia miniſtroꝝ ⁊ cuſtodū poſſint vti pluribus vt ibidē patet. ¶ Octauo ꝙ ꝓ ſeruitio fratrum in cōuentu quo ad officia interiora nō habeant̄ ſeculares: ſ₃ magis ipi fratres ꝓ chriſto humilitatis officia nō recuſent iuxta ſtatutum conſtitutionū generaliū. ¶ Nono ꝙ frēs nō comedāt neq₃ bibāt (niſi manifeſta neceſſitate cogant̄: quā tenent̄ gardiano manifeſtare) in villis ſeu oppidis in quib⁹ morant̄ fratres: niſi cū dn̄is terraꝝ ⁊ p̄latis ⁊ viris religioſis in domibus eoꝝ iuxta cōſtitutiones generales. ¶ Decimo ꝙ mulieres nō admittantur ad interiora cōuentus: niſi de licentia guardiani vel eius vicarij cu₃ conſilio diſcretoꝝ ⁊ cū honeſta ſocietate fratrū: ⁊ nō permittantur comedere in domibus fratrum: niſi miniſtris aliquādo videretur: ⁊ hoc iuxta conſtitutiones generales. ¶ Undecimo ꝙ non teneant in conuentu ⁊ pro conuentu aſinum vel aſinos ſeu aliud quodcū q₃ iumentum pro portando elemoſynam vel ligna ⁊ huiuſmodi ſeu pro equitando iuxta dictū dn̄i clemētis di. Ubi alicui generaliter prohibetur aliquid quod expreſſe non cōceditur intelligit̄ denegatū.

## ¶ Incipit quidam tractatus vtilis fratris ioannis philippi vicarij generalis in partibus ciſmōtanis de recurſu ad amicos ſpirituales.

IN chriſto ſibi chariſſimis patribus ⁊ fratrib⁹ ordinis nr̄i minoꝝ de obſeruātia partiū ciſmontanaꝝ frater Joannes philippi. R. p. n. miniſtri generalis p̄fati ordinis nr̄i minoꝝ ſup eoſdē frēs i eiſde₃ ꝑtibus ciſmontanis de obſeruātia nūcupatos generalis vicarius ſalutē

⁊ pacē in dn̄o ſempiternā. zelus honoris diuini obſeruātie regularis ⁊ ſa
lutis aiaꝝ necnō deuota ſupplicantiū poſtulatio requirūt: vt circa recur-
ſum ad amicos ſpūales iuxta regulā ⁊ declarationes dn̄oꝝ Nicolai. iij.
⁊ Clemētis. v. ſummoꝝ pontificū mee inſipientie iudiciū q̄uis multipli
citer occupatus ſcribere ſtudeaꝫ: q̄tenus oēs frēs mee cure cōmiſſos pro
tp̄e ad realē ſuiſtatus obſeruantiā aiare poſſem: tandēq; de fructu eoꝝ
gaudeā in p̄nti: ꝑenniterq; cū eis merear premiari. Totū ipſius materie
ꝓceſſum ꝑ trium conſiderationū decurſum duxi breuiter ⁊ compendioſe
terminandū: que inferius declarantur.

## ¶ Articulus. i. de. i. conditione obſeruāda in recurſu ad amicos ſpirituales.

PRimo ad amicos ſpūales re-
currendo: oportet de neceſſitate ſalutis ordinis puritatē
obſuare: q̄ cōſiſtit i q̄rto rl̄e. cap. vbi dr̄: q frēs nullomo
do denarios vel pecuniā recipiāt ꝑ ſe vel ꝑ interpoſitam
ꝑſonā. Sic. n. dn̄s Nico. intendit declarare: vt in nullo rl̄e puritas macu
letur. ¶ Circa qd̄ aduertendū: q elemoſynaꝝ pecuniariaꝝ tres ſunt dif
ferentie. Quedā. n. offerūtur determinate: q̄dam indeterminate: q̄daꝫ in
vltimis volūtatibus legant̄. ¶ Quantū ad primū genus ꝓ ſecuritate con
ſcientiaꝝ fratrū cautela ſeu diſcretione quincuplici vtendū ē. Primo di
ctam elemoſynam poni faciendo: q2 frēs nullā ꝑſonā noīare p̄nt: cui ꝓ
dicta elemoſyna cōmittat̄ in fratrū neceſſitatib9 expēdenda: quoaduſq;
ꝓbabiliter ſciuerit an dans elemoſynā per ſe vel ſibi notos ſolutionem
rei neceſſarie fratribus facere maluerit: vt habet̄ in decretali eiuſdē dn̄i d̄
verbo. ſig. c. Exijt. §. ceterum. vbi ait. Quo caſu procuret̄ a fratribus: q il
le q dabit elemoſynā ꝑ ſe vel per aliū non noīandum ab ip̄is ſi fieri pote-
rit: ſꝫ ab eo iuxta ſuū beneplacitū aſſumendū: hmōi ſatiſfactionē faciat in
toto vel in p̄te ꝓut ſibi dn̄s inſpirabit. Si tn̄ ip̄e hoc nollet facere vel nō
poſſet: vel q2 receſſus ei9 immineat aut q̄bus velit hoc cōmittere noticiā
non habeat fideliū ꝑſonaꝝ ſeu quacūq; alia occaſione vel cauſa: declara-
mus ⁊ dicimus: q in nullo regule puritas infringit̄ aut quomodolibet
eius obſeruantia maculatur: ſi fratres ipſi alicuius vel aliquoꝝ ſibi cura
rent dare noticiam vel aliquem ſeu aliquos noīare: ſeu etiaꝫ preſentare:
cui vel quibus ſi elemoſynā facienti placuerit cōmitti poſſit executio p̄di
ctoꝝ. Ex quib9 verbis aperte colligitur: q amicus ſpūalis dici nō poteſt
alius ab illo videlicet dn̄o dante vel ſubſtituto per eū vel cognito eiuſdē
dn̄i prius deſiderio noīatus vel p̄ntatus a frib9. Unde ſequitur q ami
ci ſpūales abuſiue nūcupant̄ alij a predictis: cū videant̄ expreſſe noīati:
⁊ omnes elemoſynas recipiant indiſtincte. Quare frēs vigilanter curare
debent: ne tales elemoſynas recipiant abſq; ſcitu guardianoꝝ: cum non
ſit veriſimile eoſdē amicos ſpūales vel cupiditate conſeruandi vel carna
li pietate fratribus neceſſaria ꝓuidendi modum a domino Nicolao pre
fixum velle ſeruare: ad quem tamen fratres neceſſario tenent̄. ¶ Secun-

Attē. quot ſint differentie pecuniariaꝝ elemoſynaꝝ.

Prima cautela.

Sc̄da cautela.

da cautela ſeu diſcretio eſt in modo ſubſtituendi ſeu ſubrogandi Quãuis enim ſecundum eandem declarationem pluribus poſſit cõmitti diſpenſatio ipſius elemoſyne ſiue ꝑpter locoꝝ diſtantiã ⁊ conditiones ſeu circũſtantias alias neceſſitatis ipoꝝ plures pſonas aſſumere ſeu ⁊ pſentare: nulla tñ depoſitio pecunie ſeu depoſite mutatio fieri põt a fribus abſqꝫ auctãte conſenſu ⁊ volũtate ipius dñi principalis. Quod ꝓbatur p eandem decretalẽ in prefato. §. Ipſius habeat aſſenſus ſup ſubrogatiõib⁹ infra ſcriptis. ¶ Tertia cautela ſeu diſcretio eſt auctas repetendi: vt videlicet abſqꝫ ſimulatione vulpina dñs principalis poſſit ipam pecuniã repetere ſeu reuocare vſqꝫ ad cõuerſionẽ ipius in rem deputatã ſeu fribus neceſſariã. Unde liquet apte ꝙ ſecuritas debet eſſe ex pte dantis ⁊ nõ ex parte fratrũ ꝓ qbus daꝛ. Quod ꝓbaꝛ p eandẽ decretalẽ. §. eodẽ vbi dicitur. Ita tñ ꝙ penes dantẽ dñio ꝓprietate ac poſſeſſione ipſius pecunie cuꝫ libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipam ſemp vſqꝫ ad cõuerſioneꝫ ipius in reꝫ deputatã plene libere ac integre remanẽtib⁹. ¶ Quarta cautela ſeu diſcretio eſt ꝓhibitio ꝓſequẽdi. fratres. n. ſummo ope cauere debent: ne circa ipam pecuniam aliqua auctãte vtanꝛ: intentionem dantis principalis in alia cõmutando ſeu interpretando abſqꝫ conſenſu ⁊ auctate dñi principalis: directe vel indirecte dictas elemoſynas: violẽtijs: minis per ſe vel per alios amicos extorquendo. Sola. n. hec duo facere pñt: inſinuare videlicet ſuas neceſſitates ⁊ humiliter rogare ꝙ ſoluat. Scdo charitatiue admonere ſi negligens fuerit: vt pro ſalute anime ſue non ex cupiditate principaliter in re cõmiſſa fidelem ſe exhibeat. Ex quo ſequiꝛ ꝙ q̃uis prelati eccleſiarum ⁊ dñi temporales quibus de iure vel conſuetudine ꝓuiſio iſta competit: ex officio compellere teneantur taꝫ heredes teſtatoꝝ q̃ꝫ executores ad pias voluntates deficientium adimplendas iuxta preceptum dicte declarationis aplice: nihilominus fratres cõpulſioneꝫ directe vel indirecte ꝓcurantes efficiunꝛ ſue regule transgreſſores: cũ per dictam declarationẽ eis talia ꝓhibeantur. Ait eniꝫ. In ipſa pecunia fratres nihil omnino iuris habeant nec adminiſtrationem ſeu diſpenſationem: nec contra pſonam noiatam ab eis vel nõ noiatam cuiuſcũqꝫ conditionis exiſterent in iudicio vel extra actionẽ ꝓſecutionem aut aliqͦd aliud ius qualitercũqꝫ perſona predicta in cõmiſſione huiuſmodi ſe haberet. ¶ Quinta cautela ſeu diſcretio eſt: non plus conſentire concedi: q̃ꝫ res eſt veriſimiliter valitura; ſeu permittatur deponi q̃ꝫ vera neceſſitas fratrum requirit. Quare ſiquid de ipſa pecunia pro re determinata oblata ſuperfuerit: domino reſtituenda eſt: niſi ab eo conſenſus expreſſe habeatur vt reſiduum ipſius elemoſyne ſiquod fuerit in alias fratrum neceſſitates ſua auctoritate conuerti poſſit ſeu expendi. ¶ De elemoſynis indeterminate oblatis ac legatis in teſtamento relictis idem eſt iudicium: dicente prefata decretali: ꝙ ſemper quando pecunia fratribus ipſis mittitur vel offertur: niſi per mittentem ſeu offerenteꝫ aliud exprimatur: predictis modis prorſus oblata intelligiꝛ ⁊ miſſa. Et aſſignat rationẽ. Nõ eſt veriſimile aliquẽ elemoſyne ſue ſine expreſſione modũ illum velle pfigere: ꝑ quẽ ⁊ donãs merito vꝫ illi quoꝝ neceſſitatib⁹ itẽdit ꝓ donã hmõi

Tertia cautela

Quarta caute.

Quinta caute.

¶ De elemoſynis indeterminate oblatis ac legatis.

ꝓuſidere vel effectu doni vel ſue ꝯſcie puritate fraudent. Unde luce clari
us patet: ꝙ elemoſyne indeterminate oblate ſeu legate a prelatis nulla
tenus deponi facere pſſit abſq; neceſſitate: ꝓut inferius diffuſius declara
bit. Ait.n.decretalis in.§.quia vero. Caueāt tñ frēs ꝙ ſollicite ſe coaptēt
vt nō plus ſciēter ꝯcedi ꝯſentiāt: q̄ veriſimiliter extimari poſſit rem neceſ
ſariā ꝓ qua ipſa pecunia ꝯcedit valiturā. Et q; in predictis de facili poſ
ſet errari: nō imerito regula ꝯmittit p̄latis de quoꝝ ſcitate magis p̄ſu
mitur: hmōi ad amicos ſpūales recurſum. Dicitq; dñs clemēs: ꝙ pro
nullis alijs cauſis nec alijs modis pōt ad amicos hmōi haberi recurſ9
abſq; p̄cepti ⁊ regule trāſgreſſiōe. Quare q̄ſtū pecuniariū in eccleſia vel
alibi tāq̄ illicitū dānat ⁊ reprobat: recurſumq; ad cōſeruātes pecunias
dicto mō q̄ſitas fribus interdicit. extra de verb. ſig. Exiui de paradiſo.§
porro in cle. vbi ait. Porro cū dictus ſanctus volēs frēs ſuos per oīa a
denarijs ſeu pecunia eſſe totaliter alienos: p̄cepit firmiter fribus vniuer
ſis vt nullo mō denarios vel pecuniā recipiant per ſe vel per interpoſi
tā pſonā: iſtūq; articulū declarans idē p̄deceſſor nr̄ caſus ⁊ modos po
ſuerit: quibus ſeruatis a fribus: nō pñt dici nec debēt per ſe vel per aliū
pecunie receptores contra regulā ⁊ ſui ordinis puritatē: dicim9 frēs te
neri cauere ſumope ꝙ pro alijs cauſis ⁊ ſub modis alijs q̄ ponat dicti
p̄deceſſoris declaratio ad dātes pecunias ſiue deputatos nūcios nō re
currant: ne ſi ſecus ab ipſis attentatū fuerit: trāſgreſſores p̄cepti ⁊ regu
le merito poſſint dici. Naz vbi alicui aliqd generaliter ꝓhibet: quod ex
p̄ſſe nō ꝯcedit intelligit denegatū. Quo circa queſtus oīs pecunie ac ob
lationū pecuniariarū receptio in eccl'ia vel alibi cipi ſeu trūci ordinati ad
offerentiū ſeu donantiū pecunias reponendas: necnō ⁊ quicūq; alius re
curſus ad pecunias ſeu ad hñtes ipſas qui per declarationē predictā nō
ꝯceditur. Hec inquā oīa ſunt eis ſimpliciter interdicta.

## ¶ Articu. ij. de ſecunda conditione.

SEcundo ad amicos ſpūales
recurrendo oportet famā ordinis conſeruare. Eo.n. vin
culo quo quis tenet ꝓximū diligere: tenet etiam ſcādalū
eius vitare ⁊ ex conſequenti famā ꝓpriam: ⁊ multo for
tius tante cōitatis ſicuti ſacra minoꝝ religio fore cēſet. Tātoq; ſollicitī9
id ē agēdū: q̄to ipſa religio mag; nccaria pplo xpiano i p̄dicatiōib9 dā
dis ꝯſilijs ⁊ ꝯfeſſiōib9 audiēdis eē dignoſcit. Quare frēs tenēt abſtine
re ab oī vbo ſigno vl̄ facto p qō poſſit aliqs ſimplex vl̄ ignar9 occaſionē
ſumere iudicādi ꝙ frēs in elemoſynis pecuniarijs aliquā auctē hērent
Et hoc eſt qō dicit dñs clemēs extra de vb. ſig. Exiui de padiſo.§. dniq;.
Deniq; cū idē ꝯfeſſor chriſti ſūme affectauerit ſuc ꝓfeſſores rl'e eē totalr
abſtractos ab affectu ⁊ dſiderio trenoꝝ ⁊ ſpālit' a pecunia ⁊ ei9 vſu totalr
ſeptos ſic ꝓbat ꝓhibitio de pecunia recipiēda i rl'a ſepi9 repetita: cura
re frēs vigilāter neceſſe ē: ꝙ cū ex cauſis p̄dictis ⁊ modis: ad hñtes pe
cunias ꝓ ipoꝝ nccitatib9 dputatas occurrere oportebit ad tenētes ipas
qnicūq; ij fuerint p̄ncipales vel nūcij: in oībus ſic ſe gerant: ꝙ cunctis

ſe oſtendant in dictis pecunijs (ſicut ne habēt) penitus nil habere. Qua propter precipere q̄ ⁊ qualiter pecunia expendatur: cōpotumq; exigere de expenſa eamq; quomodocūq; repetere ſiue deponere vel deponi facere: capſulam pecunie vel eius clauem deferre: hos caſus ⁊ conſimiles ſibi fratres illicitos eſſe ſciant. Predicta enim facere ad ſolos dños pertinet q dederūt ⁊ eos quos ipſi deputauerūt ad hoc ipſum.

## ¶ Articulus. iij. de tertia conditione.

Tertio recurrendo ad amicos ſpūales conſideranda eſt fratrum ſubſtentatio. Intendit enim dñs Nicolaus per declarationem prouidere fratrū neceſſitatibus. Quare aduertenduz eſt pro quibus neceſſitatibus recurrere oportet ad amicos hmōi. Regula enim tantū pro duabus videtur expreſſe concedere: quare ſanctus Bonauentura declarat in prefatis duabus neceſſitatibus beatum franciſcū intellexiſſe ceteras maiores: q̄ videlicet nec per mendicitatem humilem nec per oblationem liberalem vel fidele laboriciū cōmode. i. abſq; magna diſtractione ⁊ melioris boni impedimento haberi poſſunt. Hinc eſt q̄ dñs Nico. ⁊ Cle. dicunt: q̄ ceſſantibus elemoſynis ad hmōi amicos q non poſſunt intelligi aliter q̄ dñi principales ſeu eoꝝ deputati nūcij vel a fratribus prenſentati vt dictum eſt: recurrere poſſint fratres pro ſua neceſſitate. ¶ Eſt autem ſm dñm Nicolaū triplex neceſſitas. videlicet p̄terita. vt pro debitis ſoluendis. Quāuis a contrahendo debita fratres abſtinere debeant: liceat tamen ceſſantibus elemoſynis d̄ quibus ſatiſfieri cōmode tūc nō poſſet: citra cuiuſlibet obligationis vinculū alicui pro ſuis neceſſitatibus ſatiſfacere volenti dicere: q̄ per elemoſynas ⁊ alios amicos fratrum ad ſolutionem ſibi faciendam intendūt fideliter laborare vt patet in declaratione eiuſdem. §. Ceterum. ¶ De ſecūda neceſſitate videlicet preſenti nulla ē ambiguitas quin ceſſantibus elemoſynis de quibus ſatiſfieri cōmode tūc nō poſſet vt predictum eſt: fratres aliquem rogare poſſint vt ſoluat cū omnibus circūſtantijs ⁊ cautelis in primo articulo declaratis. ¶ Tertia dicitur iminens ſeu ingruens ſeu emergens ⁊ dicitur ab. in. ⁊ maneo es, quaſi intus per noticiam ⁊ inchoationem manens. Unde dñs Nicolaus exemplificat de neceſſitatibus q̄ longū tractū tpis habent licet pauce ſint cōparatiue: vt in libris ſcribendis edificijs neceſſarijs conſtruendis ⁊ pannis in locis remotis emendis. Quare nullo modo licet ſub pretextu vel ſub colore prouidentie in futurū permittere apud quēcunq; elemoſynas pecuniarias deponi. Et q2 de legatis videtur eſſe maior difficultas: conſiderandum eſt: q̄ heredes teſtatoꝝ vel executores teſtamētorum ad fratres ſe poſſunt habere dupliciter. Uel deponere volendo apō aliq̄ pſonam familiarem fratribus dicta legata abſq; articulo dictarum trium neceſſitatum: ⁊ tunc nullo modo pmittere debent: vti per capitulū generale proxime in cōuentu mōtis lucij celebratum declaratū fuit ſufficienter. Aut vult per ſe conſeruare ditta legata: ⁊ tunc ſequitur duplex incōueniens: videlicet ipuritas ex parte fratrum ⁊ infidelitas ex parte he-

redum vel executorum ſi pias voluntates teſtatorum nō compleuerint. Ad prouidendum igitur puritati conſcientie fratrum ⁊ fidelitati heredum vel executorum tenētur fratres efficaciter perſuadere predictis: vt dicta legata pauperibus diſpergant vel alias in pios vſus cōuertant. Nec ꝑ hoc infideles exiſtunt: cū dñs Nicolaus declarauerit talia legata nō poſſe dimitti fratribus niſi ſub modo licito ac ſuo ſtatui congruo. Non licet aūt vt dictum eſt recurrere abſq; neceſſitatibus predictis ⁊ multo minus deponi ꝑmittere. Quare fratres p̄dictam efficacem ꝑſuaſionem fraudulenter negligentes: cupiditatis defraudationis pauperum ac ſcandalizationis puſilloꝝ reatus incurrere cenſentur. ¶ Ne vero aliquis ſcrupulus dubietatis remaneat: declarandū eſt q̄ ſit neceſſitas vera. Pro cuius declaratione aduertendum eſt: q frēs oēs cōtentari debent ſuſtentatiōe neceſſaria nature: q: videlicet eſſe viuere ac opationes ſcd̄m ſue ꝓfeſſionis exigentiā ſibi cōpetentes exercere cōmode poſſint. Sic. n. ſatiſfaciendum eſt neceſſitati: vt nō faueatur carnalitati. Obligamur. n. ad arctos vſus q in regula ponūtur ſm dñm Cle. ⁊ eo obligationis modo quo rl'a ponit dictos vſus. Un̄ dicit dñs Nico. Inſup nec vtenſilia nec alia quoꝝ vſum ad neceſſitatē ⁊ officioꝝ ſui ſtatus executionem. (Nō. n. oīm rerum vſum habere debent vt dictū ē) ad vllā ſupfluitatē diuitias ſeu copiam q̄ deroget pauptati vel theſaurizationē vel eo aīo ſeu modo vt ea diſtrahāt ſiue vendāt recipiāt: nec ſub colore ꝓuidentie in futurū nec alia occaſiōe: quin immo in oībus appareat in eis quo ad dñium oīmoda abdicatio ⁊ in vſu neceſſitas. Ex qbus luculenter apparet q frēs oēs paucis cōtenti eſſe debent: q: ſecundū predicta vniformiter ꝓuideri neqūnt more redituatoꝝ. ¶ Prelati nihilominus ꝑ licitos modos ſollicitā curā gerere debent ⁊ ſic cūcta cū moderamine diſponere: vt neceſſitati fratrū ſubueniant ⁊ a pauptatis arctitudine nō recedant. Ad euitandū. n. ſubdolas neceſſitates ⁊ falſas ꝓ qbus frēs hmōi ad amicos recurrere cōſueuerant: dñs Cle. in ſua declaratiōe in. §. porro ſubnectit. Cū etiā recurſus ad amicos ſpūales exp̄ſſe tm̄ in duobus caſibꝫ ſcd̄m regulā cōcedat: videlicet ꝑ neceſſitatibus infirmoꝝ ⁊ fribꝫ induēdis: idq; pie rationabiliter cōſiderata neceſſitate vite ad alias neceſſitates fratrū ꝓ tp̄e occurrentes ceſſantibus elemoſynis ſeu etiā ingruentes ſepedictus p̄deceſſor duxerit extēdēdū: attendāt frēs p̄dicti q ꝓ nullis alijs cauſis q̄ p̄dictis vel ſimilibꝫ in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos hmōi: ſiue ſint dantes pecunias ſiue deputati ꝓ ipos ſiue nūcij ſiue depoſitarij ſeu alio quouis nomine appellent: etiā ſi cōceſſi ꝑ eandē declarationē modi circa pecunia itegre ſeruarent. Hec igit ſupra ſcripta videlicet puritas ordinis ⁊ fama ſi in vr̄is fuerint cōgregationibꝫ ſiue cōuerſationibꝫ illibate cōſeruata: tertium videlicet neceſſaria ſuſtentatio abūdanter adijciet: diuina ꝓuidētia cuiꝫ diſpoſitione vniuerſa regunt vobis tp̄alia miniſtrāte in via ac vbertatem ſpūaliū chariſmatū: tandēq; celeſtis regni eternas delicias ꝓ pauptatis tolerata penuria retribuente in patria: in qua pariter cū principe pauperū letari ꝑenniter mereamur Amen.

¶ Explicit tractatus de recurſu ad amicos ſpūales.

¶ Sequitur modus recurrendi ad amicos ſpirituales ꝓ neceſſitatibus fratrum ceſſantibus elemoſynis oblatis: ꝓcurandiꝗ; ſolutionem rerum neceſſariarum: a Reuerendiſſimo patre Vicario generali fratre Joanne philippo cõpilatus: quem vult ⁊ precipit eo modo ⁊ forma quibus regula ⁊ declarationes eius obligant ab vniuerſis fratribus inuiolabiliter obſeruari.

Quoniam fratres minores ex ſue profeſſionis voto ſtrictiſſime obligantur ad nõ recipiendum denarios vel pecuniam ꝑ ſe nec per interpoſitaꝫ perſonam vt apparet .iiij. c. regule: qua obligatione appꝛietate dñio ac vſu denarioꝝ ⁊ pecunie proꝛſus abſtinere tenentur: ad obuiandum malicijs ⁊ relaxatiõibus que his nouiſſimis tempoꝛibus etiam apud eos qui de obſeruantia ſe iactant vigere dignoſcuntur: per certos articulos inferius annotatos hanc veritatem patefacere curaui: quatenus ſimplices fratres ac ſui ſtatus feruidi zelatores veritateꝫ agnoſcant ac cognitam firmiter obſeruare conentur: diſcholi vero ac diſſoluti a ſuis calũnijs euidentia rationum ac roboꝛe auctoꝛitatuꝫ efficaciter compeſcantur: tandemꝗ; illuminati ad penitentiam compungantur potius eligentes paupertatis foꝛnaceꝫ cum tribus pueris abſꝗ; doloꝛe perpeti: ꝗ̃ eternis incendijs gehenne cum pꝛincipe tenebꝛarum perpetuo cruciari.

¶ Articulus pꝛimus.

FRATRES minoꝛes de neceſſitate ſalutis in coꝛde firmiter retinere debent: vt nullũ affectum ſeu cupiditatem denarioꝝ vel pecunie in ſemetipſis dñari ꝑmittant; ac in oĩbus ſic ſe gerãt quantũ ad deum ⁊ ꝓximũ: vt in oĩbus appareat euidẽter ꝙ nihil in denarijs vel pecunia contrectãdo pꝛecipiẽdo falſuꝫ timoꝛẽ de eiꝰ ꝑditiõe habẽdo ſeu quomodolibet ea vtendo penitꝰ habere volũt. Unde ⁊ ſi fieri poſſet nũꝗ; debent aliquẽ velle ꝑ̃ſentare: cui cõmittat̃ executio elemoſynaꝝ pecuniariaruꝫ ꝓ ſuis neceſſitatibꝰ veris ⁊ determinatis collataꝝ. Sꝫ ipſe dñs dãs ꝑ ſe potiꝰ ſolutionẽ faciat ſi bono mõ fieri põt: vt apparet extra de verbo ſig. li. vi. c. exiijt. §. ceteꝝ. Et iteꝝ in clementina exiui. eo. ti. §. deniꝗ; cũ idẽ confeſſoꝛ ſumme affectauerit ſue regule pꝛofeſſoꝛes eſſe abſtractos totaliter ab affectu ⁊ deſiderio terrenoꝝ ⁊ ſpecialiter a pecunia ⁊ eius vſu totaliter inexpertos ſicut ꝓbat ꝓhibitio de nõ recipienda pecunia in regula ſepius repetita: curare frẽs vigilanter neceſſe eſt: ꝙ cũ ex cauſis pꝛedictis ⁊ modis ad habentes pecunias deputatas pꝛo ipſoꝝ neceſſitatibus recurrere opoꝛtebit ad tenẽtes ipſas quicũꝗ; ij fuerint pꝛincipales vł nũcij in omnibus ſic ſe gerant: ꝙ ſe cũctis oſtendãt in dictis pecunijs ſicut nec habent: penitus nihil habere.

¶ Articulus ſecundus.

PRO SATISFACTIONE creditoꝛi facienda pñt frẽs aliquas fideles perſonas pꝛeſentare ſi illud dominus regrat: aut ſi

per ſe vel aliquem ſibi notum ſatiſfacere nõ vult. Qui quidem preſenta-
tus vice ipſius domini creditori ſatiſfacit iuxta pricipalis dñi volũtatẽ.
Ex quo ſequitur: ꝙ fratres nullo modo debent ſecum nũcium ſecularem
ducere ſeu etiam famulum carnificis vel mercatoris: quo ad vſqꝫ an do-
minu s per ſe facere velit vel per ſibi notos aut amicos cognouerit ma-
nifeſte: cum decretalis ad vnguẽ obſeruari debeat: vt inferius clarius ap
parebit, vt probatur per dictam decretalez exiit. vbi ſic dicitur, Si tamẽ
ipe hoc nollet facere vel nõ poſſet vel quia receſſus immineat aut quibꝰ
hoc cõmittere velit noticiam nõ habet fidelium perſonarum ſeu quacum
qꝫ alia occaſione vel cauſa: declaramus ⁊ dicimus ꝙ in nullo regule puri
tas infringitur aut quomodolibet ipſius obſeruantia maculatur: ſi fra-
tres ipi alicuius vel aliquoꝝ ſibi curent dare noticiam vel aliquez ſeu ali
quos nominare aut preſentare: cui vel quibus ſi elemoſynã facienti pla-
cuerit cõmitti poſſit executio predictoꝝ.

## Articulus tertius.

PRO conſeruatione fame huius ſanctiſſime religionis atteſtatione
qꝫ puritatis perſonarum in eadem altiſſimo famulantium ac pſer
uatiõe puſilloꝝ ⁊ ſimpliciũ a ſcandalo paſſiuo per quod retrahi poſſent
a conſiliis petendis ſermonibus audiendis ⁊ confeſſionibus ſuoꝝ crimi
num faciendis: de neceſſitate ſalutis fratres proteſtari tenentur eis vł co
ram eis maxime apud perſonas ſtatum noſtrum ignorantes: vt dñium
proprietas, poſſeſſio ⁊ vſus dicte pecunie apud dñm dantem remaneat
cum libera poteſtate reuocandi plene, integre ⁊ libere: ⁊ fratres omnino
nihil iuris in dicta elemoſyna habere velint vel habent nec adminiſtrati
onem vel diſpenſationem ſeu vſum nec aliud omnino vt in paucis mul-
ta concludam. Quare ipſi fratres aduerſus nũtiũ dictũ in iudicio vel ex-
tra nullam actionem habere poſſunt: neqꝫ compotuz exigere de dicta pe
cunia: nec capſellam in cõuentu tenere ſeu clauẽ portare: nec ſuas neceſſi
tates cum auctoritate ⁊ rigore patefacere: ſed cum omni humilitate tan-
qꝫ nihil habentes ſuas iuſtas indigentias manifeſtare. Et ſi negligẽs fue
rit in exequendo domini dantis voluntatẽ: magis ꝓ periculo anime ſue
qꝫ pro cupiditate elemoſyne eũ dulciter pſuadere: vt in re cõmiſſa fideli-
ter ſe habeat. ¶ Probantur hec ꝑ verba decretalis prefate exiit: vbi ſic di-
citur. Ita tamen ꝙ penes ipm dantem dominio proprietate ac poſſeſſio
ne ipſius pecunie cũ libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipſaz ſem-
per vſqꝫ ad cõuerſionem ipſius in rem deputatam plene. libere. ac inte-
gre manentibus: in ipa pecunia nihil omnino iuris habeant nec admini
ſtrationem ſeu diſpenſationem: nec contra perſonam noiatam (cuiuſcun
qꝫ conditionis exiſteret) in iuditio vel extra actionem pſecutionem aut
aliquod aliud ius; qualitercũqꝫ perſona predicta in cõmiſſione huiuſmo
di ſe haberet.

## Quartus articulus.

CAVERE ſummopere fratres debent ne vulpina ⁊ viperali fi
ctione ſiue falſitate concedi conſentiant dum procurant ſolutionẽ

rerum neceſſariarum: niſi quantũ vere ⁊ realiter eſtimabunt in ſuis conſcientijs rem ſibi neceſſariam valituram. Ex quo ſequitur ꝙ nullo modo procurare debent niſi neceſſitates veras ⁊ determinatas: preſentes vel de proximo iminentes. Et anteq̃ procurent: ſollicite conſiderare debent vel cum mercatoribus honeſte ⁊ religioſe de precio conuenire: ⁊ ſ͡ʒ iudicium recte conſcientie tantum ⁊ non amplius ſcienter procurare. Quo caſu grauiter habent puniri apud diſtrictum iudicem prelati, procuratores ſeu elemoſynarij ſine modo termino ⁊ menſura tales elemoſynas procurantes ac in futurum tanq̃ de diuina prouidentia diffidentes tales elemoſynas ſeruantes ſeu ſeruari damnabiliter tolerantes: quoniam iuxta dictum domini ſaluatoris Ubi theſaurus ibi ⁊ cor eſt. ¶ Procurando tamen vbi veriſimiliter ignoratur ꝓfatarũ neceſſitatũ preciſuʒ ſeu iuſtum valorem: poſſunt dantes elemoſynas rogare: vt ſi quid de coruʒ elemoſynis pro determinata neceſſitate procuratis remanſerit (duʒ tamen abſit omnis fictio ſeu malicia a procuratoribus) poſſit in alias fratrum neceſſitates ſalubriter conuerti. ¶ Probatur per decretalem prefatã exijt. vbi dicitur. Caueant tñ frẽs ꝙ ſollicite ſe coaptent: vt non plus ſcienter concedi conſentiant: q̃ veriſilr̃ eſtimari poſſit rem neceſſariam pro qua pecunia ipſa conceditur valituram.

## ¶ Quintus articulus.

QUANDO IN apud amicos ſpirituales ſunt elemoſyne pecuniarie depoſite pro fratrum neceſſitatibus indiſtincte: guardiani ſeu alij prelati nullo modo mittere poſſunt fratres ad procurandum ſolutionem rerum neceſſariarum ſub pena tranſgreſſionis regule: cum nõ poſſit dici neceſſitas fratruʒ procurari: cuius ſolutio per elemoſynas oblatas ⁊ depoſitas commode fieri poteſt. Quin potius tales prelati debent potius dici theſaurizatores q̃ beati franciſci ſecutores: qui cuʒ habeant ſeu habere poſſint neceſſitates fratrum per elemoſynas oblatas: nihilominus illas cupide retinentes: damnabiliter mittunt ad procurãdum per calles ⁊ vicos. Et quod deterius eſt quantum ⁊ qualiter poſſũt congregant penes amicos ſpirituales ⁊ oblatas elemoſynas ⁊ procuratas ſine numero: cuʒ tamen de neceſſitate ſalutis teneantur oblatas elemoſynas quantum in ſe eſt nunquam permittere deponi niſi pro neceſſitate preſenti vel de proximo imminenti: ſed omnibus vijs ⁊ modis ſibi poſſibilibus elemoſynas non ſibi neceſſarias recuſare: precipue qꝛ tales elemoſyne pecuniarie non neceſſarie nihil aliud ſunt q̃ perditio ⁊ damnatio recipi permittentium. ¶ Nec debet accipi neceſſitas ficta, laxa ſeu etiam voluntaria: quin potius neceſſitas certa que ſolum querit ſuſtentationem neceſſariam in cibis. lectis. edificijs ⁊ ornamentis eccleſiaſticis ac ceteris ad cultum diuinum: ad ſapientiale ſtudium ac victum ſeu veſtitum pertinentibus: vti regula. declarationes. conſtitutiones generales ⁊ q̃ maxime dominus Bonauentura in ſua apologia contra calumniatorem capitulo duodecimo apertiſſime declarat. ¶ Iſte articulus probatur per decretalem Exijt. §. ceterum. Ubi ſic dicitur. Dicimus in primis ꝙ fratres a mutuis contrahendis abſtineant: cum eis

mutuum contrahere eorum ſtatu conſiderato non liceat. Poſſint tamē ipſi pro ſatiſfactione pro eorum neceſſitatibus facienda que pro tempore occurrerint (ceſſantibus elemoſynis de quibus ſatiſfieri tunc nō poſſet) citra cuiuſlibet obligationis vinculum dicere: ꝙ per elemoſynas ⁊ alios amicos fratrum ad ſolutionem huiuſmodi faciendam intendunt fideliter laborare. Si vero elemoſyne oblate ad aliquā veram neceſſitatem fratrum proprio motu dantium abſqꝫ callida perſuaſione ſeu inductione prelatorum vel fratrum tales elemoſynas ad ſuperfluitatē edificiorum. picturarum inutilium. ornamentorum ſumptuoſorum ſeu aliorum ſimilium conuertere ⁊ expendere cupientium deputate ſint ⁊ executio ſeu conuerſio earundem in proximo ſit facienda: tunc non obſtantibus talibus elemoſynis procurare poſſunt; ſolutionem rerum neceſſariarum obſeruatis articulis ⁊ moderationibus ſupradictis diligenter. Et ratio huius eſt: quia ſine licentia ⁊ auctoritate domini dantis elemoſynam ad certam neceſſitatem per eum determinatam: nullomodo abſqꝫ licentia ſpeciali eius poſſunt fratres in alias neceſſitates dictam elemoſynam conuertere ſeu cōmutare: vt expreſſe dicit declaratio.

## Sextus articulus.

FRATRES minores. Nullo modo denarios ſeu pecunias vnqꝫ permittere deponi debent pro fratrum neceſſitatibus ſeu procurationem rerum neceſſariarum facere niſi prout prefate ſententie papales ordinant ⁊ expreſſe declarant. Quia quicunqꝫ prefatas regulas non ſeruat per integrum: mortaliter ⁊ damnabiliter peccat. extra de verbo. ſig. clementina. exiui. Ubi ſic dicit papa. Porro cum dictus ſanctus volēs fratres ſuos ſuper omnia a denarijs ſeu pecunia eſſe totaliter alienos: precipit firmiter fratribus vniuerſis vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonam: iſtumqꝫ articulum declarans idem predeceſſor noſter caſus ⁊ modos poſuerit quibus ſeruatis a fratribus non poſſunt dici nec debent per ſe vel per aliū pecunie receptores contra regulam vel ſui ordinis puritatem: dicimus fratres teneri cauere ſummopere ꝙ pro alijs cauſis ⁊ ſub modis alijs qꝫ ponat dicti predeceſſoris declaratio ad dantes pecunias ſiue deputatos non recurrant: ne ſi ſecus ab ipſis attentatum fuerit: tranſgreſſores precepti ⁊ regule merito poſſint dici. Nam vbi generaliter aliquid prohibetur: quod expreſſe non conceditur intelligitur denegatum.

## Septimus articulus.

QUANTO amplius fratres dictas declarationes immo verius ipſam regulam ac intentionem beati franciſci in eadem contentā purius perfectius ac ſollicitius obſeruauerint: eo abundantius quietius ⁊ tranquillius vniuerſorum dominus eiſdem neceſſaria miniſtrabit. Probatur per dictum domini ipſius ſaluatoris Matthei. vi. Primum querite regnum dei ⁊ hec omnia adijcientur vobis. In qua quidem auctoritate ponuntur tria bona. Primum eſt eternum: quod ſe habet ad modum finis: debetqꝫ ſuper omnia deſiderari. Secundum eſt bonum ſpiri-

tuale cum dicitur. Et iuſticiam eius: quod ſe habet per modũ medij ad finem: debetqꝫ hec iuſticia complecti obſeruantiam omnium mandatorum decalogi preceptorum charitatis dei ⁊ regule totius regule ac omnium preceptorum euſdem continentiam: ⁊ quod his amplius eſt: vt omnia bona que agimus orando ieiunando miſſas celebrando defunctos ſepeliendo ac alia virtuoſa opera exercendo non pro vana gloria rerum temporalium cupiditate ſeu alia inordinata intentione principaliter faciamus: ne cũ fatuis virginibus oleo charitatis vacui a ſponſo audiamus illud terribile improperium Amẽ dico vobis neſcio vos Sed omnia que agimus propter amorem illius regni ſeu ſummi boni faciamus ⁊ ad illud noſtram intentionẽ principaliter dirigamus. Tertium bonum eſt temporale: quod ſe habet ad predicta bona per modũ adminiculi in hac valle lachrymarum: in quo includitur omnis neceſſitas vite preſentis que neceſſario conſequitur domino promittente bonum eternum ⁊ ſpirituale. Cui ſi ſuper omnia placere cupierimus ⁊ ei⁹ voluntatem ſecundum mãdata ipſius viuendo ⁊ puritatem regule ſeruando adimpleuerimus: omnia adijcient nobis. Aliterqꝫ ſentientes errori paganorum manifeſte conformãtur: qui diuinã ꝓuidentiã negãtes ꝑ rebus humanis totũ ſtudiũ ac ſollicitudinẽ ſuam in ꝓcurandis tꝑalibus apponũt: quoqꝫ a ſpũalibus quib⁹ principaliter inſeruire debent creature res rõnales omnino retrahũtur: tãtoqꝫ timore ſuꝑfluo deterrentur ꝙ certitudinaliter ſentiũt ꝙ ſi vixerint ſcd̃m modum ⁊ formã p̃ diuina mãdata ſeu leges eiuſdẽ prefixam: neceſſaria ſibi deficiant quã ſollicitudinẽ ſuꝑfluã dñs excludit ⁊ ꝓhibet ꝓhibitione precepti negatiui. Mat. vi. dicens. Nolite ſolliciti eſſe dicentes quid mãducabim⁹ aut quid bibemus aut quo operiemur. Hec. n. oĩa gentes. i. pagani diuinã ꝓuidentiã negantes inquirunt. Abſit ergo a veris minorib⁹ oĩs diffidentia timor ſuꝑfluus ac ſollicitudo ſuꝑuacua: certitudinaliter ſentientes: ꝙ ille qui ſua ineffabili clementia nutrit peruerſos ⁊ ꝯuerſos bonos ⁊ malos iuſtos ⁊ impios: ipſe ſibi fideliter ſeruientes fouebit corporaliter. Et ſi ad tempus penuriã patiant̃ vt ꝓbent̃: virtutẽ tolerãtie miniſtrabit: q̃ melior eſt omni auro ⁊ lapide precioſo: tãdemqꝫ ad paſcua perducet ſ felicitatis eterne.

¶ Explicifunt articuli fra. Joan. philippi.

¶ In dei nomine amen. Hec eſt quedam breuis ⁊ vtiliſſima ſiue copilatio circa formã ſeruãdã p̃ frẽs minores in ꝓcuratione ſolutionis ſuarũ neceſſitatũ ſm̃ declaratiões papales ſignãter Nicolai ⁊ Clementis.

Quia in quarto capitulo regule precipitur ne frẽs denarios vel pecuniã recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonam: eſt dubium: an dicti fratres obſeruata rl'e puritate poſſint ſolutionẽ ſuaꝝ nec̃citatũ ꝓcurare: ⁊ q̃ ſũt ſeruãda i dicta ꝓcuratiõe. Circa qđ ãteqꝫ q̃ñi rñdeat̃ eſt notãdũ: ꝙ btũs frãciſcus poſtqꝫ i ſuꝑdicto ca. regule ꝑcepit fratrib⁹ ne

denarios vel pecuniam reciperent: attendens ꝙ dicti frēs aliquas ha-
berent neceſſitates que ſine pecunia nullo modo haberi poſſent: que qui
dē neceſſitates ita eſſent neceſſarie: ꝙ ſi de eis fribus non ꝓuideret: ma-
ximū reciperent detrimentū: ideo ne inhumanus videret: in eodē caplo
curā illarū ſingulariter cōmiſit prelatis: inter quas ſignāter ſpecificauit
tāꝗ̄ ꝑcipuas ⁊ magis neceſſarias infirmoꝝ ⁊ fratrū induendoꝝ neceſſi-
tates: ꝓ quibus etiā noluit vt denarios vel pecuniā ꝑdicti ꝑlati recipēt:
ſed dedit eis modū procurandi eas, ſ. per recurſum ad amicos ſpūales:
quib⁹ darent noticiā talium neceſſitatū: ita ꝙ nō frēs ſed tales amici ſu
merent in ſe curā ꝓcurandi ⁊ ꝓuidendi fratrib⁹ de eiſdē neceſſitatib⁹. fu
it. n. intentio bti frāciſci vt inferi⁹ lati⁹ patebit ⁊ aſſerūt aliqui antiqui re
gule expoſitores: ꝙ frēs ſui pro nulla pecuniaria ꝓcuratiōe ſub quocūꝙ
colore vel cauſa ꝑſonaliter ꝯparerēt: nec poſt eā ꝓcurātes irent: nec de
cuiuſcūꝙ rei emptiōe vl' vēditiōe ſe intromitterent: ſed talia ⁊ oīa ſilia
que mediante pecunia erāt ꝓcurāda nō ꝑ frēs ſed ꝑ tales amicos ſpūa-
les deberent expediri: ita ꝙ frēs ꝓut a regula eis imponit irēt ꝓ elemo
ſyna oſtiatim ⁊ mendicarēt ſibi neceſſaria: que ſimpliciter bono mō ha
beri pūt ſine ꝓcuratiōe pecunie. Et antiqꝫmi pres puritatis zelatores
eiuſdē regule q in principio fuerūt ordinis ſic ſeruauerūt: ⁊ ideo in mul-
ta puritate ⁊ ꝯſcie ſecuritate ⁊ pace ac laudabili exēplaritate vixerūt. Ve
rūtñ poſtmodū dilatato ordine ⁊ frigeſcēte ſpūs feruore: frēs timentes
nō poſſe tali modo oībus ſuis ꝓuidere neceſſitatib⁹ a dicta puritate de
uiauerūt: qua de cā ſūmi pōtifices rlām expoſuerūt ⁊ declarauerūt: ⁊ di
ctis fribus modos ⁊ formas ꝓcurādi ſolutionē ſuaꝝ neceſſitatū poſue
rūt ⁊ determinauerūt: qb⁹ frēs ſecure vti poſſint. Qui qdem ſūmi pōtifi
ces regule expoſitores ſignāter fuerūt Greg. ix. Innocēti⁹. iiij. Nicola
us. iij. Clemēs. v. Et qꝛ vt ait dñs Nicola⁹ in. §. ceterū. ſue decretais ⁊ ex
poſitiōis extrā q ſeminat de vbo. ſig. li. vi. ipſe ꝓfundi⁹ ⁊ clariorib⁹ deter-
minatiōib⁹ ꝗ̄ ſui ꝑdeceſſores articuluꝫ iſtum declarauit: ideo ꝓ lucidio
ri intelligētia dicēdoꝝ ⁊ faciliori ſolutione memorate qōnis vidēdū ē q
ipſe ponit in dicto. §. ceteꝝ. cum ſuis verſiculis: cui⁹ ad lraꝫ ſūt hec vba.

CETERUM cū in eadē rl'a ſit ſub ꝑcepti diſtrictiōe ꝓhibitum
ne frēs recipiāt ꝑ ſe vel ꝑ alios denarios vel pecuniā vllo mō ⁊c
vſqꝫ ad. §. Quia vero dñium libroꝝ. Uide ſupra in eadē declaratione in
principio ſecundi tractatus, folio. 6. ¶ Poſt quē qdē. §. lege aliū de ea-
dē materia in declaratiōe clementis quinti qui ſic incipit. PORRO
cum dictus ſanct⁹ volēs frēs ſuos ſup oīa a denarijs ſeu pecunia tota
liter eſſe alienos ⁊c. vſqꝫ ad §. ꝓinde cū vir ſanctus. Que aūt declaratio
habet ſupra. iſto tractatu fo. 13. iuxta finem.

EX QUIBUS apparet ꝙ dict⁹ dñs clemēs vult ⁊ mādat fri
b⁹: ꝙ in ꝓcuratiōe ſuaꝝ neceſſitatū ſeruare teneāt caſus ⁊ modos
per ꝑdictū dñm nicolaū ꝑdeceſſorē ſuū poſitos in dicto. §. ceterum. cuꝫ
ſuis verſiculis. Quibus ſeruatis ſecure poſſunt dictam ſolutionem pro
curare: nec poſſunt dici fratres per ſe vel per interpoſitam perſonaꝫ pe
cunie receptores contra regulam: ⁊ ſui ordinis puritatē vt ſupra patet.

Ideo ſunt attendenda ⁊ notanda ea q̄ dicet⁹ dñs nicola⁹ in allegato .§. cũ ſuis verſiculis vſq; in finẽ ordinauerit ⁊ declarauerit. In quo quidẽ §.quinq; videt agere dñs nicola⁹. Primo nãq; inhibet frib⁹ mutuum ꝯtrahere dicẽs: ꝙ frẽs a mutuis ꝯtrahendis abſtineãt. Scđo dat ipſis quãdã lniam ſub certo modo ꝑcurandi ſuas neceſſitates ⁊ ſolutionẽ earum cũ dicit. Poſſint ipi citra cuiuſcũq; obligatiõis vinculũ ⁊c. vſq; ibi fideliter laborare. Tertio ponit quomodo debeat talis ꝑcuratio fieri ⁊ hoc cũ dicit ceſſantib⁹ elemoſynis. Quarto oſtendit vnde ⁊ a quib⁹ debeant frẽs dictã ſolutionẽ ꝑcurare dicens. Per elemoſynas ⁊ amicos fratrũ. Quinto circa modũ ſeruãdũ in tali ꝑcuratiõe ſolutionis ponit ⁊ dat certas regulas ⁊ modificationes ſeruãdas per dictos frẽs q̄ continentur in dicto.§.ceterum.cum ſuis verſiculis vſq; in finem.

## Pro maiori tamen elucidatione

Pro maiori tamen elucidatione q̃ōnis ⁊ ꝯſciarũ fratrũ ſecuritate eſt ſciendũ: ꝙ ad hoc ꝙ frẽs dictã ſolutionẽ ſuaꝝ neceſſitatũ poſſint ſecure ꝑcurare ſcđm dictas declaratiões: tria principaliter ſunt attẽdenda. Primũ ex pte rei cuius ſolutio ꝑcurat. Scđꝫ ex pte fratrũ quo ad modũ ⁊ formã ꝑcurãdi talẽ ſolutionẽ. Tertiũ qualiter ipi frẽs ſe debeant habere circa tales elemoſynas ⁊ tenẽtes eas. In quib⁹ trib⁹ mẽbris ꝯſiſtit tota vis ⁊ effectus ſupra dicti.§.cũ ſuis verſiculis per totũꝫ. Quibus bene inſpectis: luculenter apparebit deciſio prelibate q̃ōnis.

Atten. tria ꝯſiderãda circa ꝑcuratiõeꝫ ſolutionis neceſſitatum.

¶ Circa primũ principale eſt notandũ: ꝙ ad hoc ꝙ ꝑcuratio ſolutionis alicuius rei per frẽs licite poſſit fieri: quinq; ſunt neceſſaria. Primũ eſt reſpectu ipi⁹ cauſe ſiue rei cui⁹ ſolutio ꝑcurat. Nã expedit ꝙ ſit neceſſaria: vt vult dñs Nicola⁹ in dicto.§.cũ dicit. Poſſint ipi ꝑ ſatiſfactione ſuarũ neceſſitatũ ⁊c. qꝛ ſi vſus rerũ nobis nõ ꝯceditur niſi neceſſarius vt ait dñs nico. in.§. Inſup nec vtenſilia: multo minus ꝑcuratio ſolutionis cuiuſcunq; rei niſi ſit neceſſaria. Scđo eſt neceſſariũ: ꝙ neceſſitas iſta ſit preſens vel iminẽs: nõ aũt futura. Circa quod eſt notãdũ ꝙ neceſſitas eſt triplex. ſ. pñs iminẽs ⁊ futura. Preſens ẽ que eſt certa ⁊ determinata ⁊ ſtatim ⁊ in cõtinenti neceſſaria. Et de iſta loquit in preallegato.§. cũ dicitur. que pro tempore occurrerit. ⁊c. Imminẽs vero dicit: que eſt certa ⁊ determinata ⁊ incipit iam eſſe: non tamẽ eſt ſtatiꝫ neceſſaria vt prima ſed in breui: vel quia etiam habet in ſe tractũ temporis ãnexũ in ſua executione. Et de hac facit mentionẽ in dicto.§.ceterum.ver. Et qꝛ oportet ⁊ expedit ⁊c. vt ponit ibi exẽplũ in libris ſcribendis eccleſijs edifican ⁊ ſimilibus. Futura vero neceſſitas dicitur que nõ eſt certa ⁊ determinata nec de pñti neceſſaria: ſperat tñ euenire per diſcurſum temporis. Et licet regula duas tantũ oſtenderit neceſſitates videlicet infirmorum ⁊ fratrum induendoꝝ: ⁊ poſtea ſũmi põtifices ad alias ſe extenderũt. ſ. pñtes ⁊ iminẽtes vt in.§.ceterum.ver. qꝛ oportet: nõ tñ ad futuras ⁊ incertas: imo reſpectu ipaꝝ non permittitur talis procuratio ſolutionis: vt clare patet per ipſam decretalem in.§.inſuper nec vtenſilia. cuius verba ſunt hec. INSUPER nec vtenſilia nec alia quorum vſum ad neceſſitatẽ

Neceſſitas dr triplíciter.

⁊ officiox ſui ſtatus executionem.( Non eni oīum rerum debent habere vſum vt dictum eſt) ad vllā ſupflāitatē diuitias ſeu copiam que derogēt pauptati vel theſaurizatōnē vel eo animo vt ea diſtrahant ſeu vendāt recipiāt vel ſub colore prouidentie in futurum nec alia occaſiōe: quīmo in oībus appareat quo ad dñium oīmoda abdicatio ⁊ in vſu neceſſitas. Hec ille. ℂ Unde ſunt attendenda verba dicti dñi nico. cum dicit. vel ſub colore ꝓuidentie in futurū: per que clare excludit futuras neceſſitates ⁊ per conſequens ꝓcurationē ſolutionū earum. Et ratio eſt: quia perfectio ⁊ obligatio nr̄e profeſſionis eſt reſpectu taliū nō habere aliquā certitudinem ſiue recurſum aliquē: ſed in diuina ꝓuidentia ponere ſpem nr̄am ſicut manifeſte tota regula ⁊ omnes eiꝰ declaratiōes clamāt. Et adhuc ꝓpter iſtam obligationē nr̄e ꝓfeſſionis nobis eſt inhibitū longas facere ꝓuiſiones: maxime illarū rerū que quotidie mēdicādo haberi pñt bono mō: vt ait dictus clemēs in. §. rurſus ſue declaratiōis vbi ſic ait. RUR SUS cū predictꝰ ſanctꝰ tam exēplis vite ꝗ verbis regule oſtenderit ſe velle ꝙ ſui frēs ⁊ filij diuine ꝓuidentie nitētes: ſuos in dño iactarēt cogitatus: qui volucres celi paſcit ⁊c̄. Nō eſt veriſilē eum voluiſſe eos habere granaria vel cellaria vbi quotidianis mēdicatiōibus deberent ſperare tranſigere vitā ſuā. Et idcirco non ex timore leui relaxare ſe debent ad cōgregatiōes ⁊ ꝯſeruationes hmōi faciendas. hec ille. Nec etiā ſe extendunt ad alias que credūt neceſſitates ⁊ potius ſunt appetitus vel curioſitates ac relaxationes: vt ꝯtinua docet experientia. Pro quibus oībus ⁊ his ſimilibus: ſicut eis non conceditur ꝓcuratio ſolutiōis: ſic nec oblatas elemoſynas acceptare ⁊ in earum depoſitione conſentire ad habentes recurſum habere. Nam non eſt minoris culpe ⁊ tranſgreſſionis extra manifeſtā neceſſitatē preſentē vel iminentē oblatas elemoſynas acceptare vel ad habentes illas recurſum habere ꝗ aliquas de nouo ꝓcurare: cum in hoc nulla ſit differentia ⁊ vtrūq ſit ꝓhibitū: vt vult dominus Nico. in. dicto. §. ceterū. Et expreſſe determinat dñs clē. in. §. porro. ver. Dicimus fratres teneri cauere. vſq ibi dum dicit. Intelligit denegatum: vbi dicit. Ne pro cauſis alijs. ſ. preſentibus vel iminētibus. Et ſic clare patet ꝙ excludit futuras neceſſitates ⁊ omnes alias quaſcūq ſuperfluitates: pro quibus oībus vt dictum eſt non eſt pmiſſus qualiſcunq recurſus ad elemoſynas pecuniarias. Qđ male per aliquos prelatos ſeruatur: qui indiſtincte omiſſa ſupradicta examinatione ſub titulo neceſſitatū procurant quaſcūq pñt elemoſynas pecuniarias ⁊ etiā oblatas acceptant: ⁊ de ipſis magnam faciunt cumulationē: quas etiā per magnū tempus faciunt ſeruari: ⁊ quod peius eſt eas ad libitū expendūt ⁊ commutant: allegantes ꝙ dicta declaratio ad talia ſe extēdat: quod falſum ⁊ abſurdum eſt dicere. Et victum ⁊ alias veras neceſſitates fratrum procurare faciunt impure: ambulando per foros ⁊ vicos: procurando indifferentes elemoſynas pecuniarias ⁊ ducendo ſecum ſecularē ad recipiendum eas in tranſgreſſione ſue regule ⁊ malum exemplū ſecularium ⁊ ſuorum ſubditorum: prout clarius infra patebit. Et ſic conſtat ꝙ iſta neceſſitas debet eſſe preſens vel imminens: non autem futura. qđ

eſt ſcdm neceſſarium.

ETTAMEN qꝛ q̄ ſit vera neceſſitas non põt ita faciliter diſcerni aut examinari: ideo deciſio aut determinatio hm̃oi ꝯmittit prelatis. Et cum totale fundamentū vt ſupra dictū eſt nr̃e ꝓfeſſiõis ⁊ ꝑfectionis vel econtra totius relaxationis ⁊ tranſgreſſionis conſiſtat in examinatione iſtius neceſſitatis preſentis vel imminētis: ideo quicunq̄ prelatus ſit vel alius religioſus cui competat prefatas neceſſitates examinare: ſequentia debet attendere.

PRIMO debet attendere ⁊ conſiderare ſtatum ſuū ⁊ ꝓfeſſionem ac vocationē ſuam: nam vt ait quidā deuotiſſimus doctor regulā noſtram exponendo: non fuit intentio beati franciſci inſtituere ordinem ſuum ſimilē ceteris: ſed quandā fraternitatē ⁊ collectionē iuſtorum in figurā prioꝝ chriſti diſcipuloꝝ: ⁊ eo ſiquidē cunctis ceteris ordinibus perfectiorem quo ab oībus mundanis puriorem. Nec aliquādo fuit intentio eius fratres ordinis ſui preclara cõſtruere templa ⁊ monaſteria: ſed ſimplicibus eſſe oratorijs contentos in quibus diuina peragerēt myſteria: ſicut de primitiua legitur eccleſia. Nec volebat ſuos altos erigere muros: ſed ſanctarum virtutum mores. Voluit etiā dictus pater fratres ſuos exiguis ac pauperculis habitare receptaculis: vilibus indui veſtimentis more pauperum chriſti: humilibus ⁊ ſimplicibus eſſe contentos alimentis: cum deo oſtiatim pureq̄ elemoſynam petere ac cetera neceſſaria accipere: ſicut primi fecerunt beati franciſci diſcipuli: prelatoſq̄ cum conſilio ⁊ auxilio ſpiritualium amicorum prouidere ⁊ cetera neceſſaria procurare exteriora quantum poſſunt ſine offenſione regule ⁊ ſine diſcurſu fratrum pro pecunia. Hec fuit intentio beati franciſci in inſtitutione ſue regule. Sed ipſi heu paupertatis ſue profeſſionis ac perfectionis miſerabiliter obliti: dilatant loca: ampliant clauſtra: extendunt dormitoria: ceteraq̄ protendunt edificia: quaſi dominꝰ talibus delectet ſtructuris. Hec frāciſcus nõ docuit: nec a ſuis omnino fieri voluit. Et qꝛ ſic ad exteriora queq̄ ſe extendentes: interiora ſunt queq̄ negligentes. Et qꝛ frēs ſtatu vere paupertatis ⁊ humilitatis reiecto ſtructuris ꝑmiſſis mollibus ⁊ criſpantibus indumentis ⁊ lautis alimentis delectātur: neceſſario habent hunc currere ⁊ diſcurrere ⁊ conſumere corpora ſua ⁊ ſpiritum deuotionis extinguere: ⁊ per curas ⁊ ſollicitudines terrenorū repellere a ſe dei timorem ⁊ amorem deſiderium ⁊ guſtum ſupernorum ⁊ contra regulam ſuam ac ſanctum euangelium ⁊ contra animas ſuas pecunie ⁊ auaricie inſiſtere ⁊ intendere: ⁊ ad ea que reliquerant redire: ⁊ quali modo via ⁊ forma aut ſtudio poterunt ſiue per fas ſiue per nefas pecuniam petere ⁊ acquirere. Hec franciſcus non docuit: nec aliquatenus in ordine fieri voluit; vnde firmo eos ſuper hoc ſtrinxit precepto. Hec ille.

Primū ꝯſiderādū circa pſētiū ⁊ īminētiū neceſſitatū examinationem.

SECUNDO debet attendere ⁊ conſiderare ſuam obligationem. Nam ſecundum determinationem eccleſie nõ oīs vſus ſꝫ neceſſariꝰ ac penurioſus ⁊ mēdicus nobis ꝯceditur: vt in p̄allegato. §. inſuper nec vtenſilia, vbi dr̃. Nõ .n. oīum rerū vſū debēt habere ad vllā ſuꝑflui

C. ij. ꝯſiderandū circa p̄fataſ neceſſitates.

tatem: ſed tantum ad neceſſitatem. Et etiam quo ad arctos vſus ſumus obligati vt in r'la cõtinet. ꝛ idẽ Cle. i ſua clemen. ponit i. §. ex pmiſſis. vbi determinando hanc queſtionẽ ait. Dicimus: ꝙ fratres minores ex profeſſione ſue regule ſpecialiter obligantur ad paupes ſeu arctos vſus ꝛc. ¶ Et dicit magiſter Henricus de gandauo ſolemnis doctor pariſieñ. i. ꝛ vltimo capitulo. ij. diſti. Utrum habere aliqua in cõmuni diminuat aliquid de perfectione circa medium queſtionis: ꝛ diſtinguit circa ſtatum nihil habentium in cõmuni. ꝛ circa aliqua habentium ꝛ dicit ſic. Si ſtatꝰ omnia abdicantium claudicare non debet: ꝛ ex vtroq; latere ſolitudinis equa lance ſint in apice pfectionis: quantum excedunt alios in temporalium abdicatione: tantum debent ſalua vite ſuſtentatione ꝛ ſtricta officiorum ſui ſtatus executione neceſſaria alios excedere in victu ꝛ vſu illoꝝ omniũ: in quibus v.i eis licet parcitate. h. ille Dicit etiam doctor ſeraphicus ſanctus Bonauentura ꝙ in omnibus rebus quibus fratres vtuntur debet clareſcere. aſperitas. vilitas ꝛ paupertas. Et in ſua apologia caplo . xij. circa iſtũ vſum arctum ꝛ neceſſariũ qualiter debeat ſumi ponit quandam regulam q̃ litteris aureis deberet ſcribi: vbi ſic ait. Euangelica paupertas pro eo ꝙ a terrenis ſpiritum ſubleuat tanq̃ ea que in celis totaliter theſaurizat: perfecte ipſam profitenti ſuadet omnibus temporalibus debere nudari quantum ad effectum atq; dominium: ꝛ arcta neceſſitate ſuſtentationis eſſe contentum quantum ad vſum. Et hic eſt eius modus ſiue medietas: ꝙ ſic relinquat dominium ꝙ non reijciat vſum: ſic recipiat vſum ꝙ non reſeruet dominium: ſic arctitudinem vſus ſeruet ꝙ ſuſtẽtationem nature neceſſariam non deuitet: ſic neceſſitati ſubueniat vt ab arctitudine non recedat. Hec ille. Ad idẽ alius deuotiſſimus doctor eandem regulam noſtram exponens inquit. Jlla eſt vera neceſſitas que manifeſtam neceſſitatem preſentem vel imminentem demonſtrat: ꝛ talis ꝙ ſi non prouideretur: ſtatus debitus cõmunitatis vel alicuius officij vel alterius particularis perſone ſine detrimento ſtare non poſſet. Exceſſus autem ſuperfluus conſiſtit maxime in numero ꝛ quantitate ꝛ ſumptu ſiue decore. Duo autem ſuperfluunt ſi vnum ſufficit. multum ſi paruz. ſumptuoſum. ſi vile. ſpecioſum ſi deſpicabile. Nam illud eſt ſuperfluum: quo ſublato reliquum ſufficit. Hec ille. Et ſic omnibus iſtis ſupradictis bene attentis ꝛ conſideratis: melius poterit cognoſci ꝛ determinari que ſit vera neceſſitas: cuius ſolutionem poſſunt fratres cum bona conſcientia procurare ſiue oblatas elemoſynas acceptare: in quo conſiſtit vis principalis totius huius queſtionis. Et hoc eſt quantum ad primam ꝛ ſecundaz conditionem.

¶ 3. conſiderãdũ circa predictas neceſſitates.

TERTIO conuenit ꝙ iſta neceſſitas ſit propria fratrum ipſoruz pcurantium ꝛ non aliena: vt in. §. ceterum notatur cum dicitur Neceſſitates ſuas. Nam ſub pretextu charitatis vel alio modo non poſſunt fratres nec debent tales elemoſynas procurare cum intentione dandi aliis ꝛ maxime ſecularibus: nec etiam oblatas recipere: cum talis modus eſſet pecuniam recipere.

QUARTO eſt ſeruandum ſecundum dictam decretalem: ꝙ tem
pore procurationis non ſint alique elemoſyne indifferentes vnde
fratres poſſent dictam ſolutionem procurare: q; tunc etiā nō haberēt ve
ram neceſſitatem. qḋ vult dn̄s M. in dicto. §. ceterꝝ. v. poſſint tn̄ ipſi ⁊c̄.
vbi dicit̄ ceſſantib⁹ elemoſynis de quib⁹ ſatiſfieri tūc cōmode nō poſſit
ergo a contrario ſenſu. ſtantibus elemoſynis de quibus ſatiſfieri tūc poſ-
ſit: nō habet locū dicta ꝓcuratio. Dicūtur indifferentes elemoſyne que
ſimpliciter offerantur nec per offerentes ſunt alicui certe deputate neceſ-
ſitati. ¶ Unde pro maiori declaratione huius articuli eſt notandū: ꝙ ad
conſcientiaꝝ ſecuritatem ⁊ puritatem ſeruandā: quando aliqua pecunia
ria elemoſyna fratribus indifferenter offertur: modo ſit eis in teſtamento
legata ſiue alio quocūq; modo oblata: primo prelati conſiderare debent
an veram habeant neceſſitatem preſentem vel imminentem: cuius exa-
minatio debet precedere anteq̄ſequat̄ elemoſyne acceptatio. Secundo
debent attendere: an talis neceſſitas ſit eius qualitatis ꝙ in cōtinēti poſ
ſit expediri: vt q; preterita eſt vel preſens: ⁊ tunc debent eam exprimere
⁊ notificare elemoſynam offerenti: dicēdo ꝙ ſi placuerit ſibi ꝓuideat eis
de tali neceſſitate vel cōmittat alicui qui ſuo noīe faciat. Si aūt predicta
neceſſitas non ſtatim pōt expediri vel exprimi: vt q; habet plures neceſſi
tates ⁊ neſcit que ſit magis neceſſaria: tunc poteſt prelat⁹ permittere ſeu
conſentire ꝙ talis elemoſyna deponatur donec ipſe deliberet ⁊ inſinuet
dictas neceſſitates: quod ipſe breuius q̄ poterit debet facere, ⁊ taliter ē
ſiendum ꝙ dicta elemoſyna non remaneat indifferens in aliquo ſeculari
ad diſpoſitionem fratrum quouſq; ipſis offeratur neceſſitas: nam iſtud
eſſet theſaurizare vel neceſſitatibus futuris prouidere: quod regula ⁊ de-
clarationes condemnant vt ſupra plenius eſt dictum. ¶ Eſt etiā ſciendū
ꝙ quando elemoſyna que offertur nō ſufficit omnibus neceſſitatibus:
ſemper tenetur prelatus illas prius ꝓcurare que magis neceſſitatib⁹ fra
trū ⁊ cōitatis ſunt neceſſarie vt ſunt neceſſitates que pro victu ⁊ ſuſtenta
tione fratrum ſunt neceſſarie: nam tales debēt precedere omnes alias ne
ceſſitates. Item debent fratres laborare ꝙ talis pecunia etiam determi-
nata breuius q̄ poterint expendatur: ⁊ ne diu remaneat apud ſeculares.
Nā dicit Hugo: ꝙ melius eſt pecuniam ſtatim vt obuenit expendere: q̄
repoſitam niſi ex cauſa multū neceſſaria cuſtodire. Itē dicit: ꝙ conſerua
tio pecunie ſpeciem malā ex ſcrupulū ingerit: expeditio aūt neceſſitatem
oſtendit. Et ſi veram neceſſitatem nō habent. ſ. pn̄tem vel imminētē: ſe-
cūdum puritatem cōſcientie ⁊ ad bonam ſeculariū edificationē debent
reſpondere offerentibus ſe nō habere neceſſariam talem elemoſynam: ⁊
eos exhortari vt alijs tribuant pauperibus ſi ſibi placuerit: ⁊ ſic ab eius
acceptione oīmode ſe excuſare quantū ex parte ſua eſt: vt expreſſe cōtinet̄
in quadam ordinatione in cōgregatione generali celebrata in conuentu
montis lucij ꝓuincie Burgundie anno dn̄i. 1467. cuius verba ſunt hec.
Item ſup depoſitione elemoſynaꝝ pecuniariaꝝ ſeruētur ſtrictiſſime de-
clarationes papales: ita videlicet ꝙ vicarij ꝓuinciales cuſtodes aut guar
diani nullo modo quantum in ſe eſt permittant tales elemoſynas depo-

¶. iiij. cōſiderā
dum circa p̄fa
tas neceſſitates

ni extra cauſam debite neceſſitatis:immo quantum eſt ex parte ſui tales
elemoſynas ſuperfluas omnibus modo ⁊ forma quibus melius pote-
runt renuant.

QUINTO etiam conuenit ꝙ iſta res neceſſaria cuius ſolutio pro
curatur ſit talis qualitatis:ꝙ qua veriſimiliter credatur ꝙ frates bo
no modo eam habere nō poſſint mendicando ſine ꝓcuratione ſolutiōis
eiuſdem. Nā ſi aliter poteſt haberi ſicuti ſunt alique res que pro victu fra
trum ſunt neceſſarie ⁊ alie quecūq; que ſimpliciter ⁊ oſtiatim mendican-
do in aliquibus locis bono modo ⁊ ſine magno diſcurſu haberi poſſint,
vt ea que per experientiam ſunt experti:pro talibus non eſt ſecura procu
ratio ſolutionis talis rei:nec qualiſcūq; recurſus ad amicos ſpirituales
tenentes tales elemoſynas pecuniarias: quia in talibus non eſt vera ne-
ceſſitas procurandi talem ſolutionem, Et ideo dicit Nicolaus. ceſſantibꝫ
elemoſynis ⁊c. Et multotiens fit talis procuratio ad fugiendam penaꝫ
ſiue verecundiam vel vt in maiori abundantia aut curioſitate habeantur.
Et ſi hoc permitteretur: eſſet dare materiam magne relaxationis vt tota
liter periret mendicatio: ad quam regula ⁊ declarationes tantuꝫ nos ob-
ligant dicendo. Uadant pro elemoſyna confidenter nec oportet eos ve-
recundari qꝛ dñs pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mūdo. Quod quideꝫ
preceptum ſecundum aliquos regulam noſtram exponentes maxime vi
detur extendi ad illa que bono modo haberi poſſunt mendicando ſine pe
cunis. Et hoc videtur voluiſſe ſentire beatus franciſcus in regula in quan
tum neceſſitates infirmorum ⁊ veſtimentorum tanꝙ grauiores ⁊ etiam
pro quibus creditur eſſe neceſſaria pecunia ſpecialiter cōmendauit prela
tis: ⁊ dedit eis modum procurandi videlicet per recurſuꝫ ad amicos ſpi-
rituales: quaſi volens facere diſtinctionem inter neceſſitates que ſimplici
ter mendicando ſine pecunia procurari poſſunt ⁊ alias neceſſitates qua-
rum procuratio ſolutionis eſt neceſſaria: vt iuxta principium huius ope
ris dictum eſt. Iſta tamen modificatio debet ſane intelligi ⁊ non multuꝫ
ſtricte recipi: vt in exemplis ſupra poſitis.

EX QUIBUS oibꝰ apparet ſcđm dictas declarationes: ꝙ ad
hoc ꝙ procuratio ſolutionis alicuius rei habeat locum: quinq; ſu
pradicta ſunt attendenda ⁊ obſeruāda reſpectu ipſius rei. Primo ꝙ res
ipſa ſit neceſſaria vera neceſſitate. Secūdo ꝙ talis neceſſitas ſit preſens
vel imminens non autem futura. Tertia ꝙ ſit neceſſitas propria ipſorū
fratrum non aliena. Quarto ꝙ tempore dicte ꝓcurationis nō ſint alique
elemoſyne indifferētes vñ poſſit talis ſolutio procurari. Quinto ꝙ ſit ta
lis qualitatis ipſa res que bono modo haberi non poſſit mendicando.

¶ SED QUIA forte ex ſupradictis vt dictum eſt poſſet oriri ſub-
ditis aliqua ſtimulatio credentes prelatos errare vel non recte dictas ne
ceſſitates examinare: ꝙq; in ijs ⁊ ſimilibus ſe poſſe intromittere ⁊ in tali
bus non eſſe eis obediendum: ideo ad inſtructionem ⁊ ſecuritatem con-
ſcientiarum eorundem eſt ſciendum: ꝙ in italia in prouincia ſancti ange-
li Anno domini. 1439. cum eſſet frater Guillelmus de caſali miniſter ge
neralis ⁊ eius vicarius generalis ſuper fratres de obſeruātia, ſanctꝰ Ber

nardinus ⁊ frater Nico, de aſſiſinio alias de auſimo ſupradicte ꝓuincie ſancti angeli vicarius prouincialis necnō eiuſdem. Re;. patris miniſtri generalis cū plenitudine poteſtatis cōmiſſarius: inter fratres de obſeruā tia ſignanter eiuſdem ꝓuincie ſancti angeli erant alique ſtimulationes ⁊ altercationes circa ſtatum paupertatis ſignanter quantum ad arctuꝫ vſum inter fratres. Quapropter ſupradictꝰ frater Nicolaus de aſſiſinio de mandato dn̄i pape ⁊ dicti miniſtri generalis fecit certos articulos ⁊ concluſiones pertinentes ad iſtam materiam. Qui quideꝫ articuli fuerūt examinati per dictum Re. generalem miniſtrum ⁊ per dictum ſanctum Bernardinum ⁊ fratrem Joannem de capiſtrano ⁊ nōnullos alios maturos religioſos noſtri ordinis: ⁊ fuit mandatum vt ſeruarentur ſub certis penis ⁊ cenſuris ab eis impoſitis. ¶ In quoꝝ tertio articulo verba ſequentia referuntur ſeu ponūtur. Quia moderatio dicti vſus debet attendi ſecundum qualitatem perſonarum ⁊ varietatem tꝑorum ⁊ locorum conditiones ⁊ alias occurrentes neceſſitates: ideo ſuperfluitates vel curioſitates nō poſſunt faciliter diſcerni. Quapropter per ſubditos nō poteſt nec debet iudicari ſed per miniſtros ⁊ cuſtodes vel eos quibꝰ ab ipſis cōmittitur: qui de talibus ſecundum eorum conſcientias debent ſtricte iudicare. ¶ In quarto vero articulo continetur: ꝙ ſi in aliquibus locis ſit etiam manifeſta ſuperfluitas vel curioſitas: ex eis nō vitiantur niſi ſoluꝫ introducentes vel conſentientes ſi ad eorum officiuꝫ ſpectant ⁊ poſſunt reſiſtere: vel quicūꝗ alij ſi cōmode poſſunt legitime obuiare, non reſiſtentes: ⁊ non alij qui dictis rebus vtuntur ob aliquam neceſſitatem vel cauſas vel ſcandalum vitandum. ¶ In ſeptimo vero articulo rurſus dicit᷑: ꝙ in omnibus dubijs de quibus fratres ſubditi non poſſunt indubitanter declarare: tenentur ſtare iudicio prelatorum ⁊ obedire. Et propterea contrarium agentes ſunt tranſgreſſores voti obedientie: ⁊ digni a ſuis prelatis cenſura eccleſiaſtica vel alia condecenti pena caſtigari. ¶ Ex quibus patet ꝙ cum determinatio ſupradictorum prelatis incumbat: non eſt ſecurum ſubditis immo periculoſum in talibus ſe intromittere p̄ſumptuoſe iudicantes. ¶ Poſſunt tamen humiliter prelatis notificare videre ſuum: dum tamen nouiſſime in talibus ordinationi ⁊ iudicio eorum ſe ſubmittant vt ſupra dictum eſt. Hec tamen ſunt vera niſi patenter ⁊ certiſſime eis conſtaret prelatos male ſe habere in dictis pecunijs ⁊ regulā nō ſeruare: nam tūc non eſſet in his obediendum. ¶ Et hec breuiter quo ad primū articulum principalem.

Secūdꝰ arti. ꝯſiderandus circa formā ⁊ modū procurādi ſolutionē neceſſitatuꝫ ē ex pte fratrum.

SEcunduꝫ principale quod eſt attendendum ex parte fratrum pertinet quo ad modum ⁊ formam procurandi talem ſolutionem. Circa quod eſt ſciendum: ꝙ in predicto. §. Ceterum. cum ſuis verſiculis dictus dominus Nico. ponit ⁊ dat certas regulas ⁊ modificationes per fratres neceſſario obſeruandas in predicta procuratione: q̄ ꝑ ordinem ſequūtur. ¶ Prima eſt: ꝙ fratres mutuū nō cōtrahant:

cum eorum ſtatu conſiderato mutuum contrahere eis nõ liceat: nec ali-
quibus cõmittant vt noĩe ipſorũ vel pro ipſis tale mutuũ ſiue pecuniã
procurent. ¶ Secũda eſt: ꝙ cum fratres faciunt dictam ꝓcurationẽ ſolu-
tionis: nullo modo ꝓſtent aliquẽ cui dicta elemoſina detur: cũ talis eẽt
interpoſita perſona: ſed debet ſcḋm nicolaũ exhortari facientes talẽ ele-
moſynã: ꝙ placeat eis per ſe facere ſolutionẽ ſuarũ neceſſitatũ vel alicui
ꝯmittere qui noĩe ipſoꝝ. ſ. dantium faciant dictã ſolutionẽ. Quibus ſe
excuſantibus: poſſunt dicti fratres aliquem ꝓſtare: qui noĩe dantium fa-
ciat dictam ſolutionẽ: vt inquit dñs Nico. in dicto. §. ceterum. ver. quo
caſu ꝓcuretur a fratribus ⁊c. Et dicit conſtitutio generalis antiqua: ꝙ
quando fratres faciunt talem exhortationẽ debent talia verba dicere.
Domine ſi placet vobis apud iſtum poteſtis deponere veſtrã elemoſy-
nam: qui vice vr̃a prouideat neceſſitatibus nr̃is. Ita ꝙ ſemper appare-
at ꝙ talis nuncius eſt dantis ⁊ non fratrũ. Et hoc etiã debet ſeruari i ele-
moſynis oblatis. ¶ Item debent cauere dicti frẽs: ꝙ qñ vadũt ad ꝓcu-
randã dictã ſolutionẽ: nullomodo patiantur ſecũ ire aliquam perſonã
ad recipiendum talem pecuniã: licet ipſa charitatiue ſe offerat: ⁊ hoc ꝓ-
pter malam ſpeciem que exinde ſequeretur: nam ſeculares hoc videntes
neſcirent an ſit oblatus vel vocatus ⁊ an expenderit dictam pecuniam
in neceſſitatibus fratrum vel ne: ⁊ etiam qꝛ talis cenſeretur interpoſita
perſona tacite per conſenſum. Et ideo ad conſeruandã puritatem ⁊ eui-
tandam occaſionem ſuſpicionis: totaliter eſt a fratribus euitanda quã-
tum in ſe eſt: maxime quando fit conſuetudinaliter. Secus eſſet ſi vrgẽ-
te neceſſitate ⁊ ex caſu id fieret: vt cum fratres itinerãt per loca eis igno-
ta vel in alio caſu quod raro accidit: dum tamẽ ſeruetur ꝙ talis pecunia
non reponatur: ſed ſtatim expendatur a recipiente in fratrum neceſſita-
tibus: nam talis caſus pie poſſet ſuſtineri: non tamen quando habetur
in conſuetudine vt ſupradictum eſt. Item ſecus etiam eſſet quando fra-
tres vadunt ad procurandum ſuas alias neceſſitates ſimpliciter ſine ꝓ-
curatione ſolutionis eaꝝ vt ſunt panis vinum oua ⁊ ſimilia: nam tunc
bene poſſunt portare aliquem ſecularem: maxime in locis ſibi ignotis.
Ita tamen ꝙ talis ſecularis occaſione ſupradicte ꝓcuratiõis denarios
vel pecuniam nullo modo recipiat. ¶ Tertia modificatio eſt: ꝙ in tali ꝓ-
curatiõe ſolutiõis debẽt ſemꝑ frẽs petentibꝰ dare noticiã ſuaꝝ neceſſi-
tatũ qꝛ ſolutionem procurant exprimendo ⁊ notificando eas. Et hoc
videtur velle dictus dominus nico. in allegato. §. ceterum. ver. liceat ta-
men fratribus. vbi ſic dicitur. Liceat tamen fratribus ſuas neceſſitates
inſinuare ac ſpecificare ⁊ exponere ⁊c. Quod quidem verbum liceat: ⁊
ſi non inducat obligationem fratribus ipſis quantum ad acceſſum ad
habẽtes tales elemoſynas ſed potius ſit quedam conceſſio ſecure acce-
dendi ⁊ ſuas neceſſitates procurandi: attamen quantum ad modũ per
ipſos ſeruandum in tali procuratione bene papa oſtendit in his termi-
nis inſinuare ſpecificare exponere ⁊c. Non enim poſſunt nec debent
procurare vel petere indifferenter elemoſynas pecuniarias more alio-
rum pauperum: quia talis modus petendi ſeu procurandi dicitur q̃ſtus

pecuniarius per dn̄m Cle. prohibitus vt in. §. porro. v. Quocirca queſtꝰ
⁊c. Et ſic fuit determinatum in ſupra dicta congregatione generali cōuē
tus montis lucij in quadam ordinatione ibi facta: cuius verba ſunt hec.
Non tamen licet fratribus indifferenter ⁊ indeterminate tales ꝓcuratio
nes elemoſynarum facere ⁊c. Nec ſufficit fratribus tales neceſſitates ha
bere in mente. Nam dicit Mago ꝙ in facto pecunie quandocūq; intētio
per verbum ordinatū exprimitur: ⁊ conſcientie puritas ⁊ ordinis retine-
tur honeſtas: naz intentio nō poteſt exponi multitudini. hec ille. Nec eti-
am videtur ſufficere dictam ꝓcurationem facere generaliter ſub nomine
neceſſitatum ⁊ hoc quando talis neceſſitas exprimi poteſt honeſto mo-
do: qꝛ ſemper remanet auctas ſiue libertas ipſis fratribus i tali pecunia
ſic procurata ſaltem in expendendo ad libitum ſuum: quod eis eſt ꝓhibi
tum per dictū Nico. in ſupradicto. §. ceteꝝ. v. ita tamen: vbi ſic dicit. Ita
tamen ꝙ ab omni eiuſdem pecunie adminiſtratione ſiue diſpenſatiōe fra
tres abſtineant omnino. Et poſito ꝙ expreſſio talis neceſſitatis de rigo-
re nō videatur eſſe neceſſaria: expedit tamen ipſis fratribus eaz exprime-
re ꝓpter bonum exemplum ⁊ ad euitandam materiam cuiuſcūq; impu
ritatis aut ſuſpicionis: que ex tali generali ꝓcuratione poſſet oriri. Naz
ſeculares melius edificantur ⁊ libentius ſe exponūt ad faciendam elemo
ſynam cū eis neceſſitates notificant̄ q̄ aliter: attendentes ꝙ fratres nō
pecuniā ſed rem ſibi neceſſariam ꝓcurant. Et etiam potius edificantur.
cum vident ſtatim fieri ſolutionem: q̄ quando pecunia deponitur ad ſer
uandū. Et ſic patet ꝙ ad puritatez ſeruandam ⁊ bonū exemplū dandū:
expedit ipſis fratribus tp̄e procurationis talis ſuas neceſſitates inſinua-
re ⁊ exprimere quando bono modo poteſt fieri. ¶ Quarta modificatio
eſt: ꝙ caueant fratres vt quando contigerit eos ſolutionem alicuius ne-
ceſſitatis procurare: ne plus ſcienter procurent vel concedi ꝑmittant: q̄
creditur ꝙ res ip̄a ſit valitura cuius ſolutio ꝓcuratur. Et ſi contingat ꝙ
quantitas maior detur q̄ ipſa neceſſitas fuerit valitura: fratres nō ſe in-
tromittant de ſuꝑfluo ſine expreſſo conſenſu dantis vt vult dn̄s Nico. in
ſupradicto. §. Ceteꝝ. v. qꝛ puritatez. ⁊. v. caueant fratres vt ſollicite ſe co
arctent ⁊c. Item pro ſecuritate conſcientiaꝝ fratrum eſt vtile vt ait dn̄s
Nico. in ſupradicto. §. v. caueant ⁊c. ꝙ tp̄e dicte ſolutiōis fratres petāt
licentiam a dante: vt ſiquid de ipſa pecunia ſupererit habita neceſſitate:
conſentiat ꝙ reſiduum in res alias fratribus neceſſarias cōuertatur. Et
ad hoc etiam eſt ſanum conſilium: vt quando bono modo fieri poteſt: an-
teq̄ dicta ſolutio ꝓcuretur ſciant fratres preciū illius rei cuius ſolutionē
procurant. ¶ Quinta eſt: ꝙ ſi talis ꝓcuratio ſolutionis nō ſtatim debet
ſolui ſed deponi penes aliquem: ita fiat vt tam dn̄s q̄ recipiens ſemper
cognoſcant ꝙ nomine fratruz nil deponitur nec recipitur. ſed ipſius dan
tis. Et ſi creditur ꝙ talis elemoſyna q̄ deponitur nō ita breuiter poterit
expendi: ⁊ hoc attenta neceſſitate pro qua deponitur: tūc fratres ꝓteſten
tur (maxime apud perſonas ſtatum noſtrum ignorantes) ꝙ quādiu pe-
cunia ipſa durauerit: dominiū. proprietas ⁊ poſſeſſio ac vſus dicte pecu
nie apud dn̄m dantem remaneat cū libera poteſtate reuocandi plene in-

tegre ⁊ perfecte: ⁊ ꝙ fratres omninó in dicta pecuniaria elemoſyna nil
iuris habere volunt nec adminiſtrationem nec vſum nec aliquod dñiũ:
vt vult predictus dñs Nico. in. §. vbi ſupra. V. ita tamen. ❡ Sexta modi
ficatio eſt circa ſubrogationes fiendas: nã tenentur fratres a domino ta
lem ſolutionem faciente aut hmõi elemoſynas offerente expreſſam pete
re licentiam in caſu in quo fiende ſunt noiationes aliquoꝝ nũciorum vel
depoſitariorum ſi neceſſitas id requirat: donec iuxta volũtatem domini
ꝓ fratrũ neceſſitatibus fuerit ſatiſfactũ. Probatur hoc ꝑ verba dicte de
cretalis ſic dicentis. Ac ipius dñi. ſ. pecunie habeat aſſenſus in ſubroga
tionibus infra ſcriptis. Et ſic conſtat ex ſupradictis: ꝙ in ꝓcuratione ſo
lutionis q̃ debet deponi: quantũ ad modum ⁊ formã procurandi hec ſu
pradicta ſex ſunt ſeruanda ex parte fratrũ. ❡ Primũ ꝙ dicti fratres mu
tuũ non contrahant: nec aliquibus cõmittant ꝙ nomine ipoꝝ ꝓcuret.
❡ Scdm ꝙ quando vadũt ad procurandum dictam ſolutionem: non du
cant ſecum aliquam perſonam cuiuſcũq; ſit ſtatus ad recipiendũ elemo
ſynam nomine fratrum: nec eam preſentent etiam ſi ipſa ſe offerat: ſ; pri
us requiratur faciens elemoſynam an per ſe vel per alium velit facere di
ctam ſolutionem: quo ſe excuſante poſſint aliquem preſentare. ❡ Tertiũ
eſt: ꝙ in procuratione dicte ſolutionis in quantum fieri poteſt ſemper ex
primant fratres ⁊ ſpecificent ſuas neceſſitates hijs a quibus petunt dictã
ſolutionem. ❡ Quartum eſt: ꝙ caueant fratres ne ſcienter plus procurẽt
aut concedi permittant q̃ꝫ creditur ꝙ res ipa ſit valitura. Ad quod meli
us obſeruandum: eſt vtile eos primũ ſcire valorem rei cuius ſolutio ꝓcu
ratur. Et ſi contingat pro ſolutione dicte neceſſitatis dari plus ꝓcij q̃ꝫ ipa
res pro qua petitur fuerit empta: in tali ſuperfluo nullo modo ſe intro
mittant fratres abſq; ſpeciali licentia dantis: quam in principio procu
rare debent. ❡ Quintũ eſt: ꝙ quando dicta elemoſyna que deponitur apõ
aliquam perſonã q̃ etiam ꝓpter difficultatem neceſſitates obtinendi ꝓ
quibus eſt depoſita nõ ita breuiter poſſit expendi: tũc ipſi fratres faciant
proteſtationẽ danti: ꝙ quãdiu ipa elemoſyna durauerit: ſemper ſit ex ꝑ
te ſua: ⁊ eam poſſit tanq̃ꝫ ſuam reuocare cum voluerit. ❡ Sextum ⁊ vlti
muꝫ eſt: ꝙ quando ſic deponitꝰ elemoſyna: teneantur fratres a dantibus
obtinere licentiam ⁊ aſſenſum pro ſubrogationibus fiendis in caſu i quo
ſunt fiende: maxime ſi neceſſitas id reqrat: ſecundum primo allegatam
decretalem. ❡ Et hec breuiter quantum ad modum ⁊ formam procuran
di ſolutionẽ neceſſitatis ſufficiant in hoc ſecũdo articulo principalius.

REPROBATUR rationibus etiam infra ſcriptis quedam
conſuetudo que in aliquibus domibus fratrũ habetꝰ: in quibꝰ vidẽ
tibus vel ſcientibus ipſis fratribus ſeculares cauſa deuotionis oſculan
do reliquias aut adorando crucem ſignanter in die paraſceue proijciũt
pecunias in altari aut in aliquo loco eccl'ie: q̃s etiã de noticia ipoꝝ fratrũ
ſumit aliqs ſecularis ⁊ eas cõuertit ad libitum fratrum. Nam hoc ꝓhi
bet conſtitutio generalis antiq̃ in capl'o. iij. de obſeruantia paupertatis in
principio ibi ſic dicit. Statuimꝰ ꝙ pecunia nec noĩe oblationis nec alias
recipiatꝰ in locis fratrũ. Et dicimus pecuniã nõ ſolũ denarios ſ; rem quã

libet q̄ accipit vt vendat. Et ſi forte aliqua ſibi ponerent: nullo mõ cõuer
tant in vſus fratrũ. Qḋ etiã eſt ꝓhibitũ per quandã ordinationem factã
p̃ Re. patrẽ Quiefdeber vicariũ ge. in cõgregatiõe ꝓuinciali ꝓuincie ſan
cti Jacobi in conuentu zamorenſi celebrata anno dñi. 1456. per hec v̄ba.
Item occaſione oſculandi reliquias vel adorandi crucem in paraſceue:
vel quocunq̄ alio modo non detur locus in noſtris eccleſijs vel in alijs
locis domus ꝙ ꝓijciatur ſeu offeratur pecunia: ex quo eſt contra regulam
⁊ contra declarationem expreſſam dñi. Cle. quinti. ¶ Item in aliquibus
locis aliqui ſeculares qui cognominantur fratres fratrum ⁊ nõnulli alij
ſub titulo deuotionis indifferenter petunt elemoſynas pecuniarias per
eccl̃ias foros ac vicos noĩe fratrũ ſeu ꝓ ſancto Fran. ad quas frẽs habẽt
recurſum ſeu oblatas acceptant licet idebite, Nã dicit regula ꝙ fratres
nullo modo denarios vel pecuniã recipiant per ſe vel per interpoſitam
pſonam. Et iſti tales ſupradicti cenſentur interpoſite perſone ⁊ ſi nõ ex-
preſſe: tamen tacite per conſenſum interpretatiuum ⁊ hoc acceptando di
ctas elemoſynas ⁊ in ſuis neceſſitatibus eas cõuertendo. Nam in deli-
ctis ratihabitio retrotrahitur ⁊ mandato comparat vt eſt tex. in. c. cum
quis de ſen. ex li. vj. Item qꝛ talis modus procurandi per tales in quan-
tum cenſentur interpoſite pſone: eſt q̃ſtus pecuniarius per Cle. reproba
tus. Et cũ per tales nõ ſeruentur conditiones ſeu modificationes p eun
dem dñm Nico. fratribus impoſite ſuperius annotate ⁊ eiſdẽ frib⁹ ex-
pedientes ad talẽ ꝓcurationẽ: neſciũt aut inquirũt vtrum tales elemoſy
ne facte ipſis fratribus ſint neceſſarie vel ne: ⁊ aliquãdo ꝓcurant ceſſante
vera neceſſitate: ⁊ quandoq̄ minus bene expendũt: ⁊ ex inde orit nõnun
q̄ occaſio ſuſpitionis ⁊ alicuius turbationis inter fratres ⁊ ipſos ſecula
res. Itẽ cũ dñs Nico. fribus modos ⁊ formã ꝓcurandi ⁊ acceptandi ſu
as neceſſitates q̄ mediãtib⁹ elemoſynis pecuniarijs debent obtineri: ſpe
cificauerit ⁊ determinauerit: ⁊ Cle. dixerit: ꝙ oẽs modi ⁊ inuẽtiões ꝓcu-
rãdi elemoſynas pecuniarias ⁊ qcũq̄ recurſus ad illas q in dicta decla-
ratione nõ cõtinẽt: ſunt exp̃ſſe frib⁹ ꝓhibiti vt patet in dicto. §. porro. ſue
clemẽtine. v̄. dicim⁹ frẽs ⁊c. cui⁹ verba ſunt hec. Dicim⁹ frẽs teneri caue
re ſummope ꝙ ꝓ cauſis alijs ⁊ ſub modis alijs q̄ ponat dicti p̃deceſſo-
ris nſi declaratio ad dantes pecunias ſiue deputatos nuncios nõ recur-
rant: ne ſi ſecus attentatum fuerit: tranſgreſſores precepti ⁊ regule meri-
to poſſint dici. Nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur: quod ex-
preſſe non conceditur, intelligitur denegatum. Quocirca queſtus omnis
pecunie ac oblationum pecuniariarum receptio in eccleſia vel alibi. cipi
ſeu trunci ordinati ad offerentium ſeu donantium pecunias deponẽdas:
necnon ⁊ quicunq̄ recurſus alius ad pecunias ſeu ad habentes ipſas q
per declarationem ipſam nõ conceditur: hec inq̄ omnia ſunt eis ſimpli
citer iterdicta, hec Cle. Seqt ergo ꝙ ſupradicte cõſuetudines ſiue modi
ꝓcurandi ⁊ habendi recurſum ad tales elemoſynas pecuniarias ⁊ oẽs
alij quicũq̄ ſint qui in dicta decretali expreſſe nõ continentur: fratribus
ſunt prohibiti. Quia quod de vno cõceditur de altero denegari videtur
vt ſupra, ⁊ per cõſequens dicti frẽs nõ pñt ad elemoſynas talib⁹ inuen-

tionibus procuratas aut oblatas recurſum habere:quin potius tanq̃ ʒelatores puritatis ſue profeſſionis debent in quantũ in ſe eſt inhibere ⁊ retrahere tales pſonas a dictis petitionibus ſeu receptionibus:vt expreſſe cauetur in dicta cõſtitutione generali antiqua in dicto caplõ.iij.de obſeruantia paupertatis circa principium:cuius verba ſunt hec. Item altaria queſtuaria cipi vel tabule,vel ſimilia ad recipiendũ pecuniam nuſq̃ p fratribus habeantur:nec patiantur fratres in locis ſuis q̃ cũ bacinis vel chirotecis vel predicationibus pecunia colligatur,hec cõſtitutio. Unde eſt attendendum ibi cum dicit,patiantur. Et hanc eandem ꝓhibitionem fecit ſupradictus vicarius generalis in ſupradicta congregatione ʒamorenſi in quadam ordinatione q̃ incipit. Item omnino amoueatur iniqua conſuetudo ⁊c̃.in fine eiuſdem ordinationis:cuius verba ſunt hec. Nec detur locus q̃ aliqua perſona ſecularis ſiue deuota in eccleſijs fratrum procuret ſiue petat denarios vel pecuniam pro luminaribus ſiue quacũq̃ re alia. Et ſi rebelles fuerint in deſiſtẽdo:nõ acceptari tales elemoſynas quaſi impuras.i.nõ debite receptas ſeu procuratas:⁊ contrariũ faciẽdo cenſentur conſuetire:⁊ per conſenſum hmõi ſubſequutuʒ recipere tacite per interpoſitam perſonam:⁊ ſic merito precepti ⁊ regule poſſunt dici tranſgreſſores vt ait Clemens.

Arti. iij. ꝯſiderãdus a frĩbus quantũ ad modũ circa ſupradictas elemoſynas ⁊ ipas tenẽtes habẽdũ.

QUERITUR. xxi. An liceat fratribus recipere qđ relinquitur eis edificandi cauſa. Reſpondet dominus Petrus de ancharrano ꝙ poteſt relinqui fratribus: ⁊ quicquid in tali edificio eorum expẽdet vel pro edificiorum iam factorum reparatione. Et quidem in primo caſu debet reſtringi ad moderatam quantitatem reſpectu ſtatus ipſorũ fratrũ. In ſecundo vero caſu videtur ꝙ omnis quantitas ſit moderata quia omnis neceſſaria. ff. de heredibus inſti. l. item. Super flue autez expreſſe ⁊ que voluptuoſe ſunt non includuntur ſub nomine pietatis. ff. đ nego. geſtis. l. ex duobus. De facto autem ſeruatur contrarium: quia q̃n do aliquid relinquitur pro edificijs totum exigitur. Hec Petrus. Addens. Sed nunquid in legato qđ ſit inſpicimus inſtantem neceſſitatem an etiam futuram conſideramus? Dominus Federicus in ſuo conſilio videtur reſtringere ad modicum tempus. Nam ſi in perpetuum prouideretur neceſſitas non ſolum ſubleuaretur: ſed etiam excluderetur pauptas: quod eſt contra eorum regulam: cui nunq̃ eſt obuiandũ. l. profeſſio. C. de muneribus patrimonioꝝ. Concludo tamen ꝙ in his ⁊ ſimilibus modicus exceſſus non vitiat: quia qui parum tranſgreditur non vituperatur. l. q̃uis. ff. de de condi. ⁊ demonſtra. Hec dñs Petrus.

## Queſtio. xxij.

QUERITUR. xxij. Quid ſi relinquatur fratribus ager ad colẽdum vel domus ad habitandum? Rñdet idem: ꝙ non tenet legatum. cle. exiui. §. ad hoc. Et idem ſi quis legauit palatium vnũ ꝓ fribus minoribus vt ibi ↄſtruat̃ eccleſia. Quãuis Bartho. ⁊ male. ſ. dicat ꝙ tale palatium vendi põt ⁊ preciũ in fratrum neceſſitatibꝰ ↄuerti. Predicta oĩa a decimoſeptimo queſito huc uſq̃ excepta ſũt a libro minoricaꝝ dicti petri de ancha. exceptis pauciſſimis a minorica.

## Continentia ſeu caſtitas que eſt tertiuz principale votum regule.

## Queſtio. xxiij.

QUERITUR. xxiij. Ad quã ↄtinẽtiã frẽs minores obligent̃. Rñdet dñs ſcũs Bonauẽ. in. ij. di. vl. q. vl. ꝙ vt habet̃. xi. c. rle nõ ſolũ caſtitas ꝑcipit̃ fribꝰ minoribꝰ: ſꝫ etiã a ſuſpectꝫ conſortijs abſtinere mulieꝝ. Qđ q̃ttuor magiſtri ſic exponũt. Suſpectũ ↄſortiũ dr̃ nõ ſoluꝫ ex vna cã ſꝫ etiã ex pluribꝰ vt genere actꝰ. ex circũſtãtijs loci. tpis. frequẽtie. pſone ⁊ hmõi. Addit auctor ↄformi: ꝙ ſi ſubdito iterdicit̃ a p̃lato ⁊ reiterat: đ facto ſe reddit ſuſpectũ. Cõſtitutiões vo martini. v. q̃s ꝑcipimur obſuare vt ptꝫ i ordinatiõibꝰ auc̃te aplica editꝫ tpe Eugenij: q̃ volũt ꝙ in hoc ſuet̃ ſtatutũ guillelmi farinerij ca. vij. ſubdẽs in fi. Circa qđ ſi p̃lati fuerint negligẽtes: ipo facto ſuis officijs ſint ꝑuati. Ibi aũt ſic habet̃. frẽs euidẽter notati de ſuſpectꝫ ↄſortijs ⁊ colloquijs mulieꝝ q̃ i rla ꝓhibẽt: ſi admoniti ſufficienter ſe nõ correxerint: ſi i officijs fuerint

abſoluantur vel ſuſpendantur: nec niſi in capitulo prouinciali per miniſtrum reſtituantur. Si vero in officijs non fuerint: libris ⁊ omni actu legitimo priuentur. Et cui hec pena non competit: probatiōis caputio vel aliter ſm arbitrium miniſtrorum puniatur. Quicunq̄ frater fuerit cōſuetus a ſocio ſuo cum mulieribus ſequeſtrari: de quibus iudicio ſui prelati merito poſſit oriri ſuſpicio: ſi canonice monitus ſe non emendauerit: tanq̄ ſuſpectus de mulieribus omnibus officijs ordinis ⁊ actibus legitimis ſit priuatus. Et ſi taliter punitus iterato duobus teſtibus fide dignis conuincatur de ſequeſtratione predicta: vel ſi ſequeſtratiōes predicte ſuſpicionem multum violentam facerent iudicio prelati ſui de conſilio diſcretorum ⁊ probentur legitime: abſq̄ monitione premiſſa arcteẗ ad veritatem dicendam. Si vero vnus teſtis fide dignus appareat cōtra eum de ſequeſtratione predicta ⁊ alius de lapſu carnis: arctetur grauius ī domo diſcipline. Si vero aliquis de īnoiabili crimine conuictus fuerit: carceri perpetuo mancipetur: vbi omni die circa eum igne accenſo corpore denudato diſciplinatus panem ⁊ aquam quotidie ꝯmendēs defleat vitam ſuam in amaritudine ⁊ dolore. Hec ibi.

¶ Frater franciſcus promittit obedientiam ⁊ reuerentiā domino pape Honorio.

Doctor conformitatum dicit ꝙ rōne huius obediētie promiſſe papa valet regulam declarare. gloſare. ⁊ conſtitutiones in ordine facere: prout noſtro ſtatui viderit opportunū. Itaq̄ a fratre minore obtemperādū eſt mandatis apoſtolicis: niſi eſſent contra fidem. Igitur papa Grego. ix. Inno. iiij. Alexā. iiij. ⁊ Nico. iij. potuerūt declarare fratres non teneri ad obſeruantiam teſtamenti beati franciſci ⁊ cetera dubia que ab ipīs d̄clarata ſūt. Idē affirmat frater Aluarꝰ vbi ſupra. Quia vt ipſe dicit: ad quē pertinet legis datio priuilegioꝝ ⁊ regulariū: ad eum pertinet interpretatio ⁊ declaratio. xi. q. i. §. ex his. C. de legi. l. fi. de ſen. exco: c. inter alia. Et ſubdit Aluarꝰ. Quāuis papa in declarādo frēs nō teneri ad obſeruātiā teſtamēti bonā intentionem habuiſſet: tamē beato franciſco non placuit. Nō enim credo ꝙ almus franciſcus teſtamētū ſuū ſpūale. nō carnale. nō tpale. ſed eternale alio ſpiritu fecerit quā regulā ſuā ſanctā: ſed vtrūq̄ ſpiritu dei viui conſignauit. Nec etiā cum teſtamētū fecit erat minus perfectus: ſed magis cum quotidie creſceret de virtute in virtutem ⁊ magis illuminatus ⁊ ſpiritu ſancto plenus ꝓpe finē vite ſue quando teſtamētū fecit ſiue ſcripſit: quā quādo regulā quā poſt cōuerſionē ſuā edidit. Hec Aluarus.

¶ Si qui voluerint ⁊ infra. Mittāt eos ad ſuos miniſtros prouinciales.

¶ Queſtio. xxiiij.

QUERITUR. xxiiij. An ſoli miniſtri poſſint ad ordinē recipere fugientes a ſeculo. Rñdet auctor ꝯfor. ꝙ ſic ſm regulā. Sed ꝑui-

legio Grego.ſx.quod incipit.gratulãtibus vobis in ſola cruce ⁊c.⁊ In
no.iij.⁊ Nico.v.miniſtri poſſunt hoc alijs fribus diſcretis ɔmittere. At
tamen vicarij miniſtri vel prouincie hoc non pſſit ex officio vicarie. Hoc
verũ eſſet niſi per eugeniũ quartũ ⁊ Calixtũ tertium relapſo iam ordine
fratrũ minoꝝ datũ fuiſſet priuilegiũ in hoc ⁊ inq̃ pluribus alijs familie
ipſius ordinis: quam chriſtus ipſe diebus iſtis nouiſſimis ſuſcitauit: vt
ad impleretur viſio illa quã habuit frater Joan. de parma: qua ſibi vide
batur: ꝙ arbor illa pulcherrima in qua totus ordo minoꝝ ɔtinebaṫ ob
maximã ventoꝝ turbinem radicitus euelleretur: ſed poſtea ꝑ grãm chri
ſti pulchrior q̃ prima fuerit ſuſcitaretur: atq̃ magis ſuccreſceret.

¶ Miniſtri vero examinent eos de fide catholica ⁊ de eccleſiaſticis ſacramentis.

¶ Queſtio.xxv.

QUERITUR.xxv. Utrũ hoc ſit p̃ceptuꝫ. Quattuor magiſtri
dicunt determinãdũ eſſe a ſede apoſtolica. Sed Bonauentura in
ſua declaratione dicit. Hoc pro illis dicit partibus vbi aliquãdo contin
git hereticos inueniri. Ad fidem aũt catholicã ptinent oĩa que ipſi fidei
ſubſequũtur. Martin⁹.v.di. Uenientes ad ordinẽ diligenter examinẽṫ
de fide catholica ⁊ eccleſiaſticis ſacramẽtis vt ĩ regula ɔtineṫ: ita ꝙ ſint
catholici.fideles ⁊ õ nullo errore ſuſpecti.matrimonio nõ ligati ꝑ copu
lã carnalẽ.corpe ſani.animo ꝓmpti.legitime nati.õbitꝫ expediti.ɔditio
ne liberi.nulla vulgari infamia notati.ɔpetenter lrãti vel ad alios labo
res frib⁹ honeſtos ⁊ vtiles apti aut talꝭ ɔditiõis exñtes ꝙ eoꝝ receptio
clero ⁊ populo nõ modicã edificationem cõferat.

¶ Caueãt frẽs ne ſollicitiſint de rebus ſuis tꝑalibus.

¶ Queſtio.xxvj.

QUERITUR.xxvi. An frẽs poſſint aliquid recipe per modũ
elemoſyne de bonis volentiũ ingredi religionẽ. Rñdet clemẽs in
cle.exiui.§.ceterũ ꝙ ſic.ɔſideratis eoꝝ neceſſitatibus: ita tñ ꝙ ex notabi
li q̃titate nõ p̃ſumaṫ ɔtra eos ſiniſter ocul⁹: ⁊ volẽtes ingredi ex ſe ⁊ nõ
ex fratrũ inductione (quibus nullaten⁹ licet) ad hoc moueãtur. Hec cle
mens. Addũt q̃ttuor magiſtri. Uiſũ eſt fribus ex hoc regulã interdixiſſe
ſollicitudinẽ ⁊ ɔſiliũ oĩno: miniſtris vero interdictam ſollicitudinẽ ⁊ cõ
ſilium diſtributiõis rerũ: ſed nõ ɔſiliũ eligendi perſonã timentẽ deũ per
cuius ɔſilium bona ingredientis paupibus erogentur. Uideṫ etiã ꝓhi
buiſſe miniſtris ac fribus ɔſilium quo libertas venientiũ ad ordinem in
diſpoſitione rerum ſuarum poſſet aliquatenus impediri. Unde dicitur
Ut libere faciant de rebus ſuis ⁊c. Quãq̃ auctor ɔfor. adducit hic exẽ
plum beati franciſci qui repulit quendam in marchia volentem ingredi
ordinem: quia ſua non pauperibus ſed parentib⁹ dederat. ¶ Qõ ſi face
re non potuerint. Auctor conformitatum. Utpote ꝓpter diſtantiam lo
ci vel quia litigijs inuoluta vel quia in poteſtate alterius ⁊ ſic de ſimili
bus. Dicit beatus franciſcus. Sufficit eis bona voluntas. ſ. ſi libenter
facerent: ſi eis adeſſet facultas.

### ¶ Queſtio.xxvij.

QUERITUR.xxvij. Quis ingredi valeat religionē vt ſit nouitius. Dic ſm iura ꝙ is qui habet quartūdecimū annum ↄpletuꝫ: qꝛ ſi ante ingrediat̃: pōt extrahi a parētibus vel tutore.xx.q.ij.c.puella. Unde ⁊ ↄſtitutiōes Martini.v.in.ij.c.ꝓhibēt aliqueꝫ recipi: niſi quartū decimū annū cōpleuerit. Sed ordinatiōes auctate ap̄lica eugenij q̄rti edite anno.1451. dicunt nullum in familia recipiendum: niſi.xvi. annum attigerit.

### ¶ Queſtio.xxviij.

QUERITUR.xxviij. Si veniente pſona valde vtili vt ad religionē recipiatur ⁊ miniſter haberi nō poſſit: liceat frībꝰ dare habitū illi ſeu imponere nō tñ intentiōe recipiēdi eū: qui forſan ꝑnō vellet expectare aduētū miniſtri vt frēs exiſtimāt. Rñdent q̄ttuor magr̄i: ꝙ hoc facere non eſt ↄtra ↄſciam: ſꝫ non facere meliꝰ eēt ad euitādū trāſgreſſionē regule: q̄ vt p̄ceptū ponit vt nulli liceat niſi miniſtris recipere frēs ad ordinem: niſi miniſtri per priuilegium ordini ↄceſſum alicui diſcreto fratri demandarent.

### ¶ Poſtea concedant eis pannos probationis.

### ¶ Queſtio.xxix.

QUERITUR.xxix. An ingrediēs religionē fratrū minorū condito iā teſtamēto ⁊ bonis paupibus erogatis aut in heredes vel legatarios trāſlatis: ſit tacite ꝓfeſſus. Rñdet Monaldꝰ in ſūma: ꝙ lꝫ ꝑ talia ſigna religionē ingrediēs ſit tacite ꝓfeſſus in alijs religionibus vt in in.c.ſtatuimꝰ.extra de regula. ⁊ plene habet̃ ꝑ doctores in.c.bñficiū eo.ti.li.vi.tñ in religiōe fratrū minoꝝ q̄ noua decretal' ē ⁊ ↄdita fuit poſt illas decretales vt in.c.ij.eiuſdē regule dr̃ ꝙ veniētibꝰ ad recipiendū vitā iſtā ſeu religionē miniſtri dicāt eis verbū ſācti euāgelij: ꝙ vadāt ⁊ vendāt oīa bona ſua ⁊ ea ſtudeant paupibus erogare. Et infra ſubdit Poſtea concedant eis pannos probationis. Ex quo patet expreſſe ꝙ erogatis iam bonis annus probationis conceditur: qui certe fruſtra cōcederetur: niſi infra eum annum poſſent ad ſeculum remeare. Et ꝙ regula ipſa ſit noua decretalis: patet ex priuilegio eius tali. Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei.⁊c̄. Et in fine. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam ⁊c̄. Ceterum per alia ſigna vt quia ſcienter profeſſorum habitum ingrediens recipit vel quia infra annum probatiōis ſcienter ⁊ voluntarie per triduum deſert illum: vel aperte proteſtatur omnino ſe velle vitam mutare dum ingreditur: vel quia poſt emiſſum votū religionis eiuſdem habitum etiam nouiciorum ſuſcipit: dic ꝙ ſic vniuerſaliter quoad omnem religionem ⁊ fratrum minorum: vt volunt doctores ⁊ ponit Joannes andreas in.c.conſtitutione ⁊ in.c. ſtatuimus extra eo. Item is qui moratur in religione vltra annum tacite profeſſus preſumit vt in.d.c.ex parte in tertu ⁊ glo.extra eo. Et hec proteſtatio vt dicit Antonius de Butrio in.c.ſi quis extra eo. intelligitur ꝙ ipſe ingrediens

dicat ꝙ per lapſum anni in religione non intendit ſe obligare religioni
nihil dicendo de lapſu anni ſecundum Hoſtienſem. Tamen Henricus
de gandauo in quodlibetis dicit: ꝙ ſtans in religione vltra annum ſine
proteſtatione eo ꝙ iuris ignarus neſcit ſe per hoc obligari ⁊ ideo eam
non facit: ⁊ ſi ſciuiſſet feciſſet: quia non habebat animum ſtandi in religi
one in foro conſcientie: in veritate profeſſus non eſt: cum impoſſibile ſit
votum aliquod eſſe apud deum vbi non eſt animus ⁊ intentio ſe obligā
di: quod eſt ſpeciale in voto, Quamuis eccleſia eo ꝙ de occultis cordis
non iudicat talem compelleret. Et per hoc dicunt aliqui ꝙ ſecundū the
ologos propoſitum perſeuerandi cum ſuſceptione habitus religionis
non ſolemnizat votum. Quamuis Innocentius, Goffredus. Joannes
andreas, ⁊ alij canoniſte per .c. conſulti extra de regula. contradicāt. Nā
vt predicti dicunt: propoſitum perſeuerandi differt a voto: quia non ſi-
cut votum dicit firmam intentionem ſe obligandi voto. Et vt dicit glo.
in. c. litterarum extra de voto: nemo ſe obligat niſi qui habet animum
ſe obligandi ſcilicet per votum. Et ſic dicunt intelligi dictum, c. conſulti
ibi propoſitum. ideſt firmam intentionem ſe obligandi. Addit Joānes
andreas in. c. primo eodem titulo li. vi. ꝙ quantūcunqꝫ impubis in mo-
naſterio ſteterit: totus quintuſdecimus annus etatis ſue eſt ſibi annus ꝓ
bationis: ita ꝙ infra non eſt obligatus religioni etiam in genere vt in di-
cto. c. primo. Cum quo etiā petrus de Ancharra. ibidem. Si quis vero
vouerit caſtitatem non tamē ſuare illam in aliqua religione approbata
ſed ſimpliciter: quāuis poſtea ſumat habitum religionis: non propte-
rea votum ſolēnizatur vt dicit Antonius de butrio in. c. veniens extra q
clerici vel vouen. Et vbertinus ſupra predicta. poſtea concedant eis pan-
nos proba. videlicet duas tunicas vnam cum caputio ⁊ aliaꝫ ſine capu
putio dicit. Notandum quomodo regula vult ſtricte ⁊ arcte vti alienis
bonis: cum de proprijs nouitijs non concedat niſi predicta: imo ſuppo-
nit omnia pauperibus eroganda.

## ¶ Niſi eis aliud ſecundum deum aliquādo videatur.

## ¶ Queſtio. xxx.

QUERITUR. xxx. An ſi volens ingredi religionem petat a
fratribus ſibi dari habitum profeſſorum ſit ei dandum. Reſpon-
det auctor conformi: ꝙ facta ſibi prius declaratione de obligatione hu-
iuſmodi habitus debet ei dari. Et hoc vel pro honeſtate ordinis vel vti
litate ⁊ conditione recepti ⁊ tunc dicit regula. Non ſecundum pro-
priam voluntatem debet dari habitus profeſſorum: ſed ſecundum de
um. ¶ Et nota ꝙ hoc caſu ⁊ in alio quando nouitius ſiue ingrediens ap
paret ꝙ expreſſe vult vitam mutare: ſi infra annum probationis ab ordi-
ne diſceſſerit: Clemens quintus. in priuilegio quod incipit ex parte di-
lectorum filiorum. mandat omnibus epiſcopis archiepiſcopis per ita-
liam conſtitutis: vt monitione premiſſa per cenſurā eccleſiaſticā cogāt
hmōi vel ad ordinē redire vel ad alium ſe trāſferre oī appellatiōe poſt.

poſita. Hec ille.

## ¶ Queſtio. xxxj.

QUERITUR. xxxj. An volentes ingredi religionem fratrum minorum poſſint abſolui a ſententijs excõmunicationis, ſuſpenſionis, interdicti a iure vel ab homine generaliter promulgatis ꝛ in irregularitatibus diſpenſari. Reſpondeo ꝙ ſic a miniſtro generali vel prouinciali vel a cuſtodibus vel predictorum vicarijs obſeruata forma canonica: ꝛ ꝙ ſatiſfaciant ſi propter aliquod debitũ huiuſmodi ſententia ſunt aſtricti. Sed niſi mox prediti abſoluti ordinem intrent: in eiſdem cenſuris relabuntur etiam ſi ſuper hoc a prelatis ordinis inducie concederent. Qui ꝛ caute prouideant vt apoſtolice ſedis, legatorum eius, ꝛ ordinariorum locorum in abſolutionibus huiuſmodi ſcandalum euitetur. Ceterum a predictis cenſuris etiam valeant abſolui ingreſſi poſt aſſumptum habitum. Hec habent in mari magno Eugenij quarti. Bonifacij. Alexandri. Clementis. ꝛ Honorij.

## ¶ Finito anno probationis recipiantur ad obedientiam.

## ¶ Queſtio. xxxij.

QUERITUR. xxxij. Quis poſſit ad ꝓfeſſionẽ recipere. Reſpõdent. iiij. magiſtri: ꝙ ſolũ miniſtri. Qꝛ cũ receptio ad ordinẽ cunctis inferioribus prohibeatur: multo magis receptio ad profeſſionem: cũ ſit quid maius. Idem confirmat auctor confor. addens ꝙ ſecundum declarationes eſt ꝙ alijs a prefatis poſſit cõmitti. Sed completo anno eadem ꝛ hora poteſt nouitius profiteri. Ceterum ſiquis prelatus aut frater infra hunc probationis annũ aliquem ad profeſſionem receperit: primo peccat mortaliter: qꝛ contra preceptum domini pape facit. Secundo debet a fratribus puniri illa pena q̄ pro grauiorib⁹ culpis ſolet infligi. Tertio talis receptio nõ valet vt nouitius ſit obligatus religioni fratrum minorum quãuis alijs in genere. Et recipiens ſuſpenſus eſt a receptione cuiuſcunqꝫ ad profeſſionem. c. non ſolum ꝛ. c. conſtitutionem de regula libro vj. Uerba vero ꝓfitentis ſunt hec. Ego frater. N. voueo ꝛ promitto deo omnipotenti ꝛ beate marie ſemper virgini. ꝛ beato franciſco. ꝛ omnib⁹ ſanctis. ꝛ tibi patri toto tempore vite mee ſeruare regulam fratrum minorum per dominum papam Honorium confirmatam: viuendo in obedientia, ſine proprio. ꝛ in caſtitate. Et qui eum recipit ad profeſſionem ex parte dei dicat ei. Et ſi hec obſeruaueris promitto tibi vitam eternam. Sed an hec verba obligent ad omnia que continentur in regula vt ad precepta: vide ſupra in queſtione ſecunda. Et qui recipit eum ad profeſſionem: teneat manus facientis profeſſionẽ intra manus ſuas genu flexo ſine caputio ꝛ mente ꝛ facie ad deum eleuata: ꝛ hec fiant coram fratrib⁹. Prius tamen debet inquiri ſi vult plus de tempore ad probandum ordinis rigiditates. Et ſi ſic: tempus illi conceſſum non preiudicat quin poſſit redire ad ſeculum poſt annum infra tempus ſibi prefixum.

## ¶ Et nullo modo licebit eis de iſta religione exire.

### ¶ Queſtio. xxxiij.

QUERITUR. xxxiij. An frater minor poſſit ſubtrahi de obedientia ſuorum prelatorum per aliquem eccleſie prelatum. Reſpondet auctor con. ꝙ non: niſi eſſet cardinalis de latere vel prelatus iferior q propter negocia eccleſie haberet in indulto a ſede apoſtolica de hoc ⁊ de noſtro ordine expreſſam mentionem ꝙ poſſet. Prelati quoqꝫ eccleſie debent vitare apoſtatas noſtri ordinis ⁊ illos excõmunicatos denuntiare: quando a fratribus requiruntur, priuilegio. Grego. noni. Inno. quarti. Alexan. quarti. quod incipit, fratrum minorum. Et Eugenius quartus in ſuo mari magno dicit: ꝙ generalis miniſter ⁊ ꝓuinciales poſſunt diſcedentes ab ordine ſine licentia excõicatos ꝓmulgare: immo capere, ligare ⁊ incarcerare, ac etiam ſi opus fuerit inuocato ad hoc brachio ſeculari: in quocũqꝫ habitu inuenti fuerint. Quin etiam miniſtri ⁊ cuſtodes ⁊ eorum vicarij infra fines ſuarum prouinciarum ⁊ cuſtodiarum premiſſa monitione poſſunt excõmunicare expulſos ab ordine propter eorum culpas vel etiam ſponte egreſſos: ſi contra voluntatẽ ſuaꝫ audeant predicare. vel confeſſiones audire. Hec ibi. Et ex Alexan. quarti priuilegio quod incipit, Cum ſicut ex parte eccleſie, prelati ſi requiſiti fuerint a fratribꝰ: debent excõmunicare retinentes apoſtatas noſtri ordinis. Nec fratres predicatores poſſunt recipere obligatos noſtro ordini ex priuilegio Inno. quarti quod incipit. Quos in chriſto. Nec alij religioſi, nec eremite pñt ſine licentia retinere apoſtatas noſtri ordinis. Et oppoſitũ facientes ipſo facto ſunt excõmunicati: nec poſſunt abſolui niſi per ſedem apoſtolicam ex priuilegio Alexan. iiij. quod incipit. Veſtram ⁊ veſtrorum ordinis, ⁊ ex alio priuilegio quod incipit. In grauem ordini veſtro. Capi poſſunt apoſtate noſtri ordinis ⁊ licentiaꝫ habentes a papa: ſi infra duos menſes aliam religionem nõ intrauerint vel habitum ſumpſerint regularem. Ideꝫ in mari magno Eugenij quarti: vbi dicitur ꝙ predicti licentiati etiam a prelatis ordinis ad intrandum aliam religionem: nedum a miniſtro generali ⁊ prouincialibus ſed ab eoꝝ vices gerentibus capi poſſunt: ⁊ hoc etiam ſi poſt ſuſceptionem habitus alterius religionis infra tempus ꝓbationis nulla profeſſione facta inde preſumpſerint reſilire. De hoc requere infra in littera. A. ⁊. B.

## ¶ Qui iam promiſerunt obedientiam habeant vnam tunicam cũ caputio ⁊c.

### ¶ Queſtio. xxxiiij.

QUERITUR. xxxiiij. An hoc ſit preceptum regule, Reſpondet Clemens ꝙ ſic: quia equipollet ꝑceptis: ita ꝙ nõ licet vti pluribus tunicis niſi in neceſſitatibus que poſſunt haberi ex regula. Et Nicolaus in ſua declaratione dicit: ꝙ fratres poſſunt vti pluribus de licentia miniſtrorum ⁊ cuſtodum: qui cum eis videbitur penſatis neceſſitatibus ⁊ alijs circũſtantijs que ſm regulaꝫ attendẽde ſunt diſpenſare poſ-

ſunt. Hoc inquit patet ex regula dicente. De fratribus induendis miniſtri ſollicitam curã gerant ſm loca ⁊ tempora ⁊ frigidas rgiones. Quattuor magiſtri dicunt: ꝙ nõ plures, habere regularis eſt forme: habere vero plures duabus. diſpenſationis eſt regule auctoritate illorum quibus cura fratrum cõmiſſa eſt.

## ¶ Queſtio. xxxv.

QUERITUR. xxxv. Ob quam neceſſitatem ſm regulam liceat calciamenta portare. Reſpondent quattuor magiſtri: ꝙ hec neceſſitas poteſt eſſe pluribus modis: vt ſi perſona ſit debilis vel infirma. vel ſi ſit tempus vehementis frigoris vel ratione loci; qꝛ ibi non poſſint ſine detrimento tranſiri: aliquando ſm iter ⁊ iniunctum officium quod non poteſt ſine detrimento perſone vel cauſe propter quam iniunctum eſt proficere. Idem dicit auctor confor. addens. Sed attende ꝙ in prefatis non quelibet predictarum neceſſitatum debet ſtatim pro cauſa neceſſitatis iudicari: ſed frater debet experiri pluries; anteꝗ̃ calciamenta ſic ſumat. Ratio: quia dicit Clemens in ſua declaratione de non portandis calciamentis ꝙ hoc equipollet precepto. Per calciamenta autem intelligitur coopertoriuȝ de corio quo cooperitur pes. Unde calige ſane nec truncate nec ſolee proprie inter calciamẽta deputari videntur. Ita dicit frater Hugo cum prefatis magiſtris. Hec ille. Et hic dicit Petrus ioannes Loguntur, quaſi ſm ſententiam priorum noſtrorum patrum. futurum diſcrimen nondum imminens non vocatur hec neceſſitas cogens. Debet enim eſſe vrgens. Hec ille. Cum quo Ubertinus pariter dicit. Non quelibet neceſſitas diſpenſat in calciamentis portandis: ſed illa ſola que cogit: que ex diuerſis cauſis poteſt contingere. Nec cõmunis afflictio frigoris pedum vel ſuperfluus timor ne ex pedum nuditate infirmitatem incurrat ſignis non apparentibus de propinquo. Hec Ubertin⁹.

## ¶ Queſtio. xxxvi.

QUERITUR. xxxvi. Qua licentia fratres propter neceſſitatẽ poſſent vti calciamentis. Reſpondet Martinus quintus: ꝙ i hoc ſeruet capitulum ſecundum ſtatutorum Guillelmi farinerij. Ubi ſic habetur. Ordinat generalis miniſter de cõſenſu capituli generalis ⁊ precipit: ꝙ nullus frater portet calciamenta ſine vrgenti ⁊ manifeſta neceſſitate ꝺ miniſtri prouincialis licentia ſpeciali. Quam licentiam in eius abſentia cuſtos vel guardianus aut vicarij eorum dare poſſint cũ conſilio fratruȝ diſcretorum. Ad quod conſilium tribuendum teneantur diſcreti: cum fuerint requiſiti. Et qui contra fecerint: infra octo dies per vnam diem naturalem per obedientiam non bibant niſi aquam ⁊ ab omni cocto abſtineant preter panem. Et habeantur calciamenta pro celebrandis miſſis in communi: quibus fratres occaſione celebrandi vel miniſtrandi ⁊ non alias calcienter. Hec ibi.

## ¶ Et fratres omnes veſtimentis vilibus induantur.

### ¶ Queſtio. xxxvij.

QUERITUR .xxxvij. Utrum ſit preceptum regule portare vilia veſtimenta, Reſpondet Clemens in ſua declaratione ꝙ ſic. Et hec vilitas attendi debet ſecundum conditiones patrie quantum ad colorem ⁊ precij vilitatem: ita ꝙ merito poſſit vilis pannus reputari: quod miniſtrorum cuſtodum ⁊ guardianorum iudicio relinquitur. Idem dicit Martinus quintus in ſuis conſtitutionibus: addens ꝙ in veſtimentis fratrum reluceat paupertas ⁊ aſperitas. Non tamen adeo vt videntes inducant ad horrorem vel ad deriſum prouocent. De hoc vero Ubertinus ſuper verbis. Poſſint repeciare de ſaccis dicit. Ita ꝙ velle videtur: ꝙ inter pannum quo fratres debent indui ⁊ vilitatem ſacci ſit vicina conformitas. Et ſic ſeruauit pater noſter beatus franciſcus ⁊ ſocij ſui: vt apparet in vilitate tunicarum ſuarum: qui portabant habitus exterius repeciatos de ſaccis: ſicut aliqui ex nobis eos portantes oculis conſpexerunt. Ceterum ſicut in vilitate veſtium ſic etiam in parcitate ciborum ⁊ auſteritate debent eſſe a delicioſitate hominum elongati. Sed ſepe multum in hoc offenditur a fratribus qui pitantias procurant fieri a ſecularibus maxime in capitulis generalibus ⁊ prouincialibus ⁊ in alijs conuiuijs nimis lautis. Hec Ubertinus. Addit auctor confor. ꝙ beatus franciſcus aſſerebat ſignum extincti ſpiritus quando fratres multiplicibus ⁊ mollibus induerentur ⁊ contra eos diabolum ad temtandum vehementius animari. Sub infert beatus franciſcus: ſi contingat tunicas lacerari quid faciendum. Non debet inquit ſtatim noua preparari vel procurari: ſed ipſa antiqua repeciari de ſaccis vt ipſe faciebat. Sed ſi beatus franciſcus a fratribus molles interdicit tunicas: multo fortius ⁊ delicatis cibis peruti: quia facilius inclinatur ad peccatum homo ciborum mollium ſumptione nimia: ꝙ̄ veſtium. Hec ille. Petrus ioannes dicit. Hec vilitas coloris ⁊ precij eſt extimanda iuxta poſſibilitatem regionum ſecundum proporcionem altiſſime ſeu euangelice paupertatis ⁊ humilitatis regule huius ſancte. Nec deſpiciant nec iudicent quos ⁊c. Uult ex his intelligi ꝙ fratres a delicijs veſtium, ciborum ⁊ potuuz euidentiſſime elongati. Hec ille.

## ¶ Clerici faciant diuinum officium ſecundum ordinem ſancte Romane eccleſie. Capitulum tertium regule.

### ¶ Queſtio. xxxviij.

QUERITUR .xxxviij. Utrum hoc ſit preceptum ꝙ fratres diuinum officium faciant ſecunduz romanam eccleſiam, Reſpondet Clemens in declaratione ſua ꝙ ſic: quia equipollet precepto. Diuinuz

vero officium hſc ſcd̄m quattuor magiſtros intelligitur quoad officium breuiarij ⁊ miſſalis, Et addunt, Cum clerici teneantur ad faciendum diuinum officium ſm ordinē romane eccleſie: mutatio officij ter facta multum nos grauat: nec per priuilegium impetratum ab hac obligatione regule ſunt ſecuri fratres: niſi de officio mutato ꝙ fiat ſm ordinem romane eccleſie conſtiterit euidenter, Ad hoc etiam auctor confor. dicit, Fratres celebrantes alias feſtiuitates ab ijs que ſunt in calendario aut de quibus non dicit rubrica breuiarij: peccāt grauiter, Nec fratres pro quacunq; infirmitate poſſūt eximi a ſolutione diuini officij: cum hoc ſit eis preceptum. Ceterum ſi dominus papa faceret de vno feſto quod nō eſſet in calendario vel ſecundum rubricam breuiarij: fratres de illo facere non tenentur: niſi ipſe mandaret, Hec ille. Petrus Joannes addit, Si clerici non poſſunt habere breuiarium ſecundum morem romane eccleſie: tenentur dicere aliud: ſi interim alterius breuiarij vel libri poſſint habere copiam.

## Queſtio. xxxix.

QUERITUR. xxxix. An fratres debeant aut teneantur dicere officium in eccleſia ſeu in choro, Reſpondeo, De hoc dicit Martinus quintus in conſtitutionib9, c iij. Fratres quos rationabilis cauſa non excuſat, ante horarum principia ad chorum conueniant preparaturi domino corda ſua, Hec Martinus. Qui per predicta nō videtur hoc precipere. Ceterum in clemen. prima de cele. miſ. dicitur: ꝙ ad chorum conuenientes ⁊ frequenter ante horarum finem chorum exeuntes debēt per cenſuram coherceri, Ubi Paulus de eleazarijs di. Cum cenſura ſeu excōicatio non feratur niſi pro mortali, xi. q. iij. c. nemo, videtur ꝙ negligentes in hoc mortaliter peccent, Quod verum eſt ſi eſt malicioſa negligentia: ſecus ſi leuis vel leuiſſima, Hec Paulus, Addit auctor confor. Sicut fratres tenentur ad ordinarium diuini officij: ſic ⁊ quoad cantum Quia cum cantus fractus non ſit per ordinarium eccleſie ordinatus: fratres tales cantus exercentes peccant,

## Queſtio. xl.

QUERITUR. xl. An fratres propter infirmitatem diuinum officium non perſoluentes teneātur reſtituti ſanitati reficere illud Reſpondet Joannes an. ſcd̄m Hoſtien. in. c. primo de cele. miſ. ꝙ non ſi tanta fuit infirmitas ꝙ ex toto impediat laborantem, Ad hoc extra de clericis non reſi. c. ad audientiam. Et Paulus de elea. in clemen. prima de celebra. miſſarum dicit, Si talis infirmitas directe vel occaſionaliter ſibi obeſſet vel timeretur: non teneretur dicere: nec celebrationi intereſſe diuinorum: quia infirmis non eſt lex impoſita, Nec poſt conualeſcentiam tenetur reddere: ſed penitentia eſt imponēda pro pctō omiſſionis ſecundum Innocentium qui hoc notat in. c, dolentes extra eodem. Sed Aluarius dicit ꝙ hoc non eſt verum: quia ſi non tenetur dicere: ergo non peccat in ommittendo. Sed Innocentius nō intendit de omiſſione excuſabili: q2 nō eſt peccatum cōmiſſionis, Addit Henricus de gan

da, in ſuo quodli. Si frater nõ interfuerit ex cauſa legitima principio vel fini horaꝝ: nõ oportet ꝙ a capite reincipiat vel finem ꝓficiat: niſi multũ ꝓceſſiſſet vel multũ finis officij reſtaret. Et non tenetur reficere lectionem ex neceſſitate pretermiſſam. Et hoc etiam propter vinculum charitatis: ratione cuius id quod fit ab alijs q ſunt vnũ corpus cum eo: ab eo reputatur factum. Hec Henricus. Durandus quoq; libro. 2. parte. 2. dicit. Clerici tenentur deuote dicere officium: id eſt ad deuotionem nõ expellendã per ſyncopam vel confabulationem ⁊ alia que ſunt deuotionis expulſiua, vt in. c. dolentes de celebra. mi. deuote ⁊ attente quantum eis dominꝰ dederit. Hec durandus.

## ¶ Queſtio. xlj.

QUERITUR. xlj. An clerici teneantur dicere proprium officiũ ſi ipſi interſint officio alioꝝ. Reſpõdetur ꝙ nõ: vt ex priuilegio Inno. quarti quod incipit. Pro veſtro collegio patet. Sed etiam tpe interdicti generalis fratres habent ex priuilegio Gregori. noni quod incipit. Deuotionis veſtre. Inno. quarti quod incipit. Eis qui ſanandis. Et Nico. quarti quod incipit Meritis veſtre religionis. ꝙ interdictis ⁊ excommunicatis excluſis poſſunt ianuis clauſis, nõ pulſatis campanis. ſummiſſa voce. in eccleſijs proprijs celebrare diuina. Hoc idez concedit Euge. quartus in ſuo mari magno. Addens dũmodo cauſam nõ dederitis interdicto: nec cõtingat id vobis ſpecialiter interdici. Et nota ſm Anto. de butrio in. c. quod in te de peni. ⁊ remi. extra: ꝙ tpe interdicti ita ſummiſſa voce diuina celebrari officia debent: ꝙ murmur vocis extra eccleſiam nõ audiatur. Addit Nicolaus: ꝙ nõ ſolum fratres diuinũ officiuz ⁊ ⁊ etiam miſſas celebrare poſſunt: ſed etiam temporibus conſuetis iuxta morem ordinis ſacre cõmunionis ⁊ extreme vnctionis ſacramenta recipere. Additq; Eugenius vbi ſupra. ijs vero qui in veſtris morantur obſequijs cuncta libere miniſtrare poſſitis eccleſiaſtica ſacramenta: ⁊ ipſos cũ deceſſerint iterdicti tpe in veſtris cimiterijs ſepelire. Pueriq; veſtris ſeruitijs deputati. negociorumq; veſtroꝝ ꝓcuratores, ⁊ operarij qui in vſis locis eoꝝ operibus cõtinue inſtiterint: hmõi ſententijs obnoxij minime habeantur: ibiq; poſſint audire diuina: niſi interdicto cauſam dederint vel interdici aut excõicari ſpecialiter contingat. Hec ibi.

## ¶ Ex quo habere poterunt breuiaria.

## ¶ Queſtio. xlij.

QUERITUR. xlij. An fratres poſſint ex ꝓfeſſione habere vſuz reꝝ ⁊ librorum. Reſpondet Nicola. iij. in ſua declaratione ꝙ ſic: qr beatus franciſcus vſum rerum non vetuit fratres habere. Innocentius voluitq; libri haberentur ad vſum in cõmuni ⁊ nõ in ſpeciali: ꝓut dicebat frater Leo fuiſſe de intentione beati franciſci. Idez auctor conformitatum in. iij. capitulo regule. Require infra in littera. L.

## ¶ Laici vero dicant viginti quattuor pater noſter.

## ¶ Queſtio. xliij.

QUERITUR.xliij. Quare beatus franciſcus tam breue offici
um dederit laicis in ordine noſtro. Reſpondet auctor confeſ: ꝙ
non ſine cauſa: vt pote ſeruitijs clericoꝝ deputatis. Unde ⁊ in declarati
one ſua dicit. Tales etſi nō vacent ſtudio ⁊ diuinis officijs: dūmodo ſer
uitijs inhereant aliorum: cum ipſis quibus ſeruiunt ſuſtentari merentur.
Iſtis autem laicis ſpecialiter indicitur: vt orent pro defunctis: quia taꝫ
in officio diurno ideſt miſſali ꝗ̃ nocturno ſemper oratur pro defunctis a
clericis: ſed non ſic in officio laicorum.

## ¶ Et ieiunent a feſto omniū̄ ſanctorum vſqꝫ ad natiuitatem domini.

### ¶ Queſtio. xliiij.

QUERITUR. xliiij. Utrum hoc ſit preceptum regule. Reſpon
det Clemens in ſua declaratione ꝙ ſic: ⁊ ꝙ nec minus tenentur ad
alia ieiunia ad que alij chriſtiani tenētur. Dicunt quattuor magiſtri ꝙ ie
iunia ad que tenemur ex precepto regule; debent fieri in cibis quibus tūc
vtuntur homines eiuſdē regionis maxime religioſi. Tamen ſtatuta Gui
lielmi dicunt: ꝙ omnia noſtra ieiunia fiant in cibis quadrageſimalibus.
De quadrageſima vero epiphanie dicit auctor confeſ: ꝙ cum illa ponat
in regula exhortatiue: poteſt dimitti illa ſine omni culpa. Tamen frater
minor ſemper debet eſſe ſollicitꝰ ad obſeruandum que promiſit: cum ꝓ
talium obſeruantia ſibi vita ꝓmittatur eterna. ¶ Sed an ipſam quadra
geſimam poſſit iniūgi ſubdito a prelato ꝙ ieiunet. Videtur ꝙ non per il
lud quod ſupra de obedientia in quinto queſito in principio dicitur ſm
Alexandrum lombardum. Tamen vbi ſubditus ſine cauſa rationabili
vt debilitatis huic precepto prelati reluctaret̄ alijs maxime ieiunantibꝰ:
oſtenderet ꝙ tepidiſſime voluntatis eſſet vt bene ageret. ¶ Sequit̄. Fra
tres tempore manifeſte neceſſitatis nō teneantur ieiunio corporali. Ma
nifeſta neceſſitas ſm quattuor magiſtros hic intelligitur aliquando rati
one etatis, aliquando ratione infirmitatis vel debilitatis, aliquando rati
one laboris, aliquando ratione defectus ſuſtentationis vel victus ſm au
ctorem confeſ. qui idem dicens addit. Quando ergo neceſſitas eſt manife
ſta: tunc non tenentur fratres ad ieiunium corporale. Et nota ꝙ quamuis
homo alias non teneatur ieiunare niſi cum habuerit. xxj. annum: non ta
men ſic obſeruandum eſt in ordine ratione voti ⁊ regule promiſſe. Hec
ille. Addens. Hec ſunt virtutes quibus fulgere debent fratres minores.
Primo quia debent eſſe mites ſcilicet non reſiſtendo im ꝓbitatibus. Se
cundo pacifici: alios nullatenus impediendo. Tertio modeſti: ſcilicet in
verbis ⁊ factis. Quarto manſueti: motus iraſcibiles refrenando. Quin
to humiles. propriam excellentiam contempnendo ⁊ declinando ⁊ ſibi
ipſis vileſcendo. Sexto honeſtiꝰ, id eſt non turpia aut ſtultiloquia profe
rendo: loquentes omnibus ſicut decet. videlicet cuilibet ſtatui que ſunt de
bita proponendo: quia fabulas deuitare ⁊ ſermonem ſale condire debēt
ſapientie diuine.

## ¶ Non debeant equitare fratres niſi manifeſta neceſſitate cogantur.

### ¶ Queſtio. xlv.

QUERITUR. xlv. Qualiter ad hoc preceptum non equitandi intelligantur fratres obligari. Reſpondet Martinus quintus in ſuis conſtitutionibus. Intelligitur ſm ſanctum Bonauenturam in ſua declaratione ſuper hoc paſſu ꝙ fratres non debeant equitare. nec bigare, nec quadrigare niſi manifeſta neceſſitate: ſcilicet prolixi vel impediti itineris vel negocij vrgentis vel infirmitatis cogentis. Ibi Petrus ioannes addit. Nota ꝙ pro quibuſcunqꝫ negocijs noſtro ſtatui non bene conſonis nulla eſt nobis equitandi neceſſitas immo potius fugiendi. ¶ Dicant pax huic domui. Hoc dicitur per modum inſtructionis ⁊ non precepti. Et quod ſequitur. De omnibus cibis qui apponũtur eis liceat manducare: dicitur per modum conceſſionis vt dicit auctor conformitatuꝫ. Require in littera. D.

## ¶ Precipio firmiter fratribus vniuerſis vt nullo modo denarios vel pecuniã recipiant.

### ¶ Queſtio. xlvj.

QUERITUR. xlvj. Que differentia eſt inter denarios ⁊ pecuniam. Reſpondent quattuor magiſtri. Denarij ſunt pecunia numerata: pecunia autem dicitur omnis res qua ſolent homines cum opportunum fuerit ad preciũ rerum emendarum vti: ſicut ante vſum nummorum homines vtebantur ſm Petrum ioannem auro ⁊ argento. Et ꝙ tale ſit quo pro denario ad preciam rerum emendarum vterentur: in preſenti capitulo quarundam rerum q̃ nomine denariorũ ⁊ pecunie deſignantur ideo vſus ⁊ proprietas prohibetur. Sed ſm iura eſt quicquid appreciatur numerata pecunia ad hoc vt aliud ematur. Nam proprie quod emitur: precio numerate pecunie emitur. Si autem ſpecies alicuꝰ rei per ſpeciem alicuius rei idest alterius rei detur: cõmutatio eſt nõ emptio: q̃ proprie non contrahitur niſi pecunia mediante. Videtur ergo hic prohiberi receptio denariorum ⁊ quarumlibet rerum q̃ accipiuntur ad precium rerum emendarum. Hec illi. Secundum Petrum ioannem. ſi precium rei taxetur ⁊ quaſi pro numerata pecunia pro alia re detur: emptio erit. Et ſic hic intelligitur pecunia prohiberi ſm euꝫ allegantẽ quattuor magiſtros ſic tenere. Qui etiam circa hoc capitulum ſic dicunt. Videtur penſatis hinc inde ſententijs regule ꝙ ſolũ exigente neceſſitate poſſunt fratres ſibi in poſterum prouidere: ſic tamen ꝙ nec diuturnitate, nec rerum quantitate. vel qualitate in prouiſione quam faciunt in rebus ſibi neceſſarijs forma paupertatis excedatur. Hec illi. Qui etiam dicunt quid ſit pecunia. Dicit conſtitutio apoſtolica pecuniam eſſe quicquid recipitur vt vendatur. Unde libri, calices, ſi recipiantur hac intentione vt auctoritate fratrum venderentur: inter pecuniam computantur. Que intentio denariorum eſt in recipiente: quia quod venditur; denarijs venditur.

Videtur quoqꝫ in hoc capitulo prohiberi receptio denariorum ⁊ quarū libet rerum q̄ reciperentur ad preciū rerū emendaꝝ. vt ſi pannus. veſtis. bladum. gemme taxentur vel eſtimenť numerata pecunia. vel pro re alia accepta dentur: emptio eſt: q̄ ꝓprie nō contrahitur niſi mediante pecunia. Hec illi.

## Queſtio. xlvij.

QUERITUR. xlvij. Quid ſit recipere pecuniam. Reſpondēt ꝑdicti. Quedam recipiuntur in proprietatem ⁊ nō in vſum: ⁊ hec ꝓhibentur omnino fratri minori vt patet in. vj. capitulo regule. Quedam in vſum ⁊ nō in proprietatem vt receptio libroꝝ. veſtium ⁊ hmōi: ⁊ hec fratribus conceduntur. Receptio vero denarioꝝ ⁊ pecunie quantum ad proprietatem ⁊ vſum fratribus ꝓhibētur ⁊ per ſe ⁊ per interpoſitam ꝑſonam. Addit auctor confor. Sciendum ꝙ alique res habent duplicem vſum: naturalem. ⁊ accidentalem. Ad ꝓpoſitum. Si quis vtatur auro ⁊ gemmis ad vſum naturalē qꝛ valent ad multa medicinalia: ſimiliter ad aliqueꝫ vſum accidentalem vt auro pro calicibus ⁊ hmōi: talis vſus fratribus nō interdicitur: niſi vbi eſſet exceſſiuus abuſus. Attamen prefatis vtendo ad emendum: nullomodo licet fratribus habere. Hec ille.

## Recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonā

## Queſtio. xlviij.

QUERITUR. xlviij. Qualiter hoc intelligatur. Reſpondent quattuor magiſtri. Per ſe recipere pecuniam: eſt pecuniam ad cōuertendum in vſus ſuos accipere: recipere vero per interpoſitam perſonam: eſt ſua auctāte aliquem ſubſtituere ad recipiendum pecuniam in ſuos vſus proprios conuertendam.

## Queſtio. xlix.

QUERITUR. xlix. Quid agere debent fratres quando in loco vbi ſunt velint aliquid emere de elemoſyna pecuniaria: Reſpon. Nico. tertius in declaratione ſua. Si fratres indigent pecunia hoc eſt pro re iam empta de preſenti eis neceſſaria vel pro re quam volūt emere eis neceſſaria de futuro: ſi fratres iam emerunt: tūc poſſunt ad volentem dare elemoſynam pecuniariam accedere: rogando ꝙ ſatiſfaciat in totuꝫ vel in partem ꝓut ſibi dn̄s inſpirauerit. Si ipſe facit: bene qdem. Si vero nō vult ip̄e manu propria ſatiſfacere vel nō poteſt vel quia noticiā ꝑſonarum fidelium nō habet: tūc fratres poſſunt rogare ꝙ aliquem ſubſtituat quē ip̄e nominet: q ⁊ ſatiſfaciat debenti recipere. Qꝛ ſi nolit vel nō poſſit facere: tunc fratres poſſunt famulum illius a quo res emitur vel aliuꝫ ſeu alios preſentare cui vel quibꝰ poſſit ſi ſibi placuerit cōmitti executio predictorum. Sic tamen ꝙ apud dantem dominium pecunie remaneat quouſqꝫ cōuerſa fuerit in rem deputatam: nec fratres vllaꝫ actionem habeant contra perſonam ſubſtitutam vel noīatam qualitercūqꝫ ſe habeat in cōmiſſione ſibi facta. Addit Grego. nonus in declaratione ſua. Ubi hmōi perſona ſubſtituta per negligentiaꝫ nō faceret: fratres poſſunt habere recurſum ad illū q euꝫ ſubſtituit. Et Nicolaus tertius ſubiūgit: ꝙ ſi

talem perſonam noiataꝫ ⁊ ſubſtitutã ꝯtingeret per infirmitatem vel abſentiam ſeu locoꝝ diſtãtiã in quibus facienda eſſet ſolutio vel alia occaſione ꝑpediri vel nolle accedere: liceat fribus q̃tum ad vnaꝫ aliã pſonã ſurrogandã ad ꝑmiſſa etiã noiando ſi ad primũ dantē non poſſint vel nolint habere recurſum: vel etiaꝫ ſi caſus emerſerit in quo pluriũ pſonarum ſurrogandarũ miniſteriuꝫ videaꝭ opportunũ: liceat fribus iuxta negocij qualitatē ſeruato p̄dicto modo plures perſonas aſſumere. noiare. ſeu p̄ſentare ad illud miniſteriũ exequendũ: ſiue negociũ breui tpe expediri poſſit ſiue, tractum tpis requirat vt pro libris ſcribendis. eccleſijs aut alijs edificijs pro habitatiõe frat: ũ ꝯſtruendis. Hec Nicolaus.

## ¶ Queſtio. l.

QUERITUR. l. Quid ſi res a fribus emenda non habeꝭ i terra illa vbi frēs morãtur: Rñdet Nico. iij. ꝙ frēs debent ire ad dominũ pecunie ſi p̄ſto eſt vel ad eius nũtium ⁊ dicere: ꝙ ſibi placeat ꝙ dominio pecunie apud eum remanente vſq; quo in rem deputatã ꝯuertaꝭ p q̃ſcũq; manus pecunia ſeu elemoſyna tracteꝭ ſiue pſonas ab eo vel a fribus noiatas totũ ſuo ꝯſenſu volũtate ⁊ auctē ꝓcedat. Quo aſſenſum p̄bente: frēs ſecura ꝯſcia vti pñt re ſic empta de illa pecunia: nec tunc dici poſſunt contra puritatē regule ſue per interpoſitam perſonã tangere. Hec ille.

## ¶ Queſtio. lj.

QUERITUR. lj. Quid ſi dñs pecunie moriaꝭ anteq̃ pecunia p fratrũ neceſſitatibꝰ ꝺpoſita ſit expẽſa: Rñdet Nico. iijꝰ ꝙ ſi dominꝰ qñ pecuniã ꝯceſſit dixit ꝙ pſona deputata pecuniã ipam in neceſſariũ vſum fratrũ expenderet: qcquid de illo ꝯtigerit viuēdo vel moriēdo ſiue ꝯcedens heredē reliquerit ſiue nõ: poſſunt frēs ad pſonã deputatam nõ obſtante ꝯcedentis morte vel heredis ꝯtradictione pro ipſa pecunia expendenda recurrere ſicut poterant ad primũ concedenteꝫ.

## ¶ Queſtio. lij.

QUERITUR. lij. Quid agendum qñ plus deponit q̃ fratres p ſolutiõe faciẽda indigent: Rñdet idē: ꝙ ſi dñs rogeꝭ ꝙ ſuperfluum poſſit in alias neceſſitates fratrũ ꝯuerti ⁊ nõ ꝯſentiat: reſiduũ ad primũ dñm libere reuerteꝭ. Et ſubdit. Caueãt tñ frēs ne plus dari ſeu deponi faciant q̃ eſtimãt res eis neceſſarias valituras.

## ¶ Queſtio. liij.

QUERITUR. liij. An fratres poſſint accipere elemoſynã pecuniariã cuius dñium dans nullo modo vult ad ſe ptinere. Rñdent Innocentius. Nico. ⁊ clemens in ſuis declaratiõibus: ꝙ cum talis pecunie ꝓprietas non poſſit eſſe fratrum nec ſubſtituti. nec ꝺpoſitarij; erit eccleſie: ⁊ fratres ſana ꝯſcia eius ſunt capaces. Quã q̃ Joãnes. xxij. i extrauaganti ad conditorē. hmõi ꝓprietatē noluerit ad eccleſiã pertinere. Et poſtea Martinus. v. (vt dictum eſt ſupra) ꝯfirmauit ſm p̄dictas declarationes prefatoꝝ ſũmoꝝ pontificum.

## Queſtio.l. iiij

QUERITUR.liiij.Quid ſi frẽs nõ indigẽt ꝑ pñti ſed iminẽti:nũqd pñt rogare volẽtes elemoſynã dare ꝙ ſeruẽt vel aliũ ſubſtituãt: Rñdet auctor ꝯfor.ꝙ ſic ſm grego.ix.⁊ Inno.iiij.in ſuis declaratiõibꝰ. Immo ꝙ ⁊ ſubſtitutꝰ põt etiã aliũ ſubſtituere q hmõi elemoſynã pecuniariã ꝯſeruet:ad quez frẽs ꝓ loco ⁊ tpe ꝓ ſuis neceſſitatibꝰ habeant recurſum.

## ¶Queſtio.lv.

QUERITUR.lv.An frẽs poſſint recurrere ad illũ cui aliquis pecuniã ꝯmiſit ꝓ fratrũ neceſſitatibꝰ expẽdẽdã. Rñdet idẽ ſ3 grego.⁊ Inno.ꝙ ſic.Qð ſm q̃ttuor magiſtros ſic eſt intelligendũ.Excepto ꝙ ꝯmiſſarius nec ſua nec fratrũ aucte pecuniã a dño ꝯmiſſã ad aliquem vſu3 forte vel neceſſitatẽ determinatã poteſt ad alios ꝯmutare:niſi a domino ſuper hoc receperit ptãtem vel eius ad hoc preſenſerit volũtate3

## ¶Queſtio.lvj.

QUERITUR.lvi.An liceat fribus ire cum burſarijs per vias idest qui ſibi pecuniã deferant. Rñdet Aluarꝰ in libro de plãctu eccleſie ꝙ nõ:niſi per verã obiam nõ ꝓcuratã ⁊ multo minꝰ extortaz pro cauſis neceſſarijs ordinis vel alijs a prelatis miſſi ⁊ per regiões inhumanas tranſirent:in quibꝰ eẽt viſimile ꝙ in mendicando elemoſynã eſcibilem nõ inuenirẽt. In quo caſu ⁊ peram poſſent ducere ⁊ burſarios ſm Bedam.Aluarũ.⁊ petrũ ioannẽ. Cõſtat ꝙ chriſtus aplis inter iudeos adhuc infideles eũtibus ſpecialiꝰ inhibuit ne pecuniã aut panẽ vel perã in via portarẽt. Et ſancti patres nři ordinis hmõi burſarios penitus euitarũt:niſi ſolum vbi ineuitabilis neceſſitas aperte imineret ⁊ valde ꝓbabiliter. Sed quare chriſtꝰ ⁊ apli in ſuo comitatu ducebant mulieres q̃ eis miniſtrabãt de ſuis facultatibꝰ? Dicendũ ꝙ ille dñe miniſtrabant eis q̃tũ ⁊ q̃liter ipſe ex ſua libera deuotiõe volebant.

## ¶Queſtio.lvij.

QUERITUR.lvij.Quid de pecuniarijs elemoſynis ſup altaria poſitis. Rñdet Petrus ioã.ꝙ fribꝰ eas recipe nõ l3. Sic nec ꝯpotũ a famulis de pecunia pro eiſdẽ ꝺpoſita. Hec ille. Sed clemẽs.v. dicit ꝙ queſtus omnis pecunie.ac oblationum.⁊ pecuniarũ receptio in eccleſia vel alibi cippi ſeu trunci ordinti ad offerentiũ ſeu donãtiũ pecunias reponendas necnõ ⁊ quicũq3 recurſus alius ad pecunias ſeu hñtes ipſas quibus per declarationẽ Nicolai nõ ꝯcedit:hec inquã oĩa ſimpliciter fribus ſunt interdicta.

## ¶Queſtio.lviij.

QUERITUR.lviij. Nũquid indifferenter liceat fratribꝰ recurrere ad depoſitarium elemoſynarũ pecuniariaru3. Rñdet clemẽs.v.ꝙ cum regula dicat in duobus caſibus recurrendũ ad amicos ſpirituales:videlicet pro neceſſitatibus infirmorum ⁊ pro fratribus induendis ⁊ papa Nicolaus ceſſantibus elemoſynis extenderit ad alias frũ3 neccitates ꝓ tpe ingruẽtes:cauere debẽt fratres ne pro alijs cauſis q̃ ꝓ

dictis vel ſimilibus ad amicos ſiue dantes ſiue deputatos recurrāt. Et ſic ſe gerant in omnib⁹: ꝙ ſe cunctis oſtendant in dictis pecunijs (ſicut non habent) penitus nil habere. Quapropter precipere quomodo ⁊ qliter pecunia expendatur: compotū q; exigere de expenſa: eam q; quoquo modo recipere ſiue deponere ſeu deponi facere capſulam pecunie vel eius clauem deferre: hos actus ⁊ ſimiles ſibi illicitos eſſe fratres ſciant. Predicta autem facere ad ſolos dominos pertinet qui pecuniam dederunt ⁊ eos quos ipſi deputauerunt. Petrus ioan. dicit. Grandis aut bene conſona noſtro ſtatui debet eſſe neceſſitas: ad hoc vt ei prouideatur cum pecunia. Debet enim eſſe equalis ⁊ ſimilis neceſſitatibus expreſſis in regula vti pro fratribus induendis ⁊ infirmorum neceſſitate ſicut patet ex expoſitione domini Nicolai ⁊ domini Grego. Nam etiā pro edificijs conſtruendis vel libris ſcribendis aut aliquibus grandibus ⁊ licitis negocijs peragendis licet ſit aliquādo neceſſitas: in his tamen faciliter exceditur in ſumptibus q̄ in rebus: ⁊ facilius cupiditas ibi intendit ⁊ creſcit ⁊ mala exempla proueniunt.

## ¶ Queſtio.lix.

QUERITUR.lix. Nunquid fratres poſſint eſſe cuſtodes pecunie vel diſpenſatores. Reſpondet auctor confor. ꝙ frater Hugo dicit ꝙ non: quia cuſtodia importat realem obligationem: niſi a principio per determinationē aliquam excludatur. Utpote dicendo. Nos nolum⁹ ad cuſtodiam pecunie teneri nec eam volumus recipere. Et ſic debent de quolibet depoſito dicere. Diſpenſatio autem quia quandam auctoritatem habet ſaltem miniſterialem: ⁊ affert ordini ſcandalum ⁊ ſuſpitionis notam: ideo regula hoc prohibere videtur. Hec ille.

## ¶ Queſtio.lx.

QUERITUR.lx. An fratres non inuenientes offerentem ſed tantum mutuare volentem poſſint contrahere mutuum. Reſpondet Nicolaus in ſua declaratione: ꝙ hoc non licet eis eorum ſtatu conſiderato propter obligationis vinculum quod exigitur. Poſſunt tamē dicere tali: q. laborabunt ꝙ per elemoſynas ⁊ amicos fratrum ſatiſfacient ei.

## ¶ Queſtio.lxi.

QUERITUR.lxi. Quo caſu liceat pecunia vti. Reſpondent Nicolaus ⁊ frater Hugo ꝙ ſolum in extrema neceſſitate quando nec petendo. nec laborando. nec per oblationem vite neceſſaria poſſent inuenire. Hec ille. Auctor ꝯfor. addit ⁊ Martin⁹. v. in ſuis ꝯſtitutiōibus c. iiij. frēs nullo mō denarios recipiāt vel pecuniā. Si qs āt ꝯtrariū fecerit ipo facto omni actu legitimo ſit ꝓuatus. ⁊ pena carceris puniatur.

## ¶ Queſtio.lxii.

QUERITUR.lxii. An fratres debeant habere procuratorem ⁊ economum apud quem omnes elemoſyne pecuniarie vel que ad pecuniam reduci poſſint integraliter conſignentur. Reſpondet idem Martin⁹ ꝙ ſic. Unde dicit ꝙ ad hoc quilibet ꝯuēt⁹ ſiue loc⁹ hēat ſuū p.

curatorem ⁊c̄. ſicut habetur in priuilegio Martini quarti vbi ſic dicitur. Ut fratres minores qui pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri excluſis quibuſlibet ſollicitudinibus quietius diuinis vacēt obſequijs ⁊ offerentium. donantium aut in vltima voluntate relinquentium ordini predicto vel fratribus eiuſdem ordinis aliquid propter deum pia intentio non fraudetur: ſicq; volentes heredum ⁊ executorum negligētijs obuiare: vt fratres ſm̄ modos licitos ⁊ congruos ipi ordini relictis ſibi in teſtamentis elemoſynis non fraudent: diſcretioni veſtre de qua in domino fiduciam plenā obtinemus: ſpāles perſonas que non ſint de ipſo ordine noiande ꝑ locorum indigentia ſingulorum quas perſonas per vos taliter noiatas in his adminiſtrationem legitimam. generalem ⁊ liberam gerere. ⁊ ipſas perſonas veros ⁊ legitimos adminiſtratores. economos, ſyndicos, ⁊ actores eſſe de plenitudine poteſtatis pñtium auctē ꝯſtituendo decernimus. Qui res ipſas ⁊ rerum predictarū precium ⁊ ꝑdictas elemoſynas nomine dicte eccleſie (ad quā oīum rerum mobiliū ⁊ imobilium quibus fratres vti poſſunt ius, proprietas, ⁊ dñium nullo medio ſpectant) recipiant in fratrum ipſorum prout eis licet ex regula vel declaratione regule conuertendas: ſicut ⁊ quando a te fili generalis ⁊ ſingulis alijs veſtrum in prouincia ſeu cuſtodia ſibi decreta vel ab eiſdem fratribus de aſſenſu veſtro fuerint requiſiti: ac eidem perſone petendi, exigendi, recipiendi, alienandi predicta, tranſigendi quoq; ⁊ paciſcēdi, conueniendi, cōpermittendi, remittendi, refutandi, quietationē faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calūnia ⁊ veritate dicēda iurandi cum illis ⁊ contra illos qui huiuſmodi res mobiles aut preciū earum vel relictas elemoſynas fratribus in teſtamentis occuparent vel violenter auferrent ſiue contra voluntatem fratrum quomolibet detinerent ⁊ generaliter in oībus cauſis pro rebus ⁊ locis huiuſmodi ad eccleſiam ipā ſpectantibus ipſorum fratrum vſui conceſſis: necnon pro immunitatibus, libertatibus, ⁊ iuribus, ac priuilegijs, ⁊ indulgentijs eorūdem ſine cuiuſlibet ſatiſfactionis ⁊ cautionis onere plenam generalē ⁊ liberam habeant in iudicio ⁊ extra iudicium: ptātem q̄ꝫ reuocādi perſonas eaſdem ⁊ earum quālibet ac alias eis ſurrogandi vel nominādi per ſupra dictum modum noiationis quotiens opportunum fuerit qui eandem in predictis vel ſimilem habeant poteſtatē: plenam ⁊ liberam concedimus auctē pñtium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat. ⁊c̄.

## ¶ Tamen pro neceſſitatibus infirmorum ⁊ alijs fratribus induendis.

### ¶ Queſtio. lxiij.

QUERITUR. lxiij. An miniſtri ⁊ cuſtodes qui ad hoc tenenē ex precepto ſcōm clementem: poſſint alijs ꝯmittere huiuſmodi curam. Reſpodent Innocen. Nico. ⁊ Joannes papa. xxij. ꝙ ſic: quia poſſunt hoc cōmittere aliquibus fratribus qui nō per ſe ſed per amicos ſpirituales faciant ſeu huiuſmodi curam gerāt. Amici vero ſpirituales hic

intelligũtur ſm declaratões ſummoꝝ pontificum dantes elemoſynas
aut ſubſtituti:ad quos frẽs pro prefatis pñt habere recurſum. Quin et
am ſm Nicolaũ ⁊ clementẽ pro alijs neceſſitatibus a predictis duabꝰ
pñt ad eos habere recurſum ceſſantibus elemoſynis. Petrus ioan. ad
dit. Subditi ꝓuidendo ſibi neceſſaria vbi prelati notabiliter negligunt
non peccant:quia ab omni lege neceſſitas eſt exempta ſiue excepta.

## ¶ Queſtio.lxiiij.

QVERITVR.lxiiij. Que cura ⁊ diligẽtia ſit habenda circa in
firmos. Rñdet Martinus.v.ꝙ ea ꝺ qua ſic dicit in ſtatutis gene
ralibus. Ordinamus ꝙ fribus infirmis frẽs infirmarij ⁊ frẽs alij infir
moꝝ ſeruitijs deputati ſtudeãt cum omni diligentia ⁊ ſollicitudine eis
ſeruire vel ſeruiri facere:⁊ de cunctis neceſſitatibus ꝓuidere ſeu ꝓuideri
facere teneantur. Et hoc de cõibus elemoſynis fratrũ:niſi pro neceſſita
te fratris infirmi indiſtincte fuerit aliq̃ elemoſyna deputata. Mãdamꝰ
ꝗ miniſtris ⁊ cuſtodibus:vt in ſuis ꝯuentibus ⁊ locis in quibus erũt ſi
qui fuerint infirmi pſonaliter viſitent:⁊ inquirant qualiter ꝯſuetudina
rie ꝓuidetur ⁊ ſeruitur infirmis:⁊ ſi aliquos defectus ꝯpererint:frẽs q
fuerint in ijs culpabiles ſm defectus ⁊ culpaꝝ exigentiã puniãt:⁊ defe
ctus ꝓut poterunt faciant emendari. Hec ille.

## ¶ Miniſtri ⁊ cuſtodes ſollicitam curam gerant.

## ¶ Queſtio.lxv.

QVERITVR.lxv. An liceat fratribus ꝓuidere ſibi:vtpote tpe
meſſiũ ⁊ vindemiarũ facere ꝯgregationez frumẽti ⁊ vini. Rñdet
Clemens. Nõ eſt veriſile beatũ franciſcũ voluiſſe fratres habere grana
ria ⁊ cellaria ⁊ precipue vbi quotidianis mẽdicationibus poſſent trãſi
gere vitã ſuã. Nec talia fieri debẽt:niſi vbi multuz credibile eſt ex iã exp
ptis ꝙ non poſſent vite neceſſaria aliter inuenire. Et hoc papa ꝯmittit
miniſtris ⁊ cuſtodibus ſimul ⁊ ſeparatim in ſuis adminiſtratiõibus cuz
guardiano ⁊ duoꝝ diſcretoꝝ ſacerdotũ ⁊ antiquoꝝ ꝯſilio ⁊ aſſenſu ipoꝝ
ꝯſcias onerando. Quattuor magiſtri dicunt:ꝙ penſatis hincinde ſen
tentijs regule ſolum exigente neceſſitate poſſunt ſibi fratres in poſteruz
ꝓuidere. Ita tñ ꝙ nec diuturnitate nec rerũ qualitate vel quãtitate in ꝓ
uiſione quam faciunt in rebus neceſſarijs forma paupertatis excludat.

## ¶ Et frigidas regiones.

## ¶ Queſtio.lxvj.

QVERITVR.lxvi. An fratres vti poſſint de licentia plãtoruz
pluribus tunicis. Reſpondet Nicolaus ꝙ ſic de miniſtrorũ ⁊ cu
ſtodum lnia ꝯiunctim ⁊ ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus penſatis
neceſſitatibus ⁊ alijs circũſtantijs.

## ¶ Fratres illi quibus gratiam dedit dominus laboran
di laborent fideliter ⁊ deuote ⁊c.

## ¶ Queſtio.lxvij.

QUERITUR.lxvij. An fratres ad hoc teneantur vt ad preceptum. Reſpondent quattuor magiſtri. Videtur ꝙ ſic ex forma dicendi ſcilicet ex intentione beati franciſci quam in ſuo teſtamento expreſſit dicens. Omnes fratres volo firmiter ꝙ laborent. Sed papa Nicolaus in ſua declaratione dicit: ꝙ conſiderato modo loquendi ipſius regule non videtur ea fuiſſe inſtituentis intentio ꝙ vacantes ſtudio vel diuinis officijs ⁊ miniſterijs exequendis manuali labori ſeu operatiōi ſubiacerent vel ad hoc illos arctaret: cum exemplo chriſti ⁊ multorum ſanctorum patrum labor iſte ſpiritualis tanto illi preponderet: quāto que ſūt anime corporalibus preferūtur. Ad alios vero qui in predictis ſpiritualibus operibus non ſe exercent: niſi tales aliorum fratrum licitis ſeruitijs occupentur: ne ocioſe viuant verba predicta declaramus extendi: niſi tales tam excellentis orationis ⁊ contemplationis exiſterent: ꝙ merito propter hoc non eſſent a tam bono ⁊ pio exercitio ſubtrahendi. Hec Nico. Et frater Hugo dicit. In ꝑncipio ordinis pauci erāt lrati ⁊ ſtudio vacātes ⁊ maxia erat ꝑs laborare volentiū. Oēs tales ad vitandū ociū btūs franciſc⁹ voluit laborare manib⁹. Inſup cū ipſe btūs franciſcus nō dicat ꝙ laborent manibus ſed ſimpliciter ꝙ laborent: poteſt ad laborem ſpiritualem ſic referri ſicut ad corporalem. Iuxta quod in prima regula dixerat. Serui dei ſemper orationi vel alicui bone operationi inſiſtere debent. Hec ille.

## Queſtio.lxviij.

QUERITUR.lxviij. Quomodo hoc intelligatur. gratiam laborandi. Reſpondent quattuor magiſtri. Hoc dicit artē ⁊ idoneitatem quam quilibet velut donū acceperit. Auctor conformi. dicit. Per gratiam laborandi intelligitur induſtria ⁊ ars laborandi corporis valitudine ſuffragante ⁊ vſu: quando hec ſuppetunt ⁊ in alijs non impeditur: talis gratiam laborandi habet a domino. Et hic quidem labor quo ocium beatus franciſcus intendit a fratribus euitari: multiplex eſt in ordine: videlicet in ſtudio veritatis. In exercitio humilitatis. pietatis ſeu charitatis ⁊ ceterarum virtutum. In officio predicationis. prelationis. procurationis ⁊ aliorum miniſteriorum prout ſingulis imponuntur. Quādo ergo homo aſſuetus labori in prefatis ⁊ ſimilibus nō occupatur: debet laborare ſiue manuali labore ſiue alio: ⁊ cauſa. vt euitet ocium fideliter intelligitur vtpote ſi daretur aliquid fratribus ad laborandum. Hec ille.

## Sancte orationis ⁊ deuotionis ſpiritum non extinguant.

## Queſtio.lxix.

QUERITUR.lxix. Quomodo hic intelligatur ſpiritus deuonis extingui. Reſpondent quattuor magiſtri ꝙ non dicitur extingui ſpiritus deuotionis quando non eſt ſollicitudo talis laboris ſcilicet mechanici per quā impediant ab orōnibus ſm regulam determinatis Volunt tamen fratres carnales ſub pretextu hui⁹ verbi regule ſuā ocio

ſitatem defendere: ⁊ dicunt in ſe extingui ſpiritum deuotionis: cũ eis ſu
periores aliquem laborẽ iniungunt. Hec illi. Quibus auctor cõformi.
concordans addit. frater Egidius dicebat: ꝙ orare eſt voluntatem ſui
prelati facere. Tales vero non excuſantur ſed potius incuſantur: qui ex-
ercitia ſpiritualia ⁊ ſimilia inter deuota non putant cẽſenda. Unde ⁊ glo
ſa ſuper illud. Oportet ſemper orare. dicit. Non ceſſat ſemper orare: qui
non ceſſat bene operari. Hec ille. Petrus ioan. Hic dicit. Orationes ſm
regulam determinatas intellige non solũ vt habetur in. iij. capitulo re
gule: ſed etiam vt hic dicitur. Attamen ſuper omnia deſiderare debent
habere ſpiritum domini ⁊ ſanctam eius operationẽ ⁊c. Unde chriſtus
dicit Luce. xviij. Oportet ſemper orare ⁊ nunquã deficere. Abſit enim ꝙ
illa ſola vocalis oratio diuini officij vel de pater noſter ſupra taxatis ſuf
ficere debeant viro perfecto. Immo vbi eſt euidens ꝙ opus iniunctum
ſit notabile deuotionis diſpendium: tunc precipitur contra animã ⁊ re
gulam ſuam. Et hoc eſt vnum de ijs in quibus dicit regulam non poſſe
ſpiritualiter obſeruare: ⁊ maxime ſi opera ſuperflua vel non multum ne
ceſſaria vel non pia nec multum ſpiritualia iniungãt: vt pro ſuperfluis edi
ficijs conſtruendis aut per negocijs ſecularibus pertractandis aut pro
indebitis queſtibus exquirendis ⁊ conſimilibus: pro quibus fratres a
feruore ⁊ ſpiritu deuotionis non diſtrahi nulla mens ſana diceret. Hec
petrus ioan. Sed fortaſſis clarius ſm intentionem beati franciſci. Au
ctor quoqꝫ conformi. recitat in. ij. libro dictum huiuſmodi beati patris
franciſci. Orationis gratiam vero religioſo maxime deſiderandam dice
bat: nullumqꝫ in dei ſeruitio poſſe ſine ipſa proſperari. Uolebatqꝫ ꝙ fra
tres habentes gratiam laborandi laborarent ad euitandum ocium. Sic
tamen laborarent: vt ſancte orationis ⁊ deuotionis ſpiritum non extin-
guerent: cui debent cetera temporalia deſeruire. Spiritu autem tepido
⁊ paulatim a gratia frigeſcente: neceſſe eſt carnem ⁊ ſanguinem que ſua
ſunt querere. Hec beatus franciſcus: vt auctor cõfor. refert. Interroga-
tuſqꝫ a fratribus ſi ſibi placeret ꝙ litterati iam recepti ad ordinẽ ſtudio
intenderent ſacre ſcripture: reſpondit. Mihi quidem placet: dum tamẽ
exemplo chriſti qui magis oraſſe dicitur ⁊ legiſſe: orõnis ſtudi-
um non amittant.

## Queſtio. lxx.

QUERITUR. lxx. An frater non occupatus in licitis per obe-
dientiam teneatur orare. Reſpondeo ſecundum verba ſancti bo-
naventure in quodam ſuo opuſculo quod incipit. religio mũda ⁊ imma
culata: vbi ſic ait. Ora ergo chariſſime frater ⁊ te in oratiõe exercc; quia
pauperi non oranti eterna ſupplicia promittuntur. Ait enim Bernar-
dus. Ora frater inſtanter ora: quia ille dicitur habere tunicam mixtam
ſanguine: q carnẽ ſuã nutrit de pauperũ ſudore: niſi recõpẽſet in deuota
orõne ⁊ grãꝛ actiõe. Cãtãdo enĩ inqt nobis iſta bona ꝑueniũt: graues
enĩ ꝑ eis effunde gemitus. Alioquin q̃ hic in delitijs ſumitꝫ: in tormẽtis
euometis. Hec ille. Studeamus ergo tanto frequentius ⁊ moroſiꝰ cũ
feruore dilectionis orare: quanto nobis maiora beneficia ꝯferunt. Hec

ſanctus Bonauentura. ibi. Qui ⁊ in quarto ſenten. di. xv. q. vlti. dicit: ꝙ omnis oratio ex charitate facta ſatiſfactoria eſt. Illa tamē inter omnes ſatiſfacit: que eſt magis gemebunda: ⁊ in qua maior clamor cordis ē ad deum pro venia peccatorꝝ. Hec enim eſt in qua deus maxime delectať: cum homo ad gemitū accenditur. Sed in aliquibus eſt vocalis: ⁊ in aliq̄bus eſt mentalis. Verūtamen, cum verba impediant affectū: q̄r orās ſic inflāmatus eſt ꝙ immediate fertur in deum: tali vtilior eſt oratio mētalis. Si autem iuuatur affectus: vtilior eſt vocalis. Hec ille. ¶ Sequitur. Cui debent cetera temporalia deſeruire: ideſt ſpūi quo ipſi immortales ſumus: potiuſq̄ vitā ei⁹ q̄ corporis diligere debemus. Hec auctor cōfor.

## ¶ De mercede vero laboris pro ſe ⁊ ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant

### ¶ Queſtio. lxxi.

QVERITVR. lxxi. Quid poſſunt fratres recipere pro mercede ſui laboris preter denarios vel pecuniam: q̄ hic eis ꝓhibenť. Reſpondent quattuor magiſtri: ꝙ nec aurū. nec argentum. nec vllam materiam preciabilem ſicut pelles coria. lanā ⁊ hmōi: q̄r eaꝝ receptio ꝓprietatem inducit. Sed aliq̄ dicūt: ꝙ poſſunt accipere materiā impreciabilem vt iūcos de quibus ſtoria ⁊ calathi conficiuntur. Quicquid enim preciꝑuenit in tali eſt ex arte ⁊ magiſterio: nō autem ex ipſius rei valore. Addit auctor conformi. Nec iſtud fratres recipere poſſunt: q̄r calathi ⁊ talia nomine fratrum venderentur: qđ eſt eis interdictum: vt dicetur in ſequenti capitulo. Aluarus quoq̄ de planctu eccleſie dicit. Omnino contra regulam eſt: ꝙ fratres ſcribant libros vel faciant ſportas horologia ⁊ alia mechanica: vt pro hmōi recipiant preciū pecuniarum. Et idem dicendū de ijs q̄ pro cōitate nolunt laborare ex aliquo artificio ſi eis nō retribuatur: cum certum ſit ꝙ opera eoꝝ debeant in manibus prelatorum poni. Unde deteſtandi ſunt qui iſta diſtrahūt ſicut volūt: ⁊ multo magis q̄ ſcribūt libros ad vendendū: ⁊ emūt vt carius vendāt ſicut mercatores. lxxxviij. di. in palea ⁊c. quoniam nō cognoui extra ne clerici vel mona. per totū. Hec aluarus. Tamen hodie ꝑ conſtitutionem Martini quinti in hoc eſt regula. relaxata ſeu diſpenſata. Nam ibi dicitur in. v. capitulo. Merces vero laboris ſi pecuniaria fuerit: per ſoluentem ſtatim conſignetur ꝓcuratori cōuentus ſeu loci. Sed an fratres tali diſpenſatione tuta conſcientia vti poſſint: vide ſupra queſito. xlvi. argumento illorum que ibi dicunt q̄ttuor magiſtri. Subdit ergo auctor conformi. Videtur ergo dicenduʒ: ꝙ pro laboris mercede fratres nō poſſint recipere quamcūq̄ materiā: nec in ipſam operari vti in datā eis ꝓ mercede laboris: ſed ſuum laboritium in alterius materiaʒ debent exercere pro habendis neceſſarijs. Et hoc eſt quod dicit beatus franciſcus: ꝙ fratres pro ſe ⁊ ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant preter denarios vel pecuniaʒ. Et ſic nec materiā que vendatur ad quam materiam ꝓprietas cōmitatur ⁊ dominiuʒ. Inter dicitur etiam quodcūq̄ pactum faciendum pro mercede laboris habenda. Et hoc oſtendit beatus franciſcus dicēs. Et hoc humiliter ſicut decet ſer

nos dei ⁊ paupertatis ſanctiſſime ſectatores. Quia non cum lite eſt petēda ⁊ tanꝗ eis danda ex debito: ſed vult ꝙ quicquid datur pro neceſſitate accipiatur ſine lite ⁊ cum humilitate: magis habendo reſpectum ad elemoſynam ꝗ ad mercedem. Hec ille.

## ¶ Fratres nihil ſibi approprient ⁊c.

### ¶ Queſtio. lxxij.

QUERITUR. lxxij. Quid eſt appropriare? Reſpōdent. iiij. magiſtri: ꝙ eſt rem ſuam facere ſiue in ſuum dominiū cōuertere. Sua autem res eſt: q̄ tranſit in arbitrij facultatem vt de ea faciat habens quod vult vtendo. cōmutando. pignorando ⁊ huiuſmodi. Proprietas autē rerum mobilium ⁊ immobiliū quarum fratres tantum ſimplicem facti vſum habere poſſunt vt per hec verba regule declarant papa Grego. ix. Innocen. iiij. Nicolaus. iij. ⁊ Clemens quintus. ad ſedem apoſtolicam ꝑtinet vt dictum eſt ſupra: niſi ſm Nicolaum. iij. concedentes ſibi reſeruarent dominium. Quia ſi nō eſt eccleſia vel cimiterium quorum proprietatem vult ad ſedem apoſtolicam pertinere: aliarum rerum proprietas remanet penes cōcedentē. De hoc habes diſtinctius infra littera. G.

### ¶ Queſtio. lxxiij.

QUERITUR. lxxiij. An fratres poſſint emere vel ſolutionē facere pro re iam empta. Reſpondent quattuor magiſtri. Videt dicendum ꝙ emere dicitur tribus modis. Uno modo dicitur emere: de ꝑcio rei emende cōuenire. Alio modo dicitur ſolutionem rei empte procurare. His duobus modis poſſunt fratres emere. Tertio modo dicit emere. pecuniam vel precium pro re dare. Et hoc modo fratres non poſſunt emere. Hec illi. Quamuis Aluarus vbi ſupra dicat. Fratribus non licet ſm regulam cum ſcriptoribus vel alijs artificibus pactum de dando tantum precium. conuentionem. promiſſionem vel obligationem aliquam facere. Hec aluarus. Addens: ꝙ ſicut non licet fratri cum burſario ꝑ contractas, ⁊ loca, ⁊ regiones ire: ita nec pactum cū hoſpite facere.

### ¶ Queſtio. lxxiiij.

QUERITUR. lxxiiij. Utrum liceat fratribus vendere. Reſpōdent quattuor magiſtri: ꝙ vendere vno modo dicitur rem propriā in alienum dominium tranſmutare pro precio: ⁊ hoc modo vendit ille q habet dominium rei: quo modo non poſſunt fratres vendere. Alio modo dicitur vendere: de re aliena precium accipere: ⁊ hoc modo licet fratribꝫ vendere: inhoneſtum tamen eſt ſm eorum profeſſionem ⁊ turpe. Hec illi. Sed de hoc dicitur in generalibus ſtatutis ordinis ſcilicet Guillelmi farinerij. Nullos frater libros ſcribi faciat ad vendendum: nec habitus vendat in ordine carius ꝗ ſint empti. Et de hoc Nicolaus in ſua declaratione ait. Quia dominium librorum ⁊ aliorum mobilium quibus fratres vtuntur ad prefatā eccleſiam ſpectare dignoſcitur: que mobilia interdum expedit vendi ſeu etiam cōmutari: concedimus vt cōmutatio ta

lium ad eas res quarum vſum licet fratribus habere de generalis ⁊ pro
uincialium auctoritate procedat. Si vero huiuſmodi res eſtimato precio
vendi contingat: cum fratribus ipſis per ſe vel per alium recipere pecuni
aꝫ nō liceat: ordinamꝰ ⁊ volumus: ꝙ precium predictarum rerum per p
curatorem recipiatur ⁊ expendatur in rem licitam, cuius vſum licet fratri
bus habere. Hec ibi. Et Aluarus addit: ꝙ non ſolum per procuratorem
romane eccleſie licet fratribus emere. vendere ⁊ ceteros contractus face
re: ſed etiam per miniſtratores pecuniarum ⁊ per veros dominos donā
tes eas. Qui vero vendunt. donant. emunt ⁊ alios contractus auctoritate
propria faciunt: proprietarij ſunt. Contra quod habetur. liiij. di. c. abbati.
xij. q. i. c. non dicatis. Item nec per alios a predictis licet vēdere vel eme
re etiam cum licentia prelatorum: quia ſic eſſet per interpoſitam perſonā
accipere ⁊ dare pecuniam contra regulam ⁊ eius declarationes. Nam q
per alium facit: per ſe facit. extra de reſtitu. ſpoli. c. cum veniſſet. Et quia
emptio ⁊ venditio ſine precio non procedit. ff. eodem. l. ij. inſtitu. eo. §. i.
tales contractus ad veros dominos ⁊ pprietarios ſolū ptinēt. Hec ille.

## ¶ Queſtio. lxxv.

QUERITUR. lxxv. An fratribus liceat mutuare. Reſpondent
quattuor magiſtri: ꝙ mutuare proprie dicitur de meo tuuꝫ facere:
⁊ hoc modo non licet fratribus: qꝛ eſt contractus proprietatis. Hec illi.
Et ſic non poſſunt fratres ſm profeſſionem ſuam alijs perſonis mutua
re: ſed mutuum bene poſſunt recipere: eo tamen modo: quem poſuit Ni
colaus in ſua declaratione: dicens ꝙ quando fratres indigent nec inue
niunt offerentem ſed inueniunt ſolum eis mutuare volentem: poſſunt ta
li dicere: ꝙ laborabūt fideliter ꝙ per elemoſynas ⁊ amicos fratruꝫ ſatiſ
facient eidem. Et quattuor magiſtri ſimiliter dicunt. Alio modo mutua
re dicitur improprie bona fide ad procurandum omnino ad faciendū ſo
lutionem ſe obligare: ⁊ hoc modo poſſunt fratres mutuare.

dar pſtado

## ¶ Queſtio. lxxvj.

QUERITUR. lxxvj. Quid de cōtractu cōmodati. an liceat fra
tribus. Reſpondent ijdem magiſtri: ꝙ hic contractus differt a mu
tuo in quo transfertur dominium: ſed cōmodare non. Cōmodatio enim
vno modo importat reſtitutionem rei: ⁊ hoc modo fratres qui nihil pñt
habere: non poſſunt aliquid in cōmodatuꝫ accipere. Aliomodo poteſt di
cere procurationem vel ſollicitudinem rei reſtituende bona fide: ⁊ hoc mo
do non importat obligationem realem: ⁊ ſic poſſunt. Hec illi.

## ¶ Queſtio. lxxvij.

QUERITUR. lxxvij. An fratres poſſint locare opas ſuas. Re
ſpondent quattuor magiſtri: ꝙ ſi locare dicat cum pacto de merce
de cōuenire: fratres non poſſunt. Si vero dicat ſine pacto mercedem ſuā
expectare: poſſunt. Hec illi.

## ¶ Queſtio. lxxviij.

QUERITUR. lxxviij. An fratres poſſint cōmutare res ſuas qs
habent in vſum. Reſpondent prefati magiſtri: ꝙ rem aliquam in

aliaꝫ ſua auctᷓte cõmutare nõ poſſunt ſed auctate eccl'ie: quã licentiã papa Nico. in ſua declaratione concedit generali ⁊ prouincialib⁹ miniſtris vt ſupra habes. 74. q̃ſito: vel etiã auctate dñi q rem dedit accepta vel preſumpta poſſunt fratres res ſibi conceſſas ad vſum in alias magis neceſſarias cõmutare. Hec illi.

## ¶ Queſtio. lxxix.

QUERITUR. lxxix. An fratres poſſint res impignorare. Reſpondent predicti: ꝙ alicui rem vt ſuã nõ pñt obligare: ſed auctate dñi rem ſibi conceſſam pro neceſſarijs pñt obligare. Hec illi.

## ¶ Queſtio. lxxx.

QUERITUR. lxxx. An frẽs pñt donare. Reſpondẽt ijdeꝫ. iiij. magiſtri: ꝙ cũ nullã reꝫ habeant ꝓpriã nõ pñt tribuere: tñ auctate dñi p̃ſumpta vel habita licentia rẽ ſibi ad vſum cõceſſaꝫ pñt alicui cõcedere. Hec illi. Sed de hoc papa Nico. in ſua declaratione ſic dicit. De vilibus aũt mobilibus nihil vel parũ valentibus ex pñti nr̃a conceſſione liceat fratribus pietatis ſiue deuotionis intuitu vel pro alia honeſta ⁊ rationabili cauſa (obtẽta prius ſuper hoc ſupioꝝ licentia) iuxta quod inter fratres in generali vel prouincialibus capitulis tam de ipſis rebus vilib⁹ q̃ꝫ de prefata licentia ſcꝫ a quibus vel qualiter ſit habenda extiterit declaratum: intra ⁊ extra ordinem alijs elargiri. Hec Nicolaus.

## ¶ Queſtio. lxxxi

QUERITUR. lxxxi. Nũqd oporteat frẽs ꝓ pẽnis. filo. acub⁹. ⁊ hmõi minutis ire ſp ad p̃latũ. Reſpondet auctor cõformi: ꝙ frater Hugo dicit ꝙ habere in talibus licentiã generalẽ a p̃lato credit ſufficere. Et ſi iſta cõcedatᷣ: p̃ſumẽdo de volũtate p̃lati ꝙ cõtentus ſit: põt: ita tamen ꝙ ſtatim denũcietur p̃lato vel res ſic data preſentetᷣ ſi fieri poteſt, aliter de appriatione arguitur ⁊ furto: qꝛ ſine licentia retinet. Qꝛ vero religioſi proprium abdicantes nõ poſſint dare aliquid vel recipere ſine licentia prelati: hoc aſſerit beatus Auguſtinus. Quanto magis fratres minores nihil habentes nec in ꝓprio nec in cõiᷣ Hec auctor prefatus. Aluarus idem affirmat dicens. Sine licentia prelati aliquam rem recipere vel dare eſt contra regulam. 12. q. 2. nõ dicatis. ⁊ extra de ſtatu mona. c. cũ ad monaſteriũ. §. primo. Similiter cõuertere rem in vſum ſpecialeꝫ alijs fratribus cõem ſine prelati licentia. Item per dies eũdo extra locum claues cellarum prelato nõ aſſignare. Claues quoqꝫ ſcrinioꝝ vel quorũcũqꝫ repoſitoꝝ vbi fratres habent libros, vtenſilia ⁊ ſupellectilem ne fratres vtantur illis. Non aſſignare librum vel aliam rem cuius fratres communem vſum habere debent: cuꝫ re illa nõ vtitur nec vti neceſſe eſt in breui: fratribus petentibus non preſtare. Nam illud eſt vſum appropriare: reꝫ quamcunqꝫ prelato celare vel eo iubente non ſtatim aſſignare: habere libros duplicatos eiuſdem tenoris. De rebus cõmunibus pluſq̃ꝫ velit p̃latus vel officialis tollere vel ſi Prelatus vſum rei alicui fratri tollat murmuret ⁊ turbetur ⁊ coram Prelato ſuperiore conqueritur: hic vere eſt proprietarius, qꝛ p̃latus vſum habet tollere ⁊ dare fr̃ibus ſicut vult,

Item ꝓmiſſionē alicui facere de re ſibi facienda ſine licētia prelati: quia qui non eſt ſuus non poteſt ſe alteri obligare, arg. liiij. di. ſi ſeruus. Item quodcūq; votum ſine licentia prelati facere: quia vere expropriatus eſt ſic loquendo non habet corpus nec animam ſed totus eſt prelati, ad hoc xx. q. iiij. monachi. Item coram ſuis prelatis de re aliqua cū aliquo fratre contendere vel abſq; prelatis ius ſuum allegare: quia nullum ius vero fratri minori competit. Sed dicere debet prelato ſimpliciter, fac ḋ re hac quod vis. Quid ergo de fratribus qui coram prelato non ſolum de libris ⁊ alijs ſupellectilibus: ſed etiam de pecunia litigant ſicut ſi ſua eſſet pecunia? Et vere ſua eſt quantum ad voluntatē: cū tñ petitio ⁊ repetitio domino reponenti pecuniam ⁊ non fratri competat. Ceciq; profecto ſunt prelati: qui ſuper queſtionibus pecuniarijs audiunt huiuſmodi preuaricatores. Item contra regulam etiam eſt ſibi appropriare: qñ frater propria voluntate ⁊ importunitate multis ānis ī loco vel cella ꝑmaneret. De hoc ſic dicitur in ſtatutis guillelmi fari. Miniſtri cum inuenerint aliquem fratrem appropriatorem alicuius loci: teneantur ipſuꝫ expellere. Appropriator autem dicitur qui habens obedientiam recedēdi: procurat eam per preces ſecularium reuocari. Sequitur Aluarus. Item rem in vſum conceſſam, in alium cōmutare: ⁊ panem elemoſynarium, oleum, vinum, legumina ⁊ huiuſmodi in re alia eſcibili diſtrahere vel commutare. Item elemoſynam pro neceſſitate ingruenti depoſitaꝫ non ſtatim expendere vel in alia neceſſitate illam expendere. Item facere ſibi de elemoſyna conuentus prouideri, elemoſynam ſibi primo aſſignatam pro alijs futuris neceſſitatibus conſeruare. Nam certum eſt infirmos fratres habentes elemoſynas ⁊ non expendentes ſed neceſſaria de conuētu recipiētes: eſſe ꝓprietarios. Hec omnia Aluarus. Et ſic tibi pateat quō intelligendū ſit.

## ¶ Queſtio. lxxxij.

QUERITUR. lxxxij. An fratre moriente qui elemoſynā pecuniariam depoſitam habebat: prelatus eius poſſit illā ſibi aſſignari facere ab eodem fratre. Reſpondet Aluarus ꝙ hoc nullo modo poteſt: ⁊ ſic faciendo preuaricator eſt regule. Unde nec ſibi nec pro cōitate fratrum retinere eam poteſt. Et ratio eſt: quia ordo ne duꝫ in pecunia in qua nihil habet facere: ſed nec in re aliqua fratri ſuccedit. Pecunia autem que pro illo fratre depoſita fuerat reddit ad dominum qui eam depoſuerat ⁊ quo antea tenebatur, vt in. c. exijt. ⁊ in clementina exiui. de ṽbo. ſigni. Sed ſi non inueniatur deponens aut heres eius: illam pecuniam que ſtabat pro fratre mortuo habet dioceſanus epiſcopus pro deponentis diſpenſare anima: ſicut habet facere de incertis: quia ipſe eſt ⁊ eſſe debet diſpenſator ⁊ pater pauperum principalis, xij. q ij. ſancimꝰ. ⁊. c. ꝯceſſo. ⁊. c. quattuor. Alia vero que habebat frater ille: ad vſuꝫ remanent ordinis quādiu rerum illarum dator ⁊ ꝓprietariꝰ patiatur. Quia donator non potuit transferre in ordinem proprietatis non capacem etiā in cōi ꝓprietatē illarū reꝝ quā ordini vel fri ad vſū tm̄ ꝯcedere potuit vſq; ad ſue vl' ſuoꝝ heredū bñplacitū volūtatis. Nō, n, donator po

tuit vel teſtator facere quin in donatione ſua vel legato leges eccleſie ⁊ declarationes locū haberent fratrum minorum proprietatis incapacium. extra de teſtamentis, requiſiti. Uſus aūt illarum rerum diſpenſabitur ꝑ prelatos ordinis fratribus ſicut eis videbitur expedire. vt in dicta decre. cxyt. Hec aluarus.

## ¶ Tanq̄ꝫ peregrini ⁊ aduene in hoc ſeculo.

### ¶ Queſtio. lxxxiij.

QUERITUR. lxxxiij. Quam paupertatem fratres tan q̄ꝫ peregrini in hoc ſeculo teneantur obſeruare. Reſpondēt quattuor magiſtri: ꝙ paupertatem perfectam q̄ cum paupertate ſpūs nec ſuperfluū nec neceſſarium vite tanq̄ꝫ ꝓprium retinet: ſed ex dei prouiſione pendet. Que paupertas dicitur mendicitas. Addit auctor confor. Attamen ſciēdū ꝙ nō eſt mendicandum niſi ad neceſſitatem ⁊ non ad ſuperfluitatem: quoniam ſic eſſet accipere alienū. Et pretendere humilitatem vbi nō eſt: hipocryſis eſt. Adiungens ꝙ ex priuilegio Grego. noni. Inno. iiij. ⁊ Alex. iiij. qd̄ eodem modo incipit. Uobis extremā patientibus ꝑ chriſti nomine neceſſitatem vel paupertatem: fratres poſſunt cōmorari in terris excōicatorum ⁊ ab eis petere neceſſaria vite ⁊ recipere. Quod etiam eſt cōfirmatum in mari magno Euge. iiij. De hoc inuenies infra. in lra. M.

## ¶ Et ſiquis eorū in infirmitatem ceciderit; alij frēs ⁊c.

### ¶ Queſtio. lxxxiiij.

QUERITUR. lxxxiiij. An fratres teneantur ad hoc ex precepto regule. Reſpondet Clemens ꝙ ſic. Sed de prouiſione habenda circa infirmos: dictum eſt ſupra queſito. lxiiij.

### ¶ Queſtio. lxxxv.

QUERITUR. lxxxv. An generalis miniſter ⁊ ꝓuinciales poſſint ſibi aliquos caſus reſeruare. Reſpondet auctor confor. Patet ex regula q̄ preſupponēdo ꝙ ſic: dicit fratribus qd agendum. Unde generalis miniſter in generali caplo ⁊ ꝓuinciales in prouincialibus poſſunt ordinare de caſibus quibuſdam: vt ad ipſos ſolos pro abſolutione recurrat. Poſſūt ergo determinare ꝓpter q̄ peccata dum fiunt publice recurratur ad miniſtros pro ipſis ⁊ pro quibus nō ⁊ ſic de occultis. Ceterū Grego. nonus. ⁊ Innocen. iiij. de quibus hic intelligat regula dicunt in ſua declaratione: ꝙ ad peccata publica refertur ⁊ nō ad occulta. Et vult Innocen. ꝙ cum peccata prefata fuerint occulta: per generalem ⁊ ꝓuinciales miniſtros deputent frēs q audiant taliū confeſſiones: niſi ipſis miniſtris aut cuſtodibus adeorꝫ loca declinātib⁹ maluerint confiteri. Poſſūt nihilominus miniſtri quādo publica ſunt alijs abſoluēda cōmittere ſm ipſum Inno. De hoc videbis infra in littera. L. ⁊ S.

### ¶ Queſtio. lxxxvj.

QUERITUR. lxxxvj. Qui ſūt caſus hodie miniſtris reſeruati ꝓuincialibus. Reſpondet Martinus quintus in ſuis conſtitutionibus ꝙ ſeptem ſunt hi. Peccatum inobedientie cōtumacis. Proprie

tarie rerum detentionis. Lapſus carnis. furtū rei notabilis. Iniectio ma
nuū violenta. falſum teſtimonium in iudicio factum. Compoſitio vl' ꝓ
iectio aut publicatio libelli famoſi. falſificatio ſigilli cuiuſcūq; perſone
notabilis. falſa criminatio in infamiam cuiuſcunq;. A quibus caſibus ſi
frater aliquis ministro prouinciali inferior abſq; licentia abſoluere p̄ſum
pſerit: ipſo facto actibus legitimis ſit priuatus ſiue ſuſpenſus. Et ſi legi
time fuerit deprehenſus: carceri mancipetur. Hec ibi. Et nota ꝙ hic po
nitur ſimpliciter lapſus carnis ⁊ nō tactus impudic⁹ vt in ſtatutis Gui
llelmi farine ponebatur. Ceterum in bulla ſanctiſſimi domini noſtri Ca
lixti de hoc dicitur. Generalis miniſter abſolutionem eorum qui votum
caſtitatis tranſgreſſi ſunt ⁊ in poſterum tranſgredientur (ſi ad eum pro
abſolutione acceſſerint) per ſeipſum impendere poſſit. Et nihilominus
pro eodem delicto ad cuſtodes vel vicarios prouinciales dumtaxat coſ
dem remittere teneantur ⁊ debeant. Qui illam per ſe exerceant: nec eam
cōmittere poſſint niſi guardianis locorum delinquentium eorundē. Hec
ibi. Sed ⁊ in ſtatutis ipſius Guillelmi declaratur ꝙ inobedientia cōtu
max eſt: quando quis trina monitione premiſſa factis congruis interual
lis per diem naturalem inobediens perſeuerat. Subditur ꝙ ſi alicui fue
rit cōmiſſa auctoritas abſoluendi a predictis caſibus a miniſtro ⁊ cōtin
gat miniſtrū mori vel ab officio amoueri: talis cōmiſſio penes ipſū cui
data fuerat remaneat, donec miniſter in prouincia habeatur. ¶ Et nota
circa denūciationem predictorum caſuum faciendam prelato ꝙ Ricar.
in. iiij. di. xix. ar. iij. q. i. dicit: ꝙ ſi peccatum eſt occultum ⁊ non ſperetur cor
rectio: nō tenetur frater ſubditus qui ſcit hoc premittere monitionē euā
gelicam dum vult peccatum prelato denūtiare. Sed ſi ſperatur correctio
(que tamen ſemper ſperanda eſt: niſi per ſigna ꝓbabilia contrarium vi
deatur) tunc ex precepto diuino debet precedere monitio denūtiationē.
Non tamen ſecretam que ſoli prelato ſit: maxime quando denūtians ꝑ
obedientiam ſui prelati compellitur: etiam ſi frater per ſecretam moniti
onem iam correctus ſit: qr valet ad precauendum a recidiuo: niſi ꝑ ſigna
valde probabilia ⁊ preſumptiones quaſi violentas crederetur ꝙ eſſet in
p̄iudicium fame iam correcti: eo ꝙ prelatus non eſt talis qualis eſſe de
bet: quo caſu non tenetur denuntiare. Hec Ricardus cum Alexandro
lombardo.

## ¶ Queſtio. lxxxvij.

QUERITUR. lxxxvij. A quibus caſibus miniſtri ⁊ eorum vica
rij ⁊ cuſtodes poſſunt abſoluere ſubditos ſuos ⁊ cū eis diſpenſare:
necnō ⁊ ipſi abſolui a ſuo confeſſore ⁊ diſpenſari. Reſpondeo vt in mari
magno Eugenij quarti habetur. Ab omnibus ſententijs interdicti aut ſu
ſpenſionis a iure vel a iudice generaliter promulgatis ⁊ ab omni irregu
laritate: niſi in predictis adeo enormis exceſſus extiterit: ꝙ merito ſint p̄
dicti ad ſedem apoſtolicam deſtinandi. Sed ⁊ ipſe Eugenius poſtea con
ceſſit ꝙ ab omnibus cenſuris ⁊ irregularitatibus preterq̄ʒ bigamie, ho
micidij voluntarij ⁊ mutilationis membrorum. Ceterum de ingredien
tibus religionem iſtam quomodo ſimiliter abſolui poſſint habes ſupra.

Et addẽ ꝙ fratres noſtri ordinis non poſſint excommunicari a prelatis ſecularibus vt epiſcopis, archiepiſcopis, ꝛ huiuſmodi per priuilegia ordini conceſſa: niſi vt addunt aliqui ratione delicti: vt ſi intrarent monaſterium aliquod cauſa turpiter agendi propter quod a ſtatuto ſynodali eẽt excõmunicationis lata ſententia: ſed non ſi cauſa boni ſimpliciter intrarent vel ignoranter.

¶ Teneantur ſine mora ad ſuos miniſtros recurrere.

## ¶ Queſtio. lxxxviij.

QVERITVR. lxxxviij. An fratres teneantur ad hoc vt ad preceptum: Reſpondeo ꝙ ſic. Quia vbicunqꝫ in regula ponitur hoc verbum teneantur habet vim precepti vt dicit Clemens in ſua declaratione. ¶ Ipſi vero miniſtri ſi preſbyteri ſunt. Nota hic ꝙ fratres noſtri ordinis niſi in articulo neceſſitatis vrgentis non poſſunt confiteri alicui extra ordinem. Jmmo nec fratribus etiam ipſius ordinis ſacerdotibus ſine licentia ſuorum prelatorum vt dicit Boniſa. viij. in ſuo mari magno. Articulus autem neceſſitatis ſm auctorez conformi. eſt: cum videlicet deficerent ſacerdotes in ordine, Statuta quoqꝫ generalia ſcilicet Guillel. farine. ponũt ꝙ ſinguli fratres de conſcientia guardiani ſui ſuos habeãt confeſſores quibus bis ad minus in ebdomada confiteantur. Circa hãc queſtionem vide que habentur infra in conſtitutionibus farine. capi. vij. ¶ Et caueant ne iraſcanť. i. corde triſtentur. vel cõturbentur. i. verbis turbatorijs irritentur prelati contra peccantes: qꝛ dulciter. benigne ꝛ miſericorditer debent eos recipere ꝛ tractare, cum predictis enim non oſtenderent dilectionẽ. Unde ſubditur, Jmpediũt charitatẽ, ſcilicet fraternã.

¶ Uniuerſi fratres vnum de fratribus iſtius religionis teneantur ꝛc.

## ¶ Queſtio. lxxxix

QVERITVR. lxxxix. Qualiter electio generalis miniſtri ſit celebranda. Ad quod reſpondet Martinus quintus in ſuis conſtitutionibus: ꝙ a miniſtris ꝛ cuſtodibus in capitulo pentecoſtes vt regula dicit. Ipſi autem electores talem in tanta religione ſtudeant habere paſtorem: qui ſcientia. moribus ꝛ vita ꝛ exemplo, magis valeat prodeſſe: ꝙ̃ ambitioſe preeſſe omnibus ſibi cõmiſſis: omni poſtpoſito amore. odio. timore. prece. precio ꝛ rancore, Qꝛ ſi ſecus factum fuerit: electio nulla ſit ꝛ electores voce actiua ꝛ paſſiua perpetuo ſint priuati. Hec ibi. ¶ Sed nota ꝙ Gregorius nonus. Jnnocen. iiij. Nicolaus, iij. ꝛ Clemens. v. dicunt: ꝙ pro vnaquaqꝫ prouincia ſoluz cuſtos vnus accedat: qui ab alijs cuſtodibus prouincie eligatur: cui vices ſuas committant quantum ad electionẽ generalis miniſtri. Et Boni. i ſuo mari magno dic. Qꝛ cũ frẽs de remotis ptib⁹ oporteat ad hmõi electionẽ cõuenire: tẽpus a iure ſup hoc ſtatutũ nõ currit: nec ipſi in hac pte a iuris rĩis coarctãť. Itẽqꝫ. Eo ipſo ꝙ ſunt electi, i, electõis decretũ puinciatũ. verus generalis abſqꝫ alia

confirmatione habeat. Hec Bonifa. Et Eugenius in ſuo mari magno. In bulla vero Caliſti.iij.additur. Ordinamus ꝙ ⁊ cuſtodes ſeu vicarij de obſeruantia nũcupati in eodem generali capitulo ad electionẽ generalis miniſtri vocem actiuam tantum habeant.

## ¶ Queſtio.xc.

QUERITUR.xc. An generalis miniſter poſſit immutare ea q̃ per ipſum ⁊ generale capitulum ſunt ordinata. Reſpondet Martinus quintus vbi ſupra ꝙ nõ: iuxta declarationem quattuor magiſtroꝝ in ijs que tangunt regule puritatem ſine aſſenſu capituli generalis. Item ꝙ ipſe generalis nullam exactionem pecuniarum facere poſſit: necꝫ pro confirmatione miniſtroꝝ vel viſitatione ꝓuinciarum vel viagio vel veſtiario vel litteris officiorum aut ſuffragiorum ſiue quacunqꝫ occaſione vel colore. queſitis. Qꝫ ſi ſecus fuerit attentatum: ipſo facto officio ſuo ſit priuatus: nec teneantur fratres vlterius ſibi obedire. Et ſi exinde in poſterũ officium generalatus preſumpſerit retinere: ipſo facto ſit priuatus, infamis ⁊ inhabilis ad quecũqꝫ officia, honores ⁊ dignitates tam in ordine q̃ꝫ extra ordinẽ. Hec Martinus.

## ¶ Queſtio.xcj.

QUERITUR.xcj. Qualiter electio vicarij vicarioꝝ fratrũ de obſeruantia nũcupatorum fieri debeat. Reſpondeo vt habet̃ in ꝑfata bulla dñi Caliſti.iij. Ubi ſic dr̃. Omnes cuſtodes ſeu vicarij prouinciarum eiuſdem familie ⁊ diſcreti ad capitulum generale teneantur accedere. In quo poſtqꝫ vicarius vicariorũ officio vicariat⁹ ceſſerit: prefati cuſtodes ſeu vicarij ⁊ diſcreti ꝓſidente generali vel aliquo ab eo deputato ſi ipſe intereſſe noluerit. aſſumptis duobus ſcrutatoribus ex numero vocalium: aliorum vota ſcrutentur: ⁊ tres ex eiſdem fratribus de obſeruantia nũcupatis nominent quoꝝ vnum generalis miniſter in vicarium vicariorum ſeu cuſtodum de obſeruantia inſtituat. Qui ſic inſtitutus vl' cõfirmatus teneatur hmõi inſtitutioni vel confirmationi conſentire: nec poſſit ſine cauſa vel iuſto impedimento renũciare. Et ſi forſitan aliqua cõtrouerſia circa noiationẽ. inſtitutionẽ vel confirmationem hmõi oriretur: nominetur in eodem capitulo alius ab eiſdem fratribus de obſeruantia dictis qui preſit ⁊ faciat ea q̃ incũbũt: quouſqꝫ controuerſia hmõi ſopiatur. Prefatus vero inſtitutus poſtqꝫ acceptauerit: generalis predict⁹ cõmittat illi vices ſuas: ⁊ nihilominus eandem auctatem ⁊ poteſtatem in fratres de obſeruantia nũcupatos habeat quam dictus generalis. In q̃ quidem electione vel confirmatione celebranda ſi vocales deficerent ad nominationem predictorum trium: ſuppleatur ex prefatis fratribus de obſeruantia nũcupatis. Hec ibi.

## ¶ Queſtio.xcij.

QUERITUR.xcij. Qualiter cuſtodũ ſeu vicariorum de obſuãtia nũcupatorum electio facienda ſit. Reſpondet idem in eadẽ bulla: ꝙ miniſtri ꝓuinciales per ſe ipſos vel (eis legitima cauſa impeditis) ab ipſis deputati electioni vicarioꝝ vel cuſtodum ꝓuincialium de obſer

uantia nuncupatoꝝ intereſſe poſſint. Qui vna cũ duobus ſcrutatoribꝰ
de numero vocalium eligendis: vota aliorum ſcrutentur. Et qui a maio
ri parte fuerit noiatus ⁊ electus vicarius ſeu cuſtos per eoſdē miniſtros
prouinciales in ſingulis prouincijs confirmetur, ſit ⁊ pro tali habeat.
Et ſi aliqua controuerſia ſuboꝛiretur: interim vnus eligatur ab eiſdez in
ipſo caplo qui preſit ⁊ alia faciat que incũbunt: ⁊ de alijs nullatenus ſe
intromittat. Guardiani vero inſtituti in congregationibus prouinciali-
bus predictoꝝ fratrum de obſeruantia nũcupatoꝝ legãt in tabulis pro
uincialiũ caploꝝ. Similiter aũt ꝯfeſſores ⁊ ꝑdicatores in ꝯgregatiõibꝰ
prefatis electi: in eiſdem prouincialibus capitulis confirmētur. Nec ibi.

¶ Teneantur predicti fratres quibus electio data eſt: in nomine domini alium ſibi eligere ⁊c.

## ¶ Queſtio. xciij.

QUERITUR. xciij. Quibus ex cauſis miniſtri ⁊ cuſtodes tene
antur eligere alium/ordinis generalē. Reſpondet Auctoꝛ confoꝛ.
ꝙ duabꝰ de cauſis. Prima eſt per inſufficientiã perſone: duz dicit in re
gula. Predictũ miniſtrũ nõ eſſe ſufficientē ad ſeruitiũ. Scda eſt ꝓpter
infirmitatē vel aliam impotentiã quibus non poſſet viſitare viſitanda.
Et hoc ꝯſidit regula cum dicit. Et cõem vtilitatē fratrũ. Uel etiã cõis vti
litas fratrũ eſt: vt non ſit oneroſus fribus in expenſis.

¶ Fratres non predicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi cum ab eo illis fuerit contradictum.

## ¶ Queſtio. xciiij.

QUERITUR. xciiij. An fratres per predicta verba intelligan
tur prohiberi predicare in tota dioceſi alicuius epiſcopi. Reſpon-
det Auctoꝛ confoꝛ. ꝙ nõ: ſed intelligitur in eccleſia cathedrali. Quia fra
tres in locis proprijs ⁊ monaſterijs ſoroꝝ in aliqua dioceſi conſtitutis
contra epoꝝ velle ⁊ clericoꝝ pñt predicare verbũ dei: niſi eps ipſe actu-
aliter predicaret. Et ratio: qꝛ loca nr̃a ⁊ monaſteria ſoroꝝ ſũt exempta a
cuiuſcũqꝫ inferioꝝ dñi pape iuriſdictiõe. De hoc in clemētina dudũ de
ſepul. in. §. ꝓpterea dicitur. Auctate aplica ꝯſtituimꝰ: vt dictoꝝ ordinũ
frēs. ſ. ꝑdicatores ⁊ minores in eccleſijs ⁊ locis coꝝ ac in plateis cõibꝰ
libere valeant clero ⁊ populo ꝑdicare: hora illa dũtaxat excepta: in q̃ lo-
coꝝ prelati ꝑdicare voluerint vel coram ſe facere ſolēniter ꝑdicare: in q̃
ꝑdicare ceſſabunt. Addit Martinus in ſuis ꝯſtitutiõibus, c. ix. Nullus
frater in alienis eccleſijs audeat ꝑdicare ad ſcandalũ ⁊ dedecus ordinis:
niſi in ijs terris vbi ꝓ tpe fuerit conſuetũ vt in quadrageſima, ꝓceſſiõi-
bus ⁊ hmõi: ⁊ tunc nec ſine lnia ꝓlatoꝝ ordinis. Nec ꝑdicent materias
que ſcãdalũ poſſent veriſimiliter generare.

¶ Et nullus fratrum populo penitus audeat predicare niſi a miniſtro generali ⁊c.

## ¶ Queſtio. xcv.

QUERITUR.xcv. Quis in ordine habeat inſtituendi predicatores auctem. Rñdet Martinus in ſuis ꝯſtitutionibus: ꝙ generalis miniſter ac ꝓuinciales in ꝓuincialibus capl̃is: ⁊ illi quibus ꝑ generalē miniſtrū hoc fuerit ꝯmiſſum. Sed ⁊ miniſtri pñt ꝯceſſam ſniam predicādi reuocare. ſuſpendere ⁊ arctare: quotiens ⁊ quādo eis videbit̃ expedire. Ceterū p̃lati quibus hec auctas inſtituendi p̃dicatores ꝯmittit̃: nullū admittere debēt niſi extiterit admittend⁹ ſacerdos vel diaconus ad minus .xxv. annoꝝ. ꝯpetentis lr̃ature: vita ⁊ moribus ꝯprobatus. Sed ſi quis p̃dictoꝝ p̃dicator inſtitutus auſus fuerit predicare ꝯtra ſtatum. honorem. dignitatē ⁊ eccleſiaſticā libertatē: ipſo facto p̃dicationis officio ⁊ omni actu legitimo ſit priuatus. Qui ſi poſt p̃dictā priuationē p̃ſumpſerit p̃dicare: per ſuós p̃latos omni appellatiōe poſtpoſita incarceret̃. Qui prelati ſi in predictis fuerint negligentes: in eandem penam ſe nouerint īcidiſſe: niſi legitima cauſa de impotentia ſe valeāt excuſare. Super quos p̃dicatores delinq̃ntes ordinarij locoꝝ plenā iuriſdictionē habeāt puniēdi ⁊ incarcerādi ſine aliquo proceſſu: ad qđ ſi opus fuerit inuocare valeant brachiū ſeculare. Hec ibi. De quo require in lr̃a. R.

## Queſtio. xcvj.

QUERITUR.xcvi. An frēs tuti ſint per priuilegia impetrata a ſūmis pōtificib⁹. videlicet Inno. iiij. Nico. iiij. Alexandro. iiij. ⁊ Martino. v. ꝙ alius a miniſtro inferior generali poſſit p̃dicatores inſtituere: vt nunc proximo q̃ſito patuit. Rñdent quattuor magiſtri. Nō videt̃ in conſciētijs ſecurū a regula quā vouerūt recedere per aliqua priuilegia impetrata. Nec occurrit ꝓpter que priuilegia impetrata ꝯtra articulum receptionis ⁊ p̃dicatiōis debeant tolerari: niſi qꝛ ꝑ illam relaxationē nihil corporale nihilq; tp̃ale religioni accreſcit̃: ſed ſolū qđ ſimpliciter ⁊ pure eſt ſp̃uale. Hec illi. Scđm Aluarū de his priulegijs ꝙ ſint oīno contra regule puritatem vide ſupra. q. xiiij. ¶ Sint examinata ⁊ caſta eoꝝ eloquia. ne videlicet ſint erronea vel incauta. Et honeſta ideſt nō fabulis peccatoꝝ admixta. Et caſta. i. ne ſapiāt imūdiciā ⁊ vanitatē. Ad edificationē popui. ſ. ꝑ vite exēplaritatē qꝛ plus mouēt exēpla ideſt facta q̃ʒ vba. Hec auctor conformitatum.

## Queſtio. xcvij.

QUERITUR.xcvij. Quō quis intelligit̃ ſuſpendi ab oī actu legitimo. vel ſniam excōicatiōis aut priuatiōis incurrere. Rñdeo vt in ſtatutis guillelmi fari. Ubicūq; in ſtatutis pena excōicatōis. ſuſpēſionis ⁊ priuationis imponitur: nolumus fratres ad illas ligari: niſi ſcienter ⁊ ex deliberatione contrarium facientes. Et vbicūq; ſub modo cōminationis predicte pene exprimuntur nec ponitur a quo debeant infligi: intelligitur ab eo coram quo legitime probat̃ exceſſus: ſi correctio pertineat ad eundem. In priuatione vero officiorum ordinis intelligit̃ priuatio prelationis. predicationis. confeſſionis. lectionis. diffinitionis viſitationis. electionis ad capl̃m pro diſcreto. In priuatiōe vero actuū legitimorum nolumus ꝙ intelligatur priuatio executionis ordinuʒ vel teſtificatiōis in iudicio: niſi hoc ſpecialiter exprimatur. Et infra ſubdūt.

Quilibet miniſter prouincialis habeat ordinariam iuriſdictionem au-ctoritate generalis excōicandi, capiendi, incarcerandi, ac pene alia pu-niendi. Idem poſſunt cuſtodes ⁊ guardiani in caſu neceſſitatis. Et frēs alij habeant auctoritatē apoſtatas ſiue ſue ſiue alterius prouincie noſtri ordinis capiendi. Nec permittāt miniſtri ⁊ cuſtodes apoſtatas ſiue ſue ſiue alterius prouincie in ſcandalum ordinis euagari. Nec vllus apoſta ta iuxta mandatum domini pape volens redire ad ordinē repellat: ta-men ſalua ordinis diſciplina recipiatur. Sed peſtilentibus in ordine ꝓ-feſſis prouideatur de remedio tranſlationis de cuſtodia in cuſtodiā: inti mando fideliter eorum conditiones vbi mittuntur ad cuſtodias per mi niſtrum prouincialem vel per generalem: quando ex hoc ipſe qui ſolum poteſt hoc tranſmittit de prouincia ad ꝓuinciam. Hec habentur in. vij. capitulo ſtatutoꝝ guillelmi fari, qḋ capl'm confirmat ſeu vocat Marti-nus. v. in. x. capitulo ſuarū conſtitutionū. Sed in bulla ſanctiſſimi domi ni noſtri calixti additur ad predicta. Sic volumus ꝙ miniſter generalis ⁊ vicarius vicarioꝝ attente caueant ꝙ nulli fratrum conuentualium vel de obſeruantia nuncupatorum diſcurrendi vel euagandi per prouin-ciam licentiam concedant abſq; rōnabili cauſa ⁊ euidenti neceſſitate (ſu per quo conſcientias eorum oneramus) etiam pretextu aliquarū indul-gentiarum. Qḋ ſi litteree conceſſionum hmōi aliter ꝗ̄ cauſa ⁊ neceſſita-te, ⁊ ſimilibus reperirentur: ille ſint nullius roboris vel momēti. Et pau lo ſupra dicitur. Volumus ꝙ nullus frater de obſeruantia de loco ad lo cum amoueatur: ſed in eo potius ad famulandum altiſſimo quieta men te foueat: prout in conſtitutionibus martini. v. dicit̄ ꝯtineri. Hec ibi.

## ¶ Queſtio. xcviij.

QUERITUR. xcviij. Quomodo fratres de obſeruātia nuncu-pati poſſint tranſire ad cōmorandum in conuentu: vel econuerſo ꝯuētuales fratres de obſeruantia. Rñdeo vt ponit̄ in bulla p̄fati caliꝛti iij. Nullus fratrū ꝯuentualium abſq; licentia generalis miniſtri vel ꝓro uincialium ſaltem petita tranſeat ad loca de obſeruantia vel econuerſo. Nullus de obſeruantia etiam legitima ſubſiſtente cauſa ad loca ſeu ꝯuē tus fratrū ꝯuentualiū ſine ſpāli lnīa vicarij vicarioꝝ ſeu ꝓuincialiū vica rioꝝ petitata ⁊ obtēta lnīa (excepto euidēti ſue ſalutis piculo) poſſit ac-cedere: prout dicitur in ꝯſtitutōib⁹ Martini. v. ꝯtineri ſub pena priuatio nis officioꝝ q̄ obtinent ⁊ inhabilitatiōis ad quoſcūq; actus legitimos exercendos. Et ſiqs prelatoꝝ aut frūm tā conuentualiū ꝗ̄ de obſeruan-tia aliquē fugitiuū receperit: ab officio cui preeſt ſuſpēſus ⁊ ad act⁹ legi-timos exercendos inhabilis fiat eo ipſo. Adijciētes ꝙ ipē fugitiu⁹ a ſuo p̄lato vbicūq; repeti, aut ꝓ crimine, leuitate aut alia ſue fuge cauſa corri gi ⁊ puniri poſſit. Qui ſi poſtq̄ punitus ⁊ correct⁹ fuerit recedere volue-rit: petere debeat licentiam prout ſupius enarrat̄. Nec de cetero a quo uis fratrū de obſeruātia repeti poſſit: niſi ꝯſtiterit eū ad frugē vite melio ris redire voluiſſe. Siqs āt p̄latoꝝ. ſ. ꝯuētualiū ſup reſtitutiōe hmōi req ſitus illam facere noluerit: ſuſpenſiōis ⁊ inhabilitationis ſniam incidat ipſo facto.

¶ Fratres qui ſunt miniſtri ⁊ ſerui aliorum fratrum viſitent ⁊ moneant ⁊c.

## ¶ Queſtio.xcix.

QUERITUR.xcix. Quomodo intelligitur ꝙ miniſtri aliorum fratrum ſm̄ regulam debeant ſubditos ſuos corrigere. Reſpondet Auctor confor. Noīe ſerui exprimit beatus frãciſcus: ꝙ miniſtri nō habent ſuper ſubditos dn̄ium nec dn̄i ſunt cenſendi: ſed debent eſſe ſerui fratrū ⁊ miniſterio ſeruientes ⁊ vtilitate. Unde beatus franciſcus in prima regula poſuerat: ꝙ ſi quis miniſter cui animarū cura ꝯmiſſa erat aliquem fratrem perderet ob eius culpam ⁊ malum exemplum: oportebat eum de illo reddere rōnem coram dn̄o ieſu chriſto. ¶ Viſitent ⁊ moneant fratres ſuos ⁊c̄. Debet igitur miniſter viſitare ⁊ viſitando videre ſi aliquid deficit fratribus eiſq; ſubuenire. Item ſi aliquid contra regulam ⁊ ordinationes eſt ꝯmiſſum: ⁊ hoc tam publice q̄ȝ priuate ſcire conetur. Et hoc vt ſciat quid agendū ſit erga ſubditū. Quē ſi cognoſcat non decenter agere moneat eum: ſicut beatus franciſcus dicit: q2 p̄lati nō ſtatim debent vt cognouerint defectuoſuȝ pn̄ia illum detegere vel percutere: ſed iuxta euangelium inter ſe ⁊ ip̄m humiliter ⁊ benigne monere: vt omittat que agit ⁊ ad virtuoſa agenda reſurgat. Sed vbi monitio nō valeret: dicit beatus franciſcus. Corrigant eos. Que videlicet correctio fiat nō verbis exaſperatorijs ſed humilibus ⁊ charitatiuis. Quia vt fratrem lucret: debet dum eum arguit ꝯtumeliā dimittere ⁊ ſibi cōpaſſionē oſtendere ⁊ clemētiā (nō tn̄ omittendo iuſticiā) ⁊ ſic cum miſericordia eum corrigat. De hac viſitatione miniſtroꝝ dicit Martin⁹.v. in ſuis ꝯſtitutiōibus: ꝙ fieri debeat iuxta tenorem capl'i ſeptimi guillelmi fari. in ſuis ꝯſtitutiōibus: vbi dicitur. Cum viſitatur prouincia: regula ⁊ ꝯſtitutiones ad viſitationē hmōi facientes in vulgari diligenter exponant ne ſimplicibus fratribus ignorantia ſit occaſio delinquendi. Nulluſq; miniſter prouincialis abſoluere poſſit a pn̄ia quam impoſuit viſitator: ⁊ cuſtos a pn̄ia quam impoſuit miniſter: ⁊ guardian⁹ quā impoſuit cuſtos: nec aliquis inferior a pn̄ia quam impoſuit guardianus. Diſtricte per obedientiā inhibemus ne perſone accuſantes accuſatis vel alijs aliquo modo reuelentur ſcienter: ⁊ maxime de noīb⁹ accuſantiū miniſtrū inhibemus: niſi de crimine accuſati in ſua excuſatione petierint a ſuo ſuperiore ſibi accuſantis ⁊ teſtium nomina reuelari. Et qui contrarium fecerit reuelando. ſ. vel etiam inquirendo: non poſſit niſi per miniſtrum ꝓuincialem abſolui vel ab eo cui ipſe hoc particulariter cōmiſerit. Superiores vero ſcilicet miniſtri. cuſtodes ⁊ guardiani ſi inquirendo vel reuelādo contrarium fecerint necnon ⁊ ſubditi accuſatores: infra ſex mēſes q̄ndecim diebus in pane tantum ⁊ aqua per totam diem ſine diſpenſatione ieiunare per obiam teneāt. Aliter coꝝ abſolutio ſit inanis. Hec ibi.

## ¶ Queſtio.100.

QUERITUR.100. An frater qui ſolus ſcit defectū culpe mortalis ſui fratris teneatur illum ſuo prelato reuelare. Reſpōdeo vt

habetur in.vij.ca.ſtatutorum Guillelmi fari. Teneãtur fratres exeũtes
per obedientiã in reditu ſuo ſecrete ſuo guardiano exceſſus ſuos notabi
les intimare. Et ſi vnus frater exceſſus alteri⁹ per duas vias ſciuerit vt
puta per confeſſionem ⁊ alium modum:non per hoc minus tenetur vt
predicitur dicere guardiano ⁊ etiam alteri ſuo ſuperiori ab eo per obedi
entiã requiſitus. Et ſi taceret:in obedientie crimen incurreret. Et ſi quis
contrariũ aſſeruerit ⁊ correctus reuocare noluerit: omni actu legitimo
priuetur. Item dogmatizare ꝙ frater qui frẽm de aliquo exceſſu corri-
pit ſm normam euangelicam in occulto:non tenetur dicere ſuo prelato
ꝗ̃uis ab eo per obedientiam requiſitus:ſimiliter ⁊ qñ aliqui ſunt ſocij in
crimine:non tenet alter alterũ reuelare ſupiori ſuo qui põt ⁊ debet pro-
deſſe ⁊ aĩarum periculis precauere: ex ſnĩa totius capli generalis diffini
tum eſt hãc doctrinã eſſe peſtiferã. Et qui taliter dogmatizauerit ⁊ tenu
erit:priuatus ſit ipſo facto libris ⁊ omni actu legitimo. Qui ſi poſt talẽ
pniam ſe non correxerit:incarceretur. De hoc etiam vide ſupra queſito.
lxxxvi.

## Queſtio.ioi.

QUERITUR.ioi. Cui pene ſubiaceat accuſans qui exceſſuꝫ a
ſe ꝑpoſitum contra frẽm coram prelato probare nõ põt. Rñdeo
vt ibidem dicitur. Nullus frater aliquem de aliquo crimine accuſet i pu
blico:cuius veritas vel fama probari non poteſt. Qui vero ꝯtrariũ fece
rit:eidem pene ſubiaceat que infligi deberet accuſato ſi cõuictus fuiſſꝫ.
Dicimus aũt accuſatoreꝫ:qui corã prelato obligat ſe per teſtes aliquos
idoneos ad ꝓbandum aliquid. Ideꝫ ſit de eo qui ſcienter accuſat aliquẽ
de aliquo de quo fuerit ſufficienter correctus. Si vero in probatione in-
famie de qua tunc accuſat defecerit:pro culpe modo puniatur.

## Queſtio. cij.

QUERITUR.cij. Qua pena frater puniatur qui ſcienter ⁊ fal
ſo contra alium fratrem vel aliam perſonã de aliquo crimine corã
quocunqꝫ prelato vel viſitatore depoſuerit vel ad hoc faciendũ induxerit
vel reuocauerit falſo vel ad reuocandũ induxerit qḋ vere depoſuit. Rñ
deo vt ibidem dicitur. Ipſo facto ſnĩam excõicationis incurrit:nec poſ
ſit niſi per miniſtrum prouincialẽ abſolui. Ita dũtaxat ꝙ prius ſatiſfa-
ciat prout ſibi poſſibile fuerit in forma ſm quã depoſuerit vel reuocaue-
rit publice vel occulte.hec ibi. Sed nota vt ſupi⁹ dictũ eſt:ꝙ excõicatio
hec ac cetere iſtoꝝ ſtatutoꝝ guillelmi ſublate ſunt per Martinũ. v. ſed
non mortale peccatum:cum predicta ſint contra legem diuinã.

## Queſtio.ciij.

QUERITUR.ciij. Ad quem pertinet abſolutio reuelantium
nomina accuſantium. Reſpõdeo vt habetur ibidem. Inhibemus
ne perſone accuſantes accuſatis vel aliĳs aliquo modo ſcienter (⁊ maxi
me de nominibus accuſantium miniſtrum) reuelentur. Item prohibe-
mus accuſatis ne ſcienter de noibus accuſantium ſe inquirant: niſi cum
quis de crimine accuſatur ⁊ petit accuſantium ſibi nomina reuelari. Et

qui ↄtrariũ fecerit reuelando vel etiã inquirẽdo: nõ poſſit abſolui niſi p miniſtrũ. Suplores vero .ſ. miniſtri. cuſtodes ⁊ guardiani ſi ingrẽdo vl' reuelando ↄtrariũ fecerint: necnõ ⁊ ſubditi accuſatores eoꝝ reuelãtes eiſ dẽ: infra ſex menſes, xv. dieb⁹ in pane tm̃ ⁊ aqua per totã diez ſine diſpẽ ſatione ieiunare per obedientiã teneãtur: aliter eoꝝ abſolutio ſit inanis. Hec ibi.

## ¶ Queſtio. ciiij.

QUERITUR. ciiij. Quẽ ordinẽ debet habere miniſter generalis dũ viſitat ꝓuinciã. Rñdet Martin⁹. v. ꝓut Bñdict⁹. xij. ordinauit in ſuis ↄſtitutiõibus. c. vij. Ubi dicit: ꝙ generalis teneat viſitare totũ ordinẽ infra decẽ annos exceptis tribus ꝓuincijs. videlicet hibernie grecie ⁊ terre ſancte: ad quas viſitatores idoneos mittere debeat de conſilio generalis capli. Et poſtꝙ̃ dictus generalis vnã ꝓuinciã viſitauerit ad eam amplius nõ reuertat donec alias viſitauerit: niſi aliquis caſus arduus aliud exigeret. Tamen poſtea reaſſumat eũdẽ ordinẽ viſitandi: ceſſante cauſa ꝑpter quam eum interruperat. Hec ibi.

## ¶ Ubicũqȝ ſunt fratres qui ſcirent ⁊ cognoſcerent ſe non poſſe regulam ſpũaliter obſeruare ⁊c.

## Queſtio. cv.

¶ Una ꝙ timent nos ꝙ ipſorū facta ⁊ exceſſus vel defectus plenius agnoſcamus ⁊ ſeuerius arguamus: quo clarius videmus quales eſſe deberent ⁊ nō ſunt per quos eccleſia gubernatur. ¶ Secunda ꝙ inuident nobis ꝙ ſumus hoībus gratiores ⁊ ipſi comparati nobis appareant in vita vel ſcientia viliores vel etiā indoctiores in doctrina. ¶ Tertia ꝙ dolēt ſi ꝑ cōfeſſiones ſecreta eoꝝ ab alijs q̄ cōſocij fuerint ꝑcipimus: dū timēt per illa magis vileſcere, vel forte ꝑſonas illas nr̄o conſilio ab eis auerti ⁊ ad meliora cōuerti. ¶ Quarto ꝙ timent ſibi aliqua per nos emolumēta ſubtrahi: dū elemoſynas q̄ dantur nobis arbitrantur ſibi fore dandas ſi nos nō eſſemus. Et hec videtur potior eſſe cauſa pluribus q̄ nos odiunt: ſed ſi plus inhibeat lucris pecuniarum a ſuis ſubditis q̄̄ fructui aīaꝝ ⁊c̄. ¶ Poteſt etiā quinta cauſa eſſe: ꝙ diuina iuſticia illos qui quanto amplius cognouerūt ⁊ ſpreuerūt et quibus maiora beneficia cōtulit ⁊ ingrati fuerūt ⁊ grauius ceteris offenderūt ⁊ frequētius eū indigne cōtrectent ⁊ ꝑcipiunt: tanto magis indurat ⁊ ꝓfundius cadere ꝑmittit: vnde nō ſolū ipſi ſint mali in ſe: ſed etiā alios ſecū malos eſſe deſiderēt ⁊ bonos odiāt: ⁊ quos imitari nolūt optent nō eſſe ⁊ ꝑſequantur eos quos ſibi diſſimiles eſſe dolent. Salomon Grauis eſt nobis ad videndū. Et tūc ibidem plures de predictis tanguntur. Laici vero quia de predictis cauſis minꝰ habent ideo minus nos odiunt: immo etiam diligunt: q̄ ſentiunt nos ſalutē ſuam diligere ⁊ ſperant per nos eam fideliter apud deum promouendā ore, meritis ⁊ doctrinis. Clerici etiam qui ſane ſapiunt eadē ratione nos fouent ⁊ diligunt quaſi filios ſuos ⁊ vacatores ⁊ cooperatores tā ſue ſalutis q̄̄ ſue ſollicitudinis ſibi cōmiſſe: in ſuis ſubditis neceſſarios adiutores ⁊ oneris ſibi impoſiti fideles ſubleuatores. Et de iſtis ſatis. ⁊c̄.

¶ Expliciūt determinationes quarundā queſtionū ſuper regulā beati Franciſci a ſancto Bonauentura cardinali edite.

¶ Incipit tractatus vtilis per modum queſtionis theologalis magiſtri Joannis perrini doctoris Pariſienſis reformationis ordinis minorum ſuper diſpenſatione: in quo plura notabilia ⁊ plures notabiles concluſiones cū ſuis correlarijs ponūtur circa ſtatum religionis in genere ⁊ ſtatum fratrū minorum in ſpecie. Et tandem egregie probat̄ qualiter fratres minores vtētes diſpēſationibus ſuper receptione pecunie ⁊ poſſeſſionū ſiue redditū: ⁊ illi qui remanent in cōuentibus vbi talia fiunt ⁊ vbi cōmode nō poſſunt regulā ſpiritualiter obſeruare: nō ſunt tuti apud deum ⁊ in conſcientia.

¶ Utrum diſpēſatꝰ a papa ſine cauſa legitima ſit tutꝰ in ꝯſcientia, i. ratione ꝑ ꝑte affirmatiua.

VTrum a papa diſpenſatus ſine cauſa legitima ſit tutus apud deum ⁊ in conſcientia? ¶ Arguitur ꝙ ſic. Quia cum papa omnia iura in ſcrinio pectoris ſui cenſeatur habere, extra de conſtitutionibus ca. i. li. 6.

diſpenſabit vel poteſt diſpenſare in hoc quod eſt de iure poſitiuo. Igitur
diſpenſatus iſto mō a papa erit tutus in conſcientia ⁊ quo ad deū. ¶ Iteꝫ Sc̄da ratio.
ſcđo. Ille poteſt omnem perfectionis ſtatum mutare diſpenſando: ꝗ po-
teſt in omni voto etiam ſolemni diſpenſare. Planum autem eſt: ꝙ om-
nes qui in corpore chriſti miſtico eccleſie ſunt comparantur ad papaꝫ ſi-
cut filij ad patrem: ⁊ ad patrem quidem non corporum tantū immo ani
maꝝ. Naꝫ filij tenentur parentibus carnalibus parere in ijs que ſunt cor
poꝝ: qꝛ parentes ſunt corpoꝝ nō aiarum ſicut dicit gloſa ſuꝑ illo verbo
apoſtoli ad hebreos. xij. Si patres quidem carnis noſtre habuimus eru-
ditores ⁊ verebamur eos: nōne multomagis obtemperabimꝰ patri ſpi-
rituū ⁊ viuemus? Conſtat aūt ꝙ patres vota filioꝝ exiſtentiū ſub eorū cu
ra ⁊ poteſtate mutare poſſunt: ſicut patet numeri. xxx. ergo multomagis
papa poterit vota omniū fidelium de eccleſia cuius cura ſibi a deo cōmiſ Tertia ratio.
ſa eſt mutare ⁊ diſpenſare. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio vbicunqꝫ inuenitur ratio vel
cauſa rationabilis diſpenſandi in voto papa poteſt iuſte ⁊ tute diſpenſa
re: ſed in quolibet voto ſupererogationis poteſt inueniri cauſa rationabi
lis diſpēſandi ſcilicet vel profectus maioris boni vel vitatio mali ſcilicet
vitatio tranſgreſſionis ſi probabilitas ſit vehemens: vt ad propoſitū de
receptione ⁊ contrectatione pecunie apud nōnullos fratres minores vbi
probabilitas nō ſolum eſt vehemens: ſed manifeſta ⁊ patens. Naꝫ moy
ſes conceſſit iudeis diuortium deuteronomij. 24. ad euitationeꝫ maioris
mali ſcilicet vxoricidij ſi quas vxores habuiſſent exoſas ⁊c̄. Igitur ſic di
ſpenſatus a papa propter eandem cauſam ſcilicet euitationem mali: vi- ¶ i. ratio. ꝑ ꝑ-
detur tutus in conſcientia apud deum ⁊ homines ſeu eccleſiam. ¶ In op te oppoſita.
poſitum arguitur ſic. Votum eſt de iure diuino. Sed papa tenetur defen
dere ius diuinū vſqꝫ ad animam ⁊ ſanguinem. 25. q. i. ſunt quidā. ¶ Item
ius poſitiuum eſt fundatum ſuper ratione di. infra. Cōſuetudo. ergo pa-
pa cū debeat eſſe bonus paſtor ⁊ pater familias: nō debet relaxare ius ra
tionis ſine cauſa legitima: ergo diſpenſatus ſine iuſta cauſa non eſt tutus
in conſcientia ⁊ apud deum ⁊c̄. ¶ Ad ſolutionem huius queſtionis mihi
propoſite ſunt quedam premittenda. ¶ Secundo concluſiones cuꝫ ſuis
correlarijs ſubiungende. Nec intendo aliqđ temerarie aſſerere ſeu diffini
re: ſed tantum probabiliter ⁊ ſcholaſtice ſm̄ doctoꝝ opiniones procede-
re: ⁊ ad hoc faciendum fui inſtantiſſime requiſitus per nonnullos fratres
puritatis ſue religionis zelatores: quibus ſumme diſplicet religionis be-
ati franciſci diſſipatio ⁊c̄.

## ¶ Primum notabile.

NOTANDVM primo: ꝙ ſtatus religionis a virtute quadam
moꝛali denominatur: ⁊ cuius officiū ſeu actus eſt deo exhibere debi-
tum cultum atqꝫ ceremoniam. aliqua offerendo vel faciendo ad dei ho-
norem: vt ſacrificia oblationes. inclinationes ⁊ huiuſmodi. Vn̄ Tulliꝰ.
religio ē virtus q̄ ſuperiori nature quā diuinā vocant. cultū cerimoniāqꝫ
cōfert. Et papias. Religio eſt appellata qꝛ per eā religamus aīas nr̄as
ad cultū diuinū vinculo ſeruiendi. ¶ Pro maiori declaratione. Notādū
ſm̄ Joannē andree ſuper rubrica de regularibꝰ ⁊ tranſeuntibꝰ ad religio

Quadruplicit accipit religio

nem: ꝙ religio sumit q̃druplicit̃. ¶ Primo mõ sumit solũ ꝓ debito cul
tu dei quo ad fidẽ: ⁊ sic cõphendit totam christianitatẽ q̃ exhibet cultũ ve
ro deo. Jacobi. i. Si qs putat se religiosuȝ eẽ ⁊c. Et hec dr̃ religio christia
na de q̃ hr̃ di. 97. c. i. ⁊ extra de sum. tri. ⁊ fide catho. ⁊ extra de diuortijs.
gaudemus. ¶ Scdo mõ sumit ꝓ cultu veri dei nõ solũ per fidẽ sed etiaȝ
ꝑ bona opa: ⁊ sic accipit actuũ. 2. Erant in hierosolymis viri religiosi ex
oi natione q̃ sub celo est. Et sic religio cõphendit vniuersitatẽ bonoꝝ chri
stianoꝝ: ⁊ ð hoc. 16. q. i. c. Juxta ¶ Tertio mõ sumit ꝓ statu clericali q2 sũt
magis dediti cultui diuino q̃ laici. ð quo. i. q. 3. saluatoꝛ. ¶ Quarto mõ su
mit strictissime ꝓ statu illo q ꝑ emissionẽ ꝓfessiõis subijcit se plati iperio:
totũ se dedicãs deo. extra de voto ⁊ voti redẽptiõe. c. ex multa. Et ꝭm hãc
vltimã acceptionẽ hic intẽdo loq. Et sic religio dr̃ status pfectiõis. Ubi
est sciendũ ꝭm Scotũ li. 3. di. 38. ꝙ duplex ẽ status pfectionis. ¶ Prim⁹
dr̃ status pfectionis acqrende: quẽ religiosi assumũt vt q̃si in schola virtu
tuȝ ⁊ discipline ꝓficiant ⁊ ꝓgrediant de virtute in virtutẽ. ¶ Secũdus di
cit status pfectionis quẽ assumũt epi: nõ q̃si neophiti vel nouicij: ȝ tãq̃
pfecti ⁊ exercitati in virtutib⁹ ꝓfitentes se pfectos esse: ⁊ pfectores ad ex
ercendũ in subditos verbo ⁊ exẽplo opa virtuosa ⁊c. ¶ Pro maiori de
claratione notandũ: ꝙ status pfectionis quãtũ ad pñs spectat trib⁹ mo
dis põt acquiri. Primo cõiter ⁊ large per actus dilectionẽ. ¶ Scdo ma
gis ꝓprie per officiũ administrationẽ. ¶ Tertio ꝓprijssime per ꝑpetuam
voti obligationẽ. ¶ Primo oẽs existentes in charitate sunt in statu pfe
ctionis: q2 sola charitas dr̃ vinculũ pfectõis. Ad col. 3. Jsto nãq; mõ sta
tus perfectionis opponit casui peccati ⁊ culpe: ꝭm quẽ modũ dicit apl's
i. ad coꝛ. 10. Qui se existimat stare videat ne cadat. Et ad gal. 5. State ⁊
nolite iugo seruitutis iteꝝ cõtineri. ¶ Scdo vero mõ oẽs q assumuntur ad
officia eccliastica pñt dici esse in pfectiõis statu respectu laicoꝝ. Ipsi eni
sunt quasi medij inter deũ ⁊ populũ. Uñ quãto sunt ꝓpinquiores deo ra
tione officij qd ministrat: tanto sunt magis pfecti. Jsto mõ scribit. 8. q. i.
c. qualis. Nõ solũ epi ⁊ presbyteri ⁊ diaconi debẽt magnopere puidere:
vt cunctũ populũ cui p̃sident cõuersatione ⁊ sermone excedãt: verũ etiaȝ
inferioꝛ gradus puta exorciste lectores ⁊ alij. ¶ Sed tertio mõ epi ⁊ reli
giosi ⁊ oẽs illi q per votũ in ꝑpetuã seruitutem se tradũt ad christo seruie
dum ⁊ hoibus ꝓpter ipsuȝ in ijs q̃ sunt pfectionis opa: sunt i perfectiõis
statu. ¶ Ulteri⁹ notandũ ꝭm. S. tho. 2. 2. q. 186. articulo. 7. i coꝛpe q̃stiõis:
ꝙ status religionis põt tripliciter cõsiderari. ¶ Uno mõ ꝭm ꝙ ẽ quod
dam exercitiũ tendẽdi in pfectionẽ charitatis. ¶ Alio mõ ꝭm ꝙ quietat
humanũ animũ ab exterioribus sollicitudinibus. ¶ Tertio mõ ꝭm ꝙ est
quoddam holocaustũ per quod aliquis se ⁊ sua offert deo: ⁊ ꝭm hoc i tri
bus votis integratur status religionis. ¶ Primo quidẽ quãtum ad ex
ercitiũ pfectionis requirit ꝙ aliquis a se remoueat illa per q̃ posset ipedi
ri ne totaliter affectus eius tẽdat in deũ: in quo cõsistit pfectio charitatis.
Huiusmodi impedimenta sunt tria. ¶ Primũ quidẽ est cupiditas exte
rioꝛum bonoꝝ: q tollit ꝑ votũ paupertatis. ¶ Scdm ẽ cõcupiscẽtia sensi
bilium delectationũ: inter quas precellũt delectatiões veneree: q̃ excludũ

Que sunt requi ta circa statum religiõis ⁊ ist⁹ ipedimenta.

tur ꝑ votū ꝯtinētie caſtitatis. ¶ Tertiū ē inordinatio volūtatis humane: q̄ excludit ꝑ votū obedientie. ¶ Similiter ſollicitudinis ſecularis ingetudo ꝓcipue ingerit homini circa tria. ¶ Primo circa diſpēſationē rex exteriorꝫ: q̄ amputat ꝑ pauptatis votū. ¶ Scḋo circa gubernationē vxoris ⁊ filiorꝫ: q̄ tollit ꝑ caſtitatis votū. ¶ Tertio ꝑ diſpoſitionē ꝓpriorꝫ actuū: q̄ aufert ꝑ obedientie votū. Similiter holocauſtū dr̄ cū qs totū qḋ habet offert. Habet aūt homo triplex bonū. ¶ Primū ē rex exteriorꝫ q̄s totaliter offert deo per pauptatē. ¶ Secūduꝫ bonū eſt ꝓprij corporis qḋ offert deo ꝓcipue ꝑ votū caſtitatis: quo abrenūciat maximis delectationibꝰ carnis. ¶ Tertiū ē bonū aīe qḋ offert deo ꝑ obedientiā: qn̄ ꝓpriā volūtateꝫ deo q̄ hō vtit oībus potētijs ⁊ habitibꝰ aīe imolat. Cōuenienter igit ex his tribꝰ votis ſtatꝰ religiōis itegrat. Oēs aūt obſeruantie religionū ordināt ad tria ꝓdicta vota. Nā labor manuū ⁊ mēdicitas ad pauptatē: vigilie, ieiuniū ⁊ diſcipline ad caſtitatē. Alia exercitia vt lectio: oratio: ꝓdicatio: infirmorꝫ viſitatio ⁊ hmōi ad obediētiā. Ex qbus oībus patet: ꝙ ſtatus religiōis ē ſtatꝰ ꝑfectiōis acqrende vt dictū ē i quo religioſus tendit ad ꝑfectionē tanq̄ i ſchola diſcipline. Ex quo ſeqt: ꝙ religioſus querens ſiue religiōis relaxationē ſeu diſpenſationē vel ad aliā religionē laxiorem tranſitū ſine cauſa legitima: deficit a ꝑfectione ⁊ retrocedit tanq̄ aſpiciēs retro ⁊ ſic nō ē aptus regno dei. ¶ Pro ampliori declaratione dictoruꝫ nota ꝙ nō eſt idē eſſe ꝑfectū ⁊ eſſe in ſtatu ꝑfectionis: ſed quātum ad pn̄s differūt in tribꝰ. ¶ Primo qꝛ ꝑfectiōis ſtatū facit voti ꝑpetua obligatio. Perfectū vero facit voti impletio ⁊ executio. ¶ Scḋo ad ꝑfectionis ſtatum facit tpaliuꝫ abdicatio ⁊ exercitatio eorꝫ que ſunt ſuper erogationis opa. Per hec enim quis conſtituitur in perfectionis ſtatu. Iuxta illud qḋ ſaluator ait Matth. 19. Si vis ꝑfectus eſſe vade ⁊ vende oia q̄ habes ⁊ da pauperibus ⁊ veni ⁊ ſequere me. Perfectū vero eſſentialiter facit ſolum dei ⁊ proximi ſuperexcellens dilectio ⁊ charitas. Nam planuꝫ eſt ꝙ ille ſcriba voluit chriſtuꝫ ſequi. de quo Matth. 8. Magiſter ſequar te quocūq̄ ieris: ꝑfectionem tamen nō meruit obtinere: qꝛ nō ex dilectione ſed temporalis lucri acquiſitione chriſtum ſequi cupiebat vt Hieronymus dicit. ¶ Tertio quia perfectus quis poteſt eſſe in omni vocatione in qua vocatus eſt: ſed non in omni vocatione homo poteſt eſſe in ſtatu perfectionis. Contingit enim aliquos in omni vocatione opera perfectionis facere ⁊ ſic ꝑfectos eē: nō tamē vouentes ⁊ ſic nō eſſe in ſtatu ꝑfectiōis. Alios vero contingit totā vitam ſuam voto ſe obligantes ad ꝑfectiōis opa: ⁊ ſic eſſe in ſtatu ꝑfectōis: q ſi nō iplēt q̄ vouerūt ꝯſtat eos ꝑfectos nō eē. Ex quo ſeqt ꝙ multi ſūt i ſtatu ꝑfectiōis q nō ſunt ꝑfecti ſꝫ valde iꝑfecti ⁊ magni pctōres: ⁊ multi nō ſunt in ſtatu ꝑfectiōis q ſūt ꝑfecti ⁊ ſcti viri.

Differētia ē inter ꝑfectū ⁊ ſtatū ꝑfectionis.

## ¶ Secundum notabile

SECUNDO principaliter circa paupertatem notanduꝫ: ꝙ ſm Chriſoſtomum ſuper matth. triplex eſt paupertas. ¶ Una ē ſimulatoria. ¶ Alia eſt coacta ⁊ neceſſaria. ¶ Tertia eſt ſpiritualis ⁊ voluntaria. ¶ Primo illi ſunt pauperes ſimulatorie qui ⁊ ſi expoliant ſe bonis temporalibus: non tamen expoliant ſe ſuperbia ⁊ arrogātia: ſed magis ſunt

Triplex ē paupertas.

ſuberbi contemnendo temporalia q̄ꝫ diuites in ſeculo diuitias poſſiden
do: vt dicit Auguſtinus in regula. ¶ Secūda vero pauptas coacta ꝛ ne
ceſſaria q̄uis in ſcriptura non damnetur: non tñ laudatur ꝙ ſit merito
vel premio digna: qꝛ ſicut nullū inuoluntariū poteſt eſſe peccatum ꝛ di
gnū damnatione: ſic nullū inuoluntariū poteſt eſſe meritorium ꝛ dignū
premiatione. ¶ Sed tertia paupertas ſpiritualis ꝛ volūtaria p chriſtuꝫ
eſt beatificata ꝛ laudata ꝛ merito: quia habet ānexā temporaliū volūta
riā abiectionē: cordis humiliationē ꝛ celeſtium contemplationē. Hanc
aūt paupertatem chriſt⁹ aſſūpſit dicente aplo. ij. coꝝ. viij. Scitis. n. grãꝫ
dñi noſtri ieſu chriſti qui ꝓpter vos egen⁹ factus in mūdo cū eēt diues
in ſua maieſtate (ſicut gloſa expōit) vt illi⁹ inopia diuites eē. is: ꝛ in hoc
ꝯſilium do. ¶ Circa hāc pauptatē volūtarie ꝓpter chriſtū aſſūptā i qua
conſiſtit pfectiōis ſtatus. Notādū ꝙ quattuor modi inueniunt ſm btm̄
Hieronymū. ¶ Prim⁹ modus fuit primo credentium fidelium in pri
mitiua eccleſia: qui vēdentes poſſeſſiōes de precio ipſarū ꝓuidebat vni
cuiqꝫ ſicut opus erat. Actuū. iiij. ¶ Scd̄s mod⁹ fuit ꝛ eſt adhuc quorun
dam religioſoꝝ qui mundū ſpernentes: de labore manuū ſuarū victū ꝛ
veſtitū ac alia eis neceſſaria ſubminiſtrāt: quō aplus paul⁹ vſus eſt q̄nqꝫ
ne offendiculū daret euangelio. vt ſcribit. i. coꝝ. ix. ¶ Tertius mod⁹ fuit
ꝛ eſt quorūdā religioſoꝝ ꝛ monachoꝝ qui habentes poſſeſſiōes in cōi
de fructibus ꝛ ꝓuētibus ipſarum ꝓuidētur oībus neceſſaria vite. Nul
lus nāqꝫ debet eligere talē pauptatē: in qua ſubtrahat ſibi poſſibilitateꝫ
prouidendi in neceſſarijs ꝛ reqſitis ad ſubſtentationē vite. ¶ Quartus
mod⁹ eſt quorūdā religioſoꝝ mendicātiū qui ſpūalibus vacantes ꝛ do
ctrinā euāgelicā predicātes: de ijs que a fidelibus perſonis inferūtur in
voluntaria paupertate viuunt. Quāuis ergo omnes iſti modi viuendi
in paupertate voluntaria ſunt boni ꝛ meritorij: iſte tamē quart⁹ mod⁹
perfectior ꝛ ſecurior eſſe dicitur ꝛ vite chriſti ꝛ apoſtoloꝝ conformior. p
pter quattuor. ¶ Primo: quia ſollicitudinē tpaliū minus habet ānexaꝫ
q̄ꝫ alij modi. ¶ Secundo: qꝛ ad ſpiritualium contemplationem maiorē
diſpoſitionem habet coniunctam. ¶ Tertio: quia ad recompenſationeꝫ
eorū qui recipiunt maiora bona ſubminiſtrat. ¶ Quarto: qꝛ per imitatio
nem modi viuēdi chriſti ꝛ apoſtolorum maiorem conformitatē habet.
Scribitur enim Luce. viij. ꝙ mulieres multe ſequebātur chriſtum mini
ſtrantes de facultatibus ſuis. ¶ Sed ſpecialiter loquendo de altiſſima
paupertate voluntaria. Notandum ꝙ paupas altiſſima ex inſtitutione
chriſti ꝛ regule frūm minoꝝ ſm beati frāciſci intentionē ꝛ inſtitutionē eſt
plene expropriatiua: ita ꝙ nihil nec in ꝓprio nec in cōi nec in ſpāli pōt ſi
bi appropriare ne aliquis frater nec totus ōrdo: qđ ſub ijs verbis expri
mitur. frēs nihil ſibi approprient: nec domum: nec locuꝫ: nec aliquā reꝫ.
Et dicitur nihil: quia ſm ſummos pontifices ordo nec in cōi nec in ſpe
ciali habet talium proprietatem: ſed ſimplicem vſum facti ꝛ nō quem
cunqꝫ: ſed tenuem pauperem ꝛ arctum vſum: vt dicit clemēs papa in de
claratione ſua exponendo hoc caplm: ꝛ hoc ſiue in neceſſitatibus corpa
libus ſiue in ornamentis eccleſie ꝛ vtenſilibus. ¶ Sed vt clarius intelli

Excellentia noſtri ſtatus ſup oēs alios.

gatur quod dictum eſt de tenui paupere ⁊ arcto vſu nota declarationem
domini clementis pape quinti dicentis circa hoc. Ex predictis aũt ſuccre
uit nõ parum ſcrupuloſa queſtio inter fratres: videlicet vtruȝ ex profeſſi-
one ſue regule obligentur ad arctum ⁊ tenuem ſiue pauperem vſum rex.
Quibuſdam ex ipſis credentibus ⁊ dicentibus: ꝙ ſicut quo ad dominiuȝ
rerum habent ex voto abdicationem arctiſſimam: ita ipſis quo ad vſum
arctitudo maxima ⁊ exilitas eſt indicta. Alijs econtrario aſſerentibus: ꝙ
ex profeſſione ſua ad nullum vſum pauperez qui non exprimatur in regu
la obligantur: licet teneantur ad vſum moderatum temperantie ſicut ⁊
magis ex condecenti q̃ ceteri chriſtiani. Volentes itaqȝ nos conſcientia
rum fratrũ prouidere quieti ⁊ his altercationibus finem dare; declaran-
do dicimus: ꝙ fratres minores ex ꝓfeſſione ſue regule ſpecialiter obligã
tur ad arctus vſus ſeu pauperes qui in ipſorum regula continentur: ⁊ eo
obligationis modo ſub quo continet ſeu ponit regula dictos vſus. Dice-
re autẽ ſicut aliqui aſſerere perhibentur: ꝙ hereticum ſit tenere vſuȝ pau-
perem includi vel nõ includi ſub voto euãgelice paupertatis: preſumptu
oſum ⁊ temerariuȝ iudicamus. Hec Clemens papa quintus. ¶ Et quia
dictum eſt ꝙ dominiũ reruȝ ⁊ poſſeſſio excluditur a regula fratrũ minoꝝ
⁊ vſus pauper arctus ſeu moderatus includitur infra ſubſtantiam eiuſdẽ
regule ⁊ intra votum ſeu profeſſionem ipſorum: notandum ꝙ vſum pau
perem arctum vel moderatum ſic intelligo includi in voto regule noſtre
⁊ euangelice paupertatis: ꝙ quẽdam rerum vſum ſimpliciter reijcit ⁊ in
terdicit: quẽdam ſimpliciter exigit: quẽdam vero ſub rationabili circun-
ſtantiarum moderamine reſtringit. Reijcit nãqȝ ſimpliciter vſum pecu-
nie poſſeſſionum accenſuũ ſeu reddituuȝ. Exigit vero ſimpliciter in quo
cũqȝ vtibili extraneitatem aſpectum ⁊ affectum: vt ſcilicet re qua vtit fra
ter minor vtatur ſimpliciter: vt nõ ſua. Sicut enim omne ius ſiue omnis
iuriſdictio rerum temporaliũ eſt nobis ex regula interdicta; ſic vſurpatio
ſiue defenſio ſeu vendicatio omnis iuris. In ijs vero que ad victum ⁊ ve
ſtitum: diuinum cultum ⁊ ſapiẽtiale ſtudiũ ſpectant ſub rationabili circũ-
ſtantiarum moderamine vſum arctat ⁊ reſtringit: ⁊ hoc taȝ reſpectu pre
ſentis temporis q̃ futuri: quia perſonarum qualitas, temporum varie-
tas, locorum conditio, officiorum noſtri ſtatus executio ⁊ nõnulle alie cir
cũſtantie plus minuſue ac aliter ⁊ aliter prouideri requirunt. Hanc autẽ
moderantiam que nihil aliud eſt q̃ mediuȝ paupertatis virtutis: nõ ſm
rem ſed ſm rationis adequationem ſumptum: nõ intelligo ſic preciſe in-
cludi in voto regule noſtre ⁊ euangelice paupertatis: ꝙ omnis exceſſus ⁊
immoderantia ſit mortale peccatum ac voti ſubſtantiam interimens: ſed
ſolum quando eſt talis ac tanta ꝙ merito cenſeri debeat enormiter ledere
ſtatum euangelice paupertatis. Alie autez immoderantie tanq̃ peccata
venialia cenſebuntur: ⁊ ad tranſgreſſionem voti nõ aliter reducuntur q̃
peccata venialia ad tranſgreſſionem preceptorum. Nec mirandũ eſt an
illa reductio ſit per ſe aut per accidens ſeu per occaſionem. ¶ Et attende
ꝙ ſanctus Bonauentura nõ qualemcũqȝ paupertatem defendit: ſed illã
quam vocat penurioſam ⁊ euangelicã ⁊ que ad arctum neceſſitatis vſuȝ

ſeruandum ſe voto abſtringit:⁊ hanc aſſerit eſſe chriſti ⁊ diſcipulorũ eius
⁊ beati franciſci ⁊ ſue ſancte regule profeſſorum. Et hoc patet in toto de-
curſu apologie eius. Et de hac dicit in eodem libro capitulo duodecimo:
ꝙ hec ſpiritum ſubleuat tanq̃ ea que in celis totaliter theſaurizat: perfe-
cte eam promittenti ſuadet omnibus temporalibus denudari quantum
ad effectum ⁊ dominium:⁊ arcta ſubſtentatione neceſſitatis eſſe contentũ
quãtuz ad vſum. Et hic eſt ipſius modus ſeu medietas ꝙ ſic relinquit
dominium:ꝙ non reijciat vſum. Sic recipiat vſuz ꝙ non reſeruet domi
nium:ſic arctationem vſus ſeruet:ꝙ non ſubſtentationem nature neceſſa
riam vitet. Sic neceſſitati nature ſubueniat:ꝙ ab arctitudine vſus nõ re-
cedat. Hec predictus ſanctus Bonauentura ⁊ doctor:quibus nihil clari
us ad propoſitum dici poteſt. ¶ Et nota ꝙ iſta multum differunt domini

Differẽtia iter ꝓpetatẽ. vſum fructũ. vſuz iuris ⁊ vſuz ſimplicẽ facti.

uz proprietas:vſus fructus:vſus iuris:⁊ vſus ſimplex facti. ¶ Dominiũ
eſt ius habendi:poſſidendi:fruendi ⁊ vtendi ac diſponendi de aliqua re p
libito voluntatis vel ſm aliquem determinatum modum a quadam ſu-
perioritate vel auctoritate diffinitum. ¶ Proprietas proprie capitur p
dominio: ⁊ ideo idem eſt dicere cauſa proprietatis ſicut cauſa dominij.
Ideo religioſus non poteſt eſſe proprietarius niſi ſibi vſurpando alienũ:
cum non ſit dominus:⁊ per conſequens cõmittit furtum. ¶ Vſusfructus
eſt ius alienis rebus vtendi fruendi ſalua rerum ſubſtantia:quia eſt ius in
corpore:quo ſublato ⁊ ipſum tolli neceſſe eſt. ff. de vſufructu. lege prima.
inſtituta. eodem titulo. in principio. ¶ Vſus eſt ius vtendi rebus alienis
ſalua rerum ſubſtantia ſm azonem in ſumma. Et differt vſu fructuarius
ab emphiteota: quia ille habet vtile dominium: iſte ſolum ius vtendi.
Item differt ab vſuario. Naz is cui nudus vſus fundi datur:nihil habet
vlterius in eo niſi oleribus pomis feno ⁊ huiuſmodi vtatur ad vſum quo
tidianuz ⁊ in eo moretur:ſed nulli alij ius quod habet aut vendere aut lo
care aut gratis concedere põt. Sed vſu fructuarius ſic. Inſtituta de vſu
⁊ habitatione. §. primo. Multomagis differt ab vſu ſimplici nõ iuris ſʒ
facti quo fratres minores vtuntur:in quo vſuarius nihil habet:ſed tantũ
factum pro neceſſitate vite. De verborum ſignificatione. capitulo. exijt q
ſeminat. libro ſexto. vbi Nicolaus tertius ſic ait. Nam cuz in rebus tem
poralibus ſit conſiderare precipuum proprietatem:poſſeſſionem:vſum
fructuum:ius vtendi:⁊ ſimplicem facti vſum. ⁊ vltimo tanq̃ neceſſario
egeat:licet primis carere poſſit vita mortalium:nulla prorſus poteſt eſſe
profeſſio que a ſe vſum neceſſarię ſubſtentationis excludat. Verum con-
decens fuit ei profeſſioni que ſe ſponte deuouit chriſtum pauperem itan
ta paupertate ſectari:omniũ a ſe abdicare dominium ⁊ rerum ſibi cõceſ-
ſarum vſu neceſſario fore cõtentam. Nec per hoc ꝙ proprietatez vſus:
⁊ rei cuiuſcunq̃ dominium a ſe abdicare videtur. ſimplici vſui omnis rei
renũciatum eſſe conuincitur:quiñimo vſus non iuris ſed facti tantummo
do nomẽ hñs qd facti eſt tantuz:in vtendo prebet vtentibꝰ:nihil iuris.
Hec Nicolaus papa. Hec dicta ſunt vt pateat qualis ⁊ quãta ſit paup
tas altiſſima euangelica q̃ fratribus minoribus in regula eſt indicta. Un
de patet quomodo ſuperfluitas fratribus interdicitur vt dicit Nicolaus

⁊ Cle. papa: q̄ attēdit i numero. Duo ſupfluūt ſi vnū ſufficit. In quātitate: multū ſupfluit: ſi parū ſufficit. In ſūptuoſitate: ſūptuoſū ſi vile. In decore: ſpecioſū ſi deſpicabile. Seqt ergo ꝙ nec taliū vſū ſupfluū, frēs pñt habere. Ex quo euidēter patet quātū apd multos frēs ⁊ cōuent⁹ religio minorum longe receſſit ⁊ deuiauit a ſuo principio. Nam fedum eſt prophanūq; mendaciū ſumme paupertatis profeſſorem ſe aſſerere: ⁊ rerum penuriā pati nolle. Interius inſtar diuitum affluere ⁊ exterius more pauperum mendicare.

## ¶ Tertium notabile.

Quid ſit diſpēſatio.

TERTIO notandum principaliter: ꝙ diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio facta cum cauſe cognitione ab eo qui habet ius diſpenſandi ſm gloſaz infra, q. i. §. niſi rigor. Unde diſpēſare eſt diuerſa pēſare: quia qui vult diſpenſare debet omnia de quibus fit ibi mentio pēſare. Unde etiam diſpenſatio vocatur vulnus: quia vulnerat ius cōmune: quod fieri non debet, ſine cauſa legitima. Unde diſpēſatio facta ꝙ frater minor poſſit habere recipere ⁊ contrectare pecuniaz: vulnerat regulā beati franciſci ⁊ ſtatum totius religionis minorum videtur dehoneſtare: cum non habere vel non recipere pecuniam fuerit ſemper inſigne paupertatis prefate religionis minorum inter religiones mendicantium. Item dicitur in deſcriptione diſpenſationis facta cū cognitione cauſe. Ubi notandum ſm panormitanum capitulo. diuerſis. de clericis coniugatis: ꝙ in ijs que ſunt mere ⁊ pure iuris poſitiui ſufficit principis voluntas, i. pape: ſed in inferiore requiritur cauſe cognitio: ſed in ijs que non ſunt iuris poſitiui pure ſed iuris diuini vt in voto ⁊ iuramento ⁊ huiuſmodi: requiritur cauſe cognitio etiam in principe. Unde ſi fiat ſine cauſe cognitione non meretur dici diſpenſatio: ſed diſſipatio. ¶ Notandum vlterius ꝙ diſpenſationum aliqua eſt debita: aliqua prohibita: aliqua permiſſa. ¶ Debita eſt diſpenſatio facta aut ratione temporis aut perſone vel pietatis vel neceſſitatis, vel vtilitatis eccleſie vel euentus. Et de ſingulis horuʒ vide infra, queſtione ſeptima. §. niſi rigor ⁊ capitulis ſequētibus vſq; ad. §. ecce. Et breuiter vbicunq; ſubeſt iuſta ⁊ legitima cauſa diſpenſandi. ¶ Diſpenſatio vero prohibita eſt vbicunq; non poteſt fieri ſine manifeſta eccleſie decoloratione vel ſtatus alicuius religionis: vt ꝙ fratres minores habeant bona immobilia vt poſſeſſiones redditus annuales iure legati vel ex hereditaria ſucceſſione: ⁊ ꝙ poſſint adire hereditates parentum: habere ⁊ recipere pecuniam patet euidenter eſſe contra regulam eorum. capi. fratres nihil ſibi approprient: nec domum: nec locum nec aliq̄ rem ⁊c. ſecundum ꝙ expreſſe determinauerunt ſummi pontifices ſcilicet Nicolaus tertius de verborū ſignificatione, capitulo, exijt qui ſeminat, libro ſexto. Et Clemens quintus de verborum ſignificatione, capitulo, exiui de paradiſo. in clemētinis ⁊ plures alij ſummi pontifices: ⁊ talis fuit intentio beati Franciſci expſſa ⁊ etiā omniū ſanctoꝝ patruʒ ⁊ doctoꝝ ordinis: qui dixerunt regulaʒ minoꝝ fundatā in arctiſſima ⁊ altiſſima pauptate: vt clare patet ex ſupradictis in ſcdo notabili principali. ¶ Itē diſpēſatio

Que dicat diſpēſatio debita ꝓhibita ⁊ permiſſa.

eſt prohibita ⁊ illicita vbicunq̄ nō eſt iuſta cauſa diſpenſandi. infra. q. I. capitulo. Et ſi illa. Ubi Gelaſi⁹ papa. Et ſi illa nōnūq̄ finenda ſunt que ſi ceterorū conſtat integritas: nocere tamen ſola non valeant illa tamē magnopere precauenda ſunt que recipi ſine manifeſta decoloratione nō poſſunt. Diſpenſatio aūt permiſſa aliquando in caſu. vt. 50. diſtinctiōe. ſi quis preſbyter. ⁊ in multis caſibus iura permittunt diſpenſationem. ℂ Notandūm ꝙ diſpenſatio impetrata ſine cauſa legitima aut tacita ve ritate aut ex falſa cauſa: nulla eſt quo ad deum ⁊ quo ad eccleſiam. Unde diſpenſatus a papa in hꝭ que ſunt iuris diuini. vt in voto ⁊ in iuramēto ⁊ huiuſmodi ſine cauſa iuſta non eſt tutus quo ad deum ſm̄ panormitanum. de voto ⁊ voti redemptione, capitulo nō eſt voti. Ex quo infert dictus panormitanus ꝙ nō eſt tutus religioſus cum quo papa diſpenſat ſine cauſa iuſta vt tranſeat ad lariorē religionem. Multo minus ſi diſpē ſat⁹ in aliquo puncto regule ſue: puta ꝙ indifferenter contractet ⁊ recipiat pecuniam ⁊c. ℂ His notabilibus tribus premiſſis ponuntur tres cōclu ſiones conformiter ad dicta notabilia cum ſuis correlarijs. Quarum prima eſt iſta.

## ℂ Prima concluſio.

STATUS religionis eſt quidam ſpecialis modus viuendi in eccleſia militante voto ſolemni firmatus in quo quaſi in ſchola virtutum per modum diſcipline deo famulando tenditur ad ſpecialem perfectionem charitatis. ℂ Probatur prima pars. Quia perfectio ſtatus conſiſtit in ſequendo chriſtum ⁊ relinquendo omnia propter chriſtum. vt Matthei. decimonono. Si vis perfectus eē vade vēde omnia que habes ⁊ da pauperibus ⁊ veni ⁊ ſeq̄re me. Sꝫ iſtud eſt proprium religioſis. ergo ſtatus religionis eſt quidam ſpecialis modus viuendi ⁊c. ℂ Ubi aduerte ꝙ ad talem modum viuendi quattuor requiruntur. ℂ Formaliter quidem neceſſaria eſt charitatis perfectio ſaltē acquirenda. ℂ Efficienter vero trium principalium votorū obligatio q̄ eſt eſſenciale in qualibet religione approbata. ℂ Tertio inſtrumentaliter corporalis in ieiunijs ⁊ vigilijs ⁊ huiuſmodi exercitatio ⁊ regularis obſeruatio: ⁊ ſm̄ iſta; vna religio eſt arctior alia ſm̄ regulam propriam aut conſtitutiones illius religiōis. ℂ Quarto exemplariter modi viuēdi chriſti ⁊ apoſtolorū imitatio. Et ſm̄ iſtud vltimum ordo fratrum minorū magis ⁊ strictius imitatur modum viuendi chriſti ⁊ apoſtolorum eius: q̄ quecunq̄ alia: cum nec in cōmuni nec in ſpeciali poſſeſſiones aut aliqd aliud habeant niſi ſimplicem vſum facti. ℂ Scd̄a pars concluſionis ſcilicet ꝙ ſtatus religionis eſt quaſi ſchola virtutū in qua tenditur ad pfectionem: probatur auctoritate beati Bernardi in epiſtola. Ordo ſeu religio noſtra eſt ſtudere ⁊ ſe exercere in vigilijs ⁊ orationibus ⁊ opere manuū: ⁊ ſuper omnia excellentiorem viam tenere que eſt charitatis. Porro in omnibus his proficere de die in diem ⁊ in ipſis perſeuerare vſq̄ ad vltimū diem. Hec ille. Et ſic patet prima concluſio principalis ex quo infero.

Qz q̄ttuor ſunt neceſſaria exiſtētib⁹ i ſtatu religionis.

ℂ Primum correlarium.

ℂ PRIMO ꝙ religio eſt ſtatus perfectionis acquirende nō autē ac-

quiſite: in quo ꝓfeſſores eiuſdē tanꝗ in ſchola obligātur tendere ad ſpecialem ꝑfectionē charitatis. ¶ Probat̃ prima pars, qꝛ ſm ſcotū. li. iiij. di. xxxviij. Status religionis differt a ſtatu epoꝝ q̄tū ad perfectionem qꝛ epi ſunt in ſtatu perfectiōis exercende: qꝛ ſunt perfectores ⁊ purgatores ſeu illuminatores ſubditoꝝ. Religioſi vero ſunt in ſtatu perfectiōis acquirende: qꝛ ſunt perficiendi tanꝗ ſubiecti ⁊ diſcipuli in ſchola virtutum. Aſſumūt aūt ſtatum ꝑfectionis non quaſi ꝓfitentes ſe eſſe ꝑfectos: ſed quaſi ꝓfitentes ſe ad perfectionem tendere: nec ꝓpter hoc ↄmittunt mendatium aut ſimulationem ex hoc ꝙ non ſunt perfecti qui ſtatum ꝑfectionis aſſumūt: ſed ex eo ꝙ ab intentione perfectiōis aīum reuocant. Per hoc patet ſecūda pars correlarij.

¶ Correlarium ſecundū.

¶ SECUNDO infertur. Religio ſic eſt ſtatus perfectionis acquirēde ꝙ obligat ſuos ꝓfeſſores ad aliqua ad que non religioſi inq̄tū huiuſmodi non obligantur. ¶ Probatur. Quia in ſtatu perfectionis dicit̃ quis eſſe proprie non ex hoc ꝙ habet actum dilectionis perfecte: ſed ex hoc ꝙ obligat ſe perpetuo cum aliqua ſolemnitate ad eam que ſunt perfectionis vtpote ad tria vota religionis. Contingit autē ꝙ aliqui ſe obligant ad ea que non ſeruant: ⁊ aliqui implent ea ad que nō ſe obligauerunt. Primi dicūtur eſſe in ſtatu ꝑfectiōis licet non ſint perfecti. Alij āt .ſ. ſecundi ſunt perfecti licet non ſint in ſtatu perfectionis. Iſto igitur mō ſunt in ſtatu perfectionis religioſi: quia ad ea que ad perfectionē ptinēt ſunt perpetuo obligati ⁊ cum ſolemnitate profeſſionis: nō aūt alij ſeculares: quia huiuſmodi voto vel regulares obſeruātias non ſunt ſolēniter obligati. ¶ Et licet ad aliqua vota vel huiuſmodi ſint aliquādo voto ſimplici vel priuato obligati: tamen finaliter cum eis poteſt diſpenſari nōianūſ ſic cum alijs.

¶ Tertium correlarium.

¶ TERTIO infertur. Omnis religio vocatur ordo propter inſtitutos ⁊ ordinatos modos tendēdi i finem ſuū vt ordo minoꝝ: ordo ꝑdicatoꝝ: ordo monachoꝝ: ad quos modos ſic obligātur oēs ſtatū religiōis ꝓfitentes: adeo vt non obſeruātes maximis periculis ſue ſalutis ſubiaceant. ¶ Patet prima pars huius tertij correlarij. Quia ſic eā vocat papa gregorius decimus: extra de religioſis domibus li. vi. c. vnico. vbi ſic ait. Diſtrictius ꝓhibemus ne aliquis decetero nouū ordinē aut religionem inueniat aut habitum religionis aſſumat. Ubi nota ſm Hieronymū in regula ſua. c. iij. ꝙ ſunt tria genera monachoꝝ ſeu religioſoꝝ in generali. ¶ Primi dicuntur ſerabite diſcurrentes hincinde ⁊ viuētes in ſpiritu ſue libertatis: qui dicunt ſe chriſtū ſequi in eo ꝙ circuibat ciuitates ⁊ caſtella: qui etiam proprie dicūtur circūcelliones quaſi per diuerſas cellas ſemꝑ vagātes: cōitates fratrū ſemper fugiētes. Hi ſatis vituperātur a doctoribus ⁊ in iure. xvi. q. i. c. quidam monachi. Hos vident̃ quidam ex nr̃is imitari a curia romana vel a generali miniſtro lr̃as impetrātes: vt per ſe ⁊ in ſua libertate valeāt cellas ⁊ eremitoria edificare ſuo mō viuere: ⁊ ꝑ caſtella ⁊ ciuitates diſcurrere ⁊c̃. ¶ Secūdi dicuntur

anachorite: idest ſolitarij viuentes: ab ana quod est ſurſum ⁊ chorus quaſi celestes choros mente cōtemplantes. Jſti dicūt ſe chriſtū imitari in eo ꝙ ſolus agebat in deſertis. Luce. iiij. Et in montem aſcendit ſolus orare Mat. xiiij. Hi traxerunt initium ab helya vel a ioāne baptiſta. Et ſꝫ beatū thomā. ſcđa. ij. q. clxxxviij. ar. viij. q̄uis vita ſolitaria ſi debite aſſumitur p̄mineat vite ſociali ſicut quod iam perfectum eſt exercetur: tamen ſi vita ſolitaria abſqꝫ precedenti exercitio aſſumatꝛ: eſt piculoſiſſima: niſi ꝑ diuinā gratiam ſuppleatur quod in alijs per exercitiuꝫ acquiritꝛ: ſicut in beato antonio ⁊ beato benedicto. Vita enim ſocialis neceſſaria eſt ad exercitium perfectionis: quia mutuo ſe inſtruūt verbo ⁊ exemplo ac correctione ⁊ ad perfectum producunt. Sollitaria competit iam perfectis qui aliorum regimine non indigent: ſed ſolū ſpiritu dei aguntur. Unde Hieronymus in epiſtola ad ruſticū monachū. Tractādū eſt vtrum ſolꝰ an cum alijs in monaſterijs viuere debeas. Mihi placet vt habeas ſanctum contubernium ideſt ſocietatem: nec ipſe te doceas: ⁊ abſqꝫ doctore ingrediaris viam quam nunqꝫ ingreſſus es. Hanc igitur vitā nō debent aſſumere niſi perfecti ⁊ in religiōe perfecte exercitati ⁊ ꝓbati. ❡ Tertij dicuntur cenobite ideſt in congregatiōe viuētes a cenon qđ eſt cōmune. ❡ Hi videntur exorti ſub helyſeo qui conſtituit cuneū prophetarum ideſt religioſorum ſm gloſam quarti regum. iiij. Sed fuerunt renouati a chriſto qui diſcipulos habuit pariter habitantes ⁊ in cōmuni viuētes cum quibus in montem aſcendēs docebat eos. Mat. v. Jſti cenobite habent diuerſos modos viuendi: qui dicunꝛ ordines ꝓpter ordinatū modum viuendi ſm regulas ⁊ conſtitutiōes eorū quas profitentur ⁊ ad diuerſa deputantur: ſcilicet vel ad vitā actiuā vel cōtēplatiuā aut mixtam: ſm ꝙ inſtituti ſunt dicti ordines. Et ſic patet prima ps correlarij. ❡ Secunda pars ꝓbatur: ſcꝫ ꝙ q ſtatū religionis profitentur tenentur obſeruare. ❡ Probatur ſic. Aſſumens aliquem ſtatū tenetur ſeruare ſpectantia ad ſuū ſtatū: ſꝫ profitens religionē aſſumit ſtatū religionis: ergo tenetur ſeruare ea que ſpectant ad ſtatum ſue religionis. ❡ Probatur maior: quia factus prelatus tenetur ſeruare ea que ſpectāt ad ſtatum prelationis. Similiter ſacerdos ſeruare tenetur que ſpectāt ad gradū ordinis ſacerdotal'. Similiter chriſtianꝰ tenetꝛ ſeruare q̄ ſpectāt ad ſtatū chriſtianitatis. Dato etiā ꝙ non ꝓmiſerit explicite ⁊c̄. Jgitꝛ religioſus aſſumēs ſtatū religionis tenetur ſeruare ea q̄ ſūt de ſubſtātia religiōis vel ſue regule: alioquin ſe exponit damnationi eterne ⁊c̄.

❡ Quartum correlarium.

❡ **RELIGIOSI** quoꝝ volūtas renuit ſubijci ordinationi regule ⁊ ꝯſtitutionū: ſed deliberate magis volūt extra ⁊ ꝯtra regularē obſeruantiam viuere: nolentes reformari: ſi ſic perſeuerant vſqꝫ in finem: non poſſunt niſi damnabiliter mori. ❡ Probatur. Tum primo: quia tales frangunt vota ſue religionis per eos ſolemniter emiſſa. Tum quia non ignorāter: ſed deliberate reſiſtunt ijs que neceſſario requiruntur ad ſuaꝫ ſalutē. Nō enim pnt ad ſalutē pertingere: niſi viuēdo ſm regulā quā ſcienter impugnāt nolētes reformari. Nā de talibꝰ fuit viſio quā btūs pa-

ter nr̄ frãciſc⁹ habuit in faciẽdo regulã. Uidebat̃ ſibi micas panũ ſubtiliſſimas colligere: multiſq; fribus famelicis ipm circũſtãtib⁹ debere tribuere. Sʒ cũ ꝓpter earũ tenuitatẽ ne inter man⁹ excideret̃ dare formidaret: vox deſup eſt ei facta dicẽs. frãciſce vnã de micis oibus panẽ facito volẽtibuſq; comedere porrigito: qđ cũ feciſſʒ: quicũq; deuote nõ recipiebãt aut receptã ɔtẽnebãt: demũ mox lepra infecti notabiles apparebãt. Sed cum viſionẽ p̃dictã beatus frãciſc⁹ minime intelligeret ⁊ peruigil eſſet in oratione: vocẽ de celo delapſam audiuit dicentẽ, frãciſce mice noctis p̃terite verba ſũt euãgelica: hoſtia eſt regula: lepra iniqtas. ¶ Patet ex dictis ꝙ ɔtemnentes aut frãgentes regulã incurrũt lepram: ideſt iniquitatem.

¶ Quintũ correlarium.

¶ RELIGIOSI quibus nulla eſt cura de ſui ſtatus obſeruãtia: ſʒ paſſim ⁊ indifferẽter rl'am vel ɔſtitutiões vel cerimonias ſue religionis frãgũt ac ꝓ nihilo ducũt ſi ſic vſq; in finẽ ɔtinuauerint: nõ video qn trãſit⁹ eox in tremẽdo dei iudicio ſit de piculo p̃ditiõis vehemẽtiſſima trepidatiõe ſuſpect⁹. ¶ Probat̃. Quia ex ɔtemptu euidẽter peccant. Ubi nota ꝙ contemnere prout ad ꝓpoſitum ſufficit rem aliã vt auctoritatẽ ſuperiox: vel eorũ ɔſtitutiones: eſt ipſam vere vel interp̃tatiue nullã aut inutilem ſeu vilẽ aut minus iuſtã reputare: qꝛ tales ex hoc videt̃ur magꝭ ingrati diuinis beneficiis quibus ſunt ſublimati ad ſtatum perfectionis. Sicut dicit apoſtolus ad hebreos. x. ꝙ fideles grauiora merẽtur ſupplicia ex hoc ꝙ peccando filium dei ɔculcãt p̃ ɔtemptũ. Unde ⁊ dñs ɔqritur per hieremiã. xi. c. Quid eſt qđ dilect⁹ me⁹ in domo mea fecit ſcelera multa? Tales. n. cõiter efficiũtur peſſimi ⁊ maxime incorrigibiles. Uñ Auguſtin⁹ ad vincentiũ donatiſtã. Ex quo dño ſeruire cepi qm̃ ſicut difficile expertus ſum meliores q̃ꝫ qui in monaſteriis ꝓfecerũt: ita dteriores nõ ſum expert⁹ q̃ꝫ qui in monaſteriis defecerũt: hic arbitror dictũ apocalipſis vltimo. Iuſt⁹ iuſtificet̃ adhuc: ⁊ qui in ſordib⁹ eſt ſordeſcat adhuc. De quibus etiã videt̃ dictũ illud hieremie. xxiiii. Uidi ficus bonas bonas valde. Malas: malas valde: que comedi non poſſunt eo ꝙ ſunt male. ⁊c̃.

## ¶ Conclusio ſecunda.

SECUNDA cõcluſio principalis ponit̃ iuxta ſm̃ notabile ſupra poſitũ q̃ talis eſt. ¶ Habere poſſeſſiões vel reddit⁹ ãnuales in cõi vel in ſpãli in ordine fratrũ minox nõ eſt licitũ tãq̃ꝫ inſtitutiõi ⁊ intentiõi regule minox repugnans ⁊ contrarium. ¶ Probatur. Illud qđ repugnat regule fratrũ minox non eſt fribus dicti ordinis licitũ: ſed habere poſſeſſiões ⁊ ãnuales redditus eſt huiuſmodi: igitur non eſt eis licitum. Maior videtur de ſe nota: quia fratres promiſerunt vitam iſtam ſemper ⁊ regulam obſeruare vt dicit regula. Minor probatur. Poſſeſſiones ⁊ annui redditus inter bona immobilia a iure cẽſentur: q̃ regule ⁊ paupertati euãgelice repugnãt q̃ eſt nihil h̃re nec in cõi nec in ſpãli. Unde dicit̃ in rl'a. frẽs nihil ſibi approprient. nec domũ: nec locũ: nec aliquã rẽ. Ubi ait nicolaus papa tertius. Porro cũ re

gula ipa expreſſe ptineat q fratres nihil ſibi appropꝛient nec domū: nec locum: nec aliquā rem: ſitq declaratum per eundē noſtrū predeceſſorē gregorium nonum ꝛ nōnullos alios hoc obſeruari debere tam in ſpeciali q̄ etiam in cōi; quam ſic arctam abdicationem venenoſis obtrectationibus aliquorum inſenſata deprauauit aſtutia: ne fratrum eorundem perfectionis claritas talium imperitis ſermonibus laceretur. Dicimus q abdicatio proprietatis huiuſmodi oium rerū tam in ſpeciali q etiam in cōi propter deum meritoria eſt ꝛ ſancta: quam ꝛ chriſtus viam perfectionis oſtendens: verbo docuit ꝛ exēplo firmauit: quamq primi fūdatoris militātis eccle put ab ipſo fonte hauſerant in volentes perfecte viuere per doctrine ac vite ipſoꝝ alueos deriuarunt. Hec nicolaus tertius. Itē gregorius non⁹. Dicimus itaq q nec in cōi nec in ſpeciali debent proprietatē habere: ſꝫ vtenſiliū ꝛ libroꝝ ꝛ eoꝝ mobiliū q̄ licet habere ordo vſum habeat ꝛ frēs ſm q generalis miniſter ꝛ puinciales miniſtri duxerūt diſponēdū hs vtāt: ſaluo locoꝝ ꝛ domoꝝ dñio illis ad quos noſcitur ptinere. Hec Grego. Itē clemēs papa. v. ſic ait. Quia igit in ſucceſſiōibus trāſit non ſolū vſus rei ſed etiā dñium ſuo tpe in heredē, frēs aūt pfati nihil ſibi in ſpāli acqrere vel eoꝝ ordini poſſunt etiam in cōmuni declarando dicimus: q ſucceſſionū hmōi que etiā ex natura ſua indifferenter ad pecuniam ꝛ etiam ad alia mobilia ꝛ imobilia ſe extendūt: cōſiderata ſui puritate voti nullatenus ſunt capaces. Nec liceat eis valorem talium hereditatum vel tantam earum partem q preſumi poſſet hoc in fraudem fieri quaſi ſub modo ꝛ forma legati dimitti ſibi facere vel ſic dimiſſa recipere: quin potius iſta ſic fieri ab ipis ſimpliciter prohibemus. Ex quo patet q fratres minores non poſſunt ſuccedere parentibus vel propinquis in hereditatibus vel bonis mobilibus vel imobilibus iure ſucceſſionis. Et q non poſſunt habere redditus vel poſſeſſiōes. ¶ Patet ibidē p eūdē dñm clemētē ſic dicentē. Cūq annui redditus inter imobilia cenſeantur a iure ac huiuſmodi redditus obtinere pauptati ac mendicitati repugnet: nulla dubitatio eſt: q dictis fratribus redditus quoſcūq ſicut ꝛ poſſeſſiōes vel eorum etiam vſum cum eis nō reperiat̄ conceſſus recipere vel habere conditione conſiderata ipſorum nō licet. Et ſic videtur concluſio ſufficienter pbata per hos dictos ſūmos pontifices: ſcilicet q habere poſſeſſiōes vel annuos redditus vel iure hereditario ſuccedere propinquis non eſt fratri minori licitum: ſed damnabile ꝛ ſaluti oppoſitum. Dices q diſpenſati ſunt per ſummū pontificem. Ad hoc dicetur inferius: qꝛ diſpenſatio facta ſine cauſa iuſta nō eſt tuta quo ad deum ꝛ cōſcientiam.

¶ Primum correlarium.

**EX QUA** concluſione infero primo correlarie probabiliter tātū q fratres pticulares ordinis minorum (qui vetantur poſſeſſiones ꝛ annuales redditus habere) degentes vel cōmorantes in illis conuentibus qui patenter vel ſophiſtice de prefatis redditibus viuunt: a talibus conētibus cōem vitam recipere non debent: niſi ſicut vxor vſurarij que tenet̄ de proprio labore aut elemoſynis vitā ſuā ducere: poſito q oia bona vi

ri sui sunt de vsuris. ¶ Probat. quia ratio quare vxori vsurarij ꝓhibetur
viuere de bonis vsurarij (posito ꝙ oia bona sua ꝓueniāt ex vsuris) est:
quia ipsa vitam suā duceret ex furto vel rapina vel de alieno. Ita frater
minor viuens de alienis redditibus aut possessiōibus viuit de furto aut
rapina: quia tales redditus rapina sunt ⁊ nullius iuris existūt. Si enim
fratres tales possint viuere de cōibus elemosynis quas illi conuent⁹ re-
cipiunt bene est cum eis: sin aūt procurēt a fidelibus: alioquin non vidē-
tur tuti: cum tales redditus (vt dictum est) sint rapine: quia prohibiti a
regula ⁊ summis pōtificib⁹ ⁊ ꝑ ꝯsequēs fratres nullū ius in eis hūt nec
habere psūt. ¶ Ex eodē sequi videtur: ꝙ nō est tutū declinare ad tales cō
uent⁹ viuētes ex possessiōibus ⁊ redditibus: nisi habeāt aliūde puta ex
elemosynis licite mēdicatis: qꝛ viuere ex rapinis ⁊ iniuste acquisitis nō
licet nisi in casu extreme necessitatis. ergo ⁊c. ¶ Si dicas ꝙ nō esset lici-
tum fratribus accedere ad capitulum generale vel ꝓuinciale qñ in tali-
bus ꝯuentibus celebratur: dicendū ꝙ fratres suscipientes capitulū dili-
gentissime elemosynas procurant fidelium de quibus pōt sufficiēter fra
tribus prouideri sicut satis notum est.

¶ Correlarium secundū.

¶ SECUNDO infero. Usus indifferens seu indeterminatus pecu
lij in particulari tanꝗ̄ fini religionis ꝯtrarius nō pōt fratri minori licite
ꝯcedi: nec per ꝯsequēs a peccato excusari. ¶ Probat. Quia talis vsus
indifferens peculij repugnat fini religionis qui est tendētia ad perfectio
nem charitatis: quia pecunie ex hmōi habite de per se nate sunt ꝑfectio-
nem charitatis minuere scilicet sui sollicitudine: amore ⁊ vanitate sequē
te. Ubi notandū pro ampliori intellectu: ꝙ duplex pōt intelligi vsus pe
culij: qꝛ aut est reuocabilis aut nō. ¶ Primo si vsus peculij sit certus vl'
securus ꝙ non possit per prelatū reuocari: non potest religioso pro suo
particulari etiam per dispensationē concedi. Unde scribit extra de statu
monachorum, cum ad monasteriū. Nec estimet abbas ꝙ super habēda
ꝓprietate possit cum monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis
sicut ⁊ custodia castitatis a deo est annexa regule monachali: vt cōtra eā
nec summus pontifex possit indulgere lnīam. Quod verum est regulari
ter. Quod si verum sit de monacho: amplius de fratre minore: cuȝ pau-
pertas fratrū minoꝝ sit arctior paupertate monachoꝝ. ¶ Aut scdo talis
vsus est reuocabilis ⁊ hoc iterum dupliciter. Primo quia talis vsus est
determinatus per presidentem: vtputa prelatus dat aut cōcedit religio
so suo librum aut breuiarium ⁊ hmōi pro vsu suo licito ⁊ honesto: aut eti
am necessaria suo statui cum facultate reuocandi quando ei placuerit (sē
per enī voluntas religiosi dꝫ esse subdita p̄lato vt resignet quādo volue
rit) ⁊ iste vsus pōtest concedi licite vt notum est. ¶ Aut est indetermina-
tus siue indifferens: sic videlicet ꝙ prelatus reliquit religiosum in liber-
tate faciendi de peculio quod voluerit vel quod sibi bonū visum fuerit.
Siue illud manualiter religiosus subditus a prelato receperit qd vocat
ab aliquibus vestiariū: sicut fit in nonullis cōuentibus habentibus pos-
sessiones aut redditus annuales: siue illud per suas operas ⁊ industrias

conquiſierit: prout faciunt mendicantes ⁊ fratres non reformati per diuerſas vias ⁊ modos indebitos predicando bullas ⁊ huiuſmodi: ſiue per modum ſucceſſionis hereditatum vel ānui redditus ſibi aſſignati a parētibus vel alias vndecunq̧ habuerit. Huiuſmodi igitur vſus non pōt fratri minori concedi tanq̄ regule beati frāciſci contrarius. Unde occaſione talis vſus immo verius abuſus multi fratres tenent res ad ſuperfluitatem vt pecuniam equos habitꝰ ſeu tunicas triplicatas ⁊ varias pompoſas cameras miro modo ornatas ⁊ edificatas: ⁊ multiplicibus ſuppellectilibus munitas: ⁊ pro ſua excuſatiōe dicunt ſe habere a ſuis ſuperioribus licentiam quas gratias vocant: ⁊ ꝙ parati ſunt ſemper totum reſignare in manibus prelati: quod tamen raro ꝯtingit. Uerūtamē non poſſunt excuſare: quin ſit peccatum in diſpenſante ⁊ diſpenſato. In diſpenſante quidem eſt peccatum infidelitatis ſeu iniuſticie: cum abutitur poteſtate que eſt ei in edificationē ⁊ ipſe abutitur ea in deſtructionem. In recipiētē hmōi diſpenſationē eſt auaritia ⁊ cupiditatis viſcoſitas: cū non ad neceſſitatem ſed ad ſuperfluitatem hmōi teneat. Et ꝑ hmōi peculium particulare bono cōmuni detrahitur ⁊ multi fratres ī cōmunitate pauperrime viuunt: alij autem ſuperabundant. Unde ſi prelati ⁊ guardiani non faciunt vt viuatur in cōmuni q̄tum in eis eſt: nō puto eos eē in ſtatu tuto: quia fauent rei deſtructiue religionis. Argumētū di. lxxxiij error: ⁊ in alijs capitulis ibidem. Si vero ſunt ſubditi ⁊ reſiſtūt huic bono cum attentatur: non quia non poſſent ſufficienter viuere: ſed quia volunt abundare ⁊ de ſuis ſuo modo facere: videntur eſſe in ſtatu periculoſo: cum ſeculariter viuāt ⁊ velint in malo perſeuerare. ¶ Prohibetur aūt religioſis ſeculariter viuere. extra de regularibꝰ ⁊ trāſeūtibus ad religionē capitulo. relatum.

¶ Correlarium tertiū.

¶ SI FRATER ſingularis in aliquo exiſtens conuentu puritatem ſue regule nō poſſet obſeruare vel nō valeat ibidē manere ſine periculo trāſgreſſiōis ſui ſtatꝰ: ad aliquē ꝯuētū religiōis ſue in quo religio vigeat liberā trāſeūdi hꝫ facultatē lnia petita ⁊ ſi nō obtēta: imo ad hoc tenet. ¶ Probat: qꝛ vnuſqſq̧ tenet eſſe ſollicitꝰ de ſalute aīe ſue: alioquin videret ꝯtemnere. Talis igit obligat fugere ea q̄ ſūt ꝓxima vel ꝓbabilis occaſio ſue ruine: cuiuſmodi eſt ꝯuētꝰ deformatꝰ in quo nō eſt regularis obſeruātia: ⁊ q̄rere locū vel ꝯuētū in quo viget modꝰ religiōis viuendi ꝯformis ꝓfeſſiōi regule quā ꝓmiſit ⁊ vouit. Uñ dr in rl'a. Ubicūq̧ ſunt frēs q ſcirēt ⁊ cognoſcerēt ſe nō poſſe rl'am ſpūaliter obſeruare: ad ſuos miniſtros debeāt ⁊ poſſint recurrere. Uñ ſm aliquos rl'am ſpūaliter obſeruare: eſt illā obſeruare ſm puritatē ſuā ſine occaſiōe ꝓxima ad pctm̄. Et ꝑ oppoſitū: rl'am nō ſpūaliter obſeruare vel nō poſſe obſeruare: ē nō poſſe regulā ſeruare ſm puritatē ſuā ſine occaſiōe ꝓxima ad pctm̄. Etiam poteſt dici tā ex verbis prime regule vbi dr: ꝙ frēs in qbuſcūq̧ locis ſunt q nō pūt vitā nr̄am ſpūaliter ſeruare id ipſū ſuo miniſtro ſignificent: q̄z ex verbis regule vbi dr vbicūq̧ ſūt frēs: videt ꝙ talis in obſeruantia ſit ad locū reflectēda. Ubi ergo eſt ꝓprietas aliqua vt poſſeſſiōes

vel annui redditus loco annexa vel quaſi de regula nihil ſeruat. vel ꝯ ſtatutis ⁊ indifferens ingreſſus ſecularium vtriuſqȝ ſexus: nec in cõi viuit: ſȝ quilibet frater habet peculiũ in particulari vt ſeculares: talis locꝰ vel cõuentus non videt tutus ad ſalutẽ nec aptꝰ ad obſeruãtiã regularẽ: quare frater tenet ad ſuũ miniſtrũ recurrere ⁊ petere ꝙ ſibi ꝓuideat de loco ⁊ conuentu in quo poſſit regulariter viuere. Si dicas ꝙ miniſter non curat: qꝛ nec ipſe viuit regulariter: dicendũ. ꝙ tũc frater petita licẽtia ⁊ ſi nõ obtenta pgat ad locũ in quo viuit regulariter cum conſcientia tuta ⁊ ſecura: qꝛ etiã ad hoc tenet. Nec miniſter vel quicũqȝ prelatus ordinis põt eũ detinere vel impedire. Nec miniſtro p̃cipienti per obiam ꝙ maneat in ꝯuentu hmõi deformato tenet obedire: qꝛ dr in regula de miniſtris. Nõ p̃cipiẽtes eis aliquid qḋ ſit ꝯtra aiam ſuã ⁊ rlãm nr̃am. Nec excuſari pñt tales de impotẽtia inueniẽdi ꝯuẽtus reformatos: qꝛ p dei grãz in qualibet ꝓuincia ordinis ſũt plures ꝯuẽtꝰ in qbus regulariter viuit ſm regule puritatẽ. Si dicas ſicut plures volũt ſe excuſare dicẽtes: ꝙ viuũt ſm ꝯſnetudinẽ quã inuenerũt qñ ꝓfeſſionẽ in illo ꝯuentu fecerũt nec aliter credebãt obligari: dicendũ ſm alexãdrũ de hales: ꝙ nõ excuſant: qꝛ qñ ꝓfitent: regulã ꝓfitent non ꝯſuetudinẽ. Ideo non excuſantur ſi regulam non obſeruant. Si iterũ dicas ꝙ nemo obligat niſi ad id qḋ ſe obligare intendit: dicendũ eſt ꝙ verũ eſt explicite: ſed nõ implicite: quia qui vult principale puta eſſe frater minor: vult ⁊ acceſſoriũ ſcilicet obligationẽ ad p̃cepta regule minoꝝ lȝ hoc nõ intendat explicite. Nam ex quo regulã vouit habitũ religiõis detulit q ꝓfeſſis dat ⁊ alia fecit q̃ ꝓfeſſis ꝯueniũt: nulli dubiũ: obligatur.

¶ Correlarium quartũ.

res conſtituantur qui ſtudia litterrarum liberaliumqꝫ artium dogmata
aſſidue doceant: quia in his maxime diuina manifeſtantur ⁊ declarant
mandata. Hec ibi. Inſuper ad ignominiam ⁊ condẽnationẽ indigne ꝓ
motorum ⁊ promouentiũ nota gloſam in capitulo qualis. viij. q. i. que
dicit ꝙ in hoc quidam diſcipuli decepti ſunt quia nimis feſtinant ad ca-
thedram: ⁊ dum delectantur in loco glorie: fiunt alijs auctores ruine.
Magiſter nempe cathedram facit: non cathedra magiſtrũ. xl. diſtin. c.
multi. Magiſtri enĩ moribus ſcientia ⁊ facundia debẽt alios precellere
C. de profeſſorib⁹. ⁊ in eadẽ. l. magiſtros. Et erit talis magiſter cui⁹ ꝯpa
ratione diſcipuli palea dicant. Hec gloſa. De hac materia multa p̃clara
notant in gloſa capl'i cũ ex litteris. de reſtitutiõib⁹ in integrũ circa v̈buꝫ
inſtructus. ⁊. C. de ijs qui veniã etatis impetrauerũt. l. ij. ⁊. C. de athle-
tis. l. i. in apparatu. Nec facile eloquio poſſit euolui quot ſcandala. quot
ve errores ⁊ ſciſmata diſſeminẽt in ꝓuincijs eoꝝ miniſtri: qui eoꝝ cupi-
dine ⁊ lucro indoctos ꝓmouẽt extollũt ⁊ multiplicãt: cũ tales neqꝫ ad p̃
lia ſcholaſtica deſcẽdere formidẽt: neqꝫ etiã ad cuſtodiendũ ſarcinas di-
uinoꝝ cultuũ ſe quouiſmõ applicare volũt priuilegiũ ſchole ⁊ ꝓmotio-
nes allegãtes: qui tñ ꝓpter ignorãtiã eoꝝ irriſiõe ⁊ ſcãdalo digni ſunt.
Quis enĩ monaſtice ⁊ regulariter viuere deſiderãs r'laꝫ ſuã poſſet ſpũa-
liter obſeruare ſub obediẽtia illoꝝ qui ſiles ſũt maiorib⁹ oliꝫ i iſrael? De
quibus dicit Ezechiel. xx. ſ. ꝑncipes eius in medio illius quaſi lupi ra-
pientes predam ad effundendum ſanguinem ⁊ ad perdendas animas
⁊ auara ſectanda lucra. Hi enim dicti prelati ⁊ ſuperiores fratrũ iuxta
illud Hieremie. i. non euellunt nec deſtruunt vitia: neqꝫ diſperdere ⁊ diſ
ſipare curant luxurioſos inſolentes ⁊ proprietarios per viſitationũ ef-
ficax ſcrutinium ⁊ ſalubres correctiones delinquentium. Neqꝫ eniꝫ edi-
ficant per exempla pietatis ⁊ patientie: neqꝫ enim plantare ſatagunt fra
tres doctos intelligentes ⁊ timoratos. Si enim miniſtri aliquem con-
uentum nouerint inopem rebus aut fercula delicata preparare minime
valenteꝫ: illũ viſitare aut cum mora temporis debite luſtrare penit⁹ ab
ominãt. Quõ igit tales vtiliter p̃eſſe poſſẽt q ad ingluuiẽ carnalitatis
⁊ ꝓpria ꝯmoda ſemp inhiant ⁊ aſpirant? Ubi enim diuitie ⁊ rerũ abun
dantia ac donatiões veriſiliter expectãt: ibidẽ ſolẽt miniſtri ſuas facere

oſtentationes: in talibus quippe locis breuis hora longi temporis victū
conſumit: cum tamen viſitatores lacte lardo ⁊ minutis deberent eſſe cō-
tenti: quemadmodum pulcre habetur in capitulo ⁊ gloſa. Cum apoſto-
lus. de cenſibus ⁊ exactionibus. ⁊ in capitulo illud. viij. q. i. ⁊. xxxix. diſ. ca.
Ecce. Nec de ſeipſis coram deo ⁊ ſubditis ſuis miniſtri ⁊ cuſtodes dicere
poſſunt quod de aliquibus ſparſim in ſcripturis legitur: ⁊ primo de abra
ham. geñ. xiiij. cū enim illi per regem ſodomorū diceretur: Da mihi ani
mas cetera tolle tibi: reſpondit. Leuo manum meam ad dominum excel
ſum poſſeſſorem celi ⁊ terre ꝙ a filo ſubtegminis vſqꝫ ad corrigiam cali
ge non excipiam ex omnibus que tua ſunt: ne dicas ego ditaui abraham.
¶ Secundo nec poſſunt dicere miniſtri ⁊ cuſtodes illud Moyſi numeri
xvj. hic ait ad dominum de filijs iſrael que ſuberant ſibi. ſcilicet. Tu ſcis
ꝙ nec aſellum quidem vnqꝫ accepi ab eis: nec afflixerā quempiam eorū.
¶ Tertio nec illud qd̄ de ſamuele optimo legitur prelato. primi reg. xij.
hic dixit filijs iſrael qui ſuberant ſibi. Itaqꝫ cōuerſatus ſum vobiſcū ab
adoleſcentia mea vſqꝫ ad hanc diem: ecce preſto ſum loquimini de me co
ram domino ⁊ coram chriſto eius: vtrum bouem cuiuſcunqꝫ tulerim aut
aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum: ſi oppreſſi aliquem: ſi de manu
cuiuſquam munus accipiet contemnam illud hodie reſtituamqꝫ illud vo-
bis. Et dixerunt. Non es calumniatus nos: neqꝫ oppreſſiſti neqꝫ tuliſti d̄
manu alicuius quippiam. ¶ Quarto nec poſſunt dicere illud Pauli actu
um. xij. Argentum ⁊ aurum aut veſtē nullius concupiui ſicut ipſi ſcitis:
quoniam ad ea que mihi opus erant ⁊ ijs qui mecum ſunt miniſtrauerūt
manus iſte. ¶ Diceret fortaſſe ad iſta ſcrupuloſus dubitator miniſtros hu
ius temporis nihil capere a fratribus nec vnqꝫ accepiſſe. ¶ Reſpōdet ad
hoc ſectator vicariorum. Huiuſmodi luculenta haberetur experientia: ſi
id quotidie fieret quod de patricio legitur. Quidam namqꝫ ouem vicini
ſui furatus erat atqꝫ etiam comederat: ⁊ cum ſepius hortaretur furē pa
tricius quis ille eſſet ⁊ nullus appareret: cum ſemel totus populus ad ec
cleſiam veniſſet precepit patricius in virtute ieſu chriſti: vt in cuius ven-
trem ouis intraſſet coram omnibus balatum daret: ⁊ mox de reo ita factū
eſt: ⁊ penitentiam de furto confuſus egit. Si inqꝫ deo iubente: hec vox ac
ceptorum munerum de ventribus plerumqꝫ miniſtrorum ⁊ cuſtodū in
ſonaret vt predicitur: audiretur incunctanter non cymbalū tinniēs aut
dulcia cantica dramatis: ſed potius rumor ſonoroſus argenteorum co-
clearium: taſſearum: cruſibilium: pecunie: beghinarum: ſpecierum: equo
rum: ouium atqꝫ volatilium: necnon cultellorum: pannorum nobilium: ſꝫ
quod his diebus occultatum remanet: poſtmodum clarius apparebit:
veluti patet exemplariter ſecundi machabeorum. xij. ibi de donarijs ido-
lorum ſub tunicis interfectorum iudas ⁊ ſui inuenerunt: dum corpora ꝓ
ſtratorum ſepelire debebāt. Quid plura? concludit ex his ⁊ multis alijs
miniſtrorum ⁊ cuſtodum deformitatibus nullatenus poſſibile eſſe ſpiritu
aliter obſeruare regulam ſub eis: qui contra deum ⁊ debitum cure paſto-
ralis pecuniam ⁊ contributiones exigunt a fratribus. Quā tamen habe
re ⁊ contrectare omnino etiam prohibentur, iuxta regulā ⁊ clementinā.

Erini de paradiſo. Abſurdum etiam eſſet ꝙ ad predictam narrationem
queruloſam concilium ⁊ pontifices romani non debuerunt vicarios bo-
ne vite bonis fratribus indulgere: cum ſtatuta Martini pape quinti que
in ordine magne auctoritatis eſtimantur: expreſſe determinēt miniſtro ge-
nerali prouincialibus ⁊ cuſtodibus amplius nō eſſe obediendum: quan-
do contributiones tales exigant. Dicit igitur hic vicariorum amator op
timam veridicam ⁊ neceſſariam pontificibus querelam de vita mala ſu
periorum fuiſſe olim expoſitam: atq; eis adeo patentem ⁊ claram: ꝙ nul
la tergiuerſatione poteſt celari. Quare opus fuit licitum ⁊ conueniens vi
carios loco talium concedere: atq; etiam idipſum impetrare: cuz ſcriptū
ſit. ij. q. vij. in capitulo. Admonendi ſunt ſubditi ne plus ꝙ̄ expediat ſint
ſubiecti. Et hec ſufficiant contra ſcrupuloſum dubitatorem. ¶ Pro ſolu
tione ⁊ inualidatione argumenti precedentis iterato ſcrupuloſus arguit
⁊ fortius inſurgit contra predicta: aſſerens nunc magis audacter totum
aſſumptuz fuiſſe ruinoſuz: cui amator vicariorūz innititur. Ratio eſt hec.

Solutio argumēti ꝓcedētis ſ. vicariorūz amatoris.

Nā ſi iuxta propoſitionez iuris famoſiſſimaz ⁊ vulgarē is nihil ipetrat
qui falſuz narrat: apparet prima fronte ſollicitatores vicariorum coraz
deo ⁊ in foro eccleſie poſſeſſoribus huius obedientie nihil vel parum acq
ſiuiſſe: cū narratio prefata iniuſta execrabilis obliqua ⁊ ſuſpectiſſima eſſe
cenſeatur: ⁊ hoc propter rationes quinq; vrgentiſſimas. ¶ Prima. naz
ſi non ſit poſſibile ſpiritualiter regulam obſeruare ſub obedientia genera
lis ⁊ miniſtrorum prouincialium quia pernicioſe ⁊ irregulariter viuunt:
videtur ꝙ deus ipſe qui hanc obedientie formam inſpirauit: necnō ⁊ ſan
ctus franciſcus illius impetrator ⁊ etiam eccleſia que eam confirmauit
fratres in futurum ad legem aliquam arctare voluerunt que temporum
ſucceſſu non fuiſſet aliquando obſeruabilis. Sed hoc ſapere omnino eſt
erroneum ⁊ inconueniens: cum impoſſibiliuz nulla eſt obligatio. Nec po
teſt etiam lex aliqua eſſe niſi ſit honeſta poſſibilis ⁊ iuſta. velut dicit capi-
tulum. Erit autez lex diſ. iiij. Ex quo igitur regula ſancti franciſci lex que
dam ſit celitus ſancto Franciſco data ⁊ per operationem ſancti ſpiritus
confirmata quo mediante eccleſia non poteſt errare: certum eſt ⁊ indubi-
tabile prefatam regulam nihil continere niſi omnem honeſtatem iuſtici-
am ⁊ poſſibilitatem ergo ⁊c.

¶ .i. ratio inſinuans cauſaz ad inſtituēdā obſeruātiā ſūmo pōtifici ꝓpoſitaz eē in iuſtā atq; obliquā.

¶ Secunda ratio eſt. Sanctus franciſcus
fuit per viſionem anagogicam edoctus de totali fratrum ⁊ ordinis con-
tingentia: ⁊ confeſſus eſt ſibi oſtenſuz fuiſſe ꝙ generalis ⁊ miniſtri ꝓuin
ciales cuſtodes ⁊ guardiani in futurum peſſime viuerent. Si enim licuiſ-
ſet vel neceſſariuz exiſtimaſſet in huiuſmodi caſu vicarioꝝ inſtitutionez ꝓ
curare velut pretendit narratio olim facta concilio conſtantieñ pontifici
bus romanis atq; modernis prelatis: quis tam inſanus qui diceret virū
dei id pro teſtamento non ordinaſſe: cum nullus profecto poſt euz in ordi
ne eſt natus qui flāmigeram charitatez tam humiliter habuit: quiq; tan
tum in ſecretis dei ſcire creditus fuit. Ipſe tamen ad mortez vſq; in illo
perſeuerauit ꝙ fratres generali ⁊ miniſtris humiliter ⁊ ſine contradicti-
one ſemper obedirent. Legitur ꝙ ſanctus ipſe ꝑ modum ſuadele ⁊ te-

¶ .ij. ratio.

ſtamenti fratribus reliquit: vt ſcilicet nunq̃ curiam romanam accederet
impetraturi priuilegia: ſed eſſet priuilegium eorū nihil habere: quod nū
q̃ dixiſſet ſi propter malam vitam ⁊ diſcordiam quam preuidit in ordi-
¶.3.ratio. ne crediſſet neceſſarium procurare vicariorū inſtitutionem: quare per
conſequens videt̉ prefata narratio penitus ⁊ omnino execranda. ¶ Ter
tia ratio eſt. Nam ſuppoſito ꝙ olim fuerunt in ordine ſuperiores irregu
laris vite: non tamen ſequitur ꝓpter hoc impoſſibile fore regulam ſpiri-
tualiter obſeruare ſub obedientia talium prelatorum veluti ſonat ſepefa
ta narratio: cum in ſcripturis hiſtorijs ⁊ cronicis legatur eccleſia chriſti
in multiplicatione martyrum ⁊ iuſtorum hominū valde profeciſſe: etiā
dum graſſaretur ſeua tyrannorum perſecutio. Unde canticorum ſcđo di-
citur. Sicut lilium inter ſpinas ſic dilecta mea inter filias. Hoc tantū eſt
dicere: ꝙ ſicut roſe ⁊ lilia floreſcunt inter ſpinas: ſic dilecte anime iuſtoꝝ
ad ſublimia ſpiritualium cariſmatum frequentius tendere ſolent. Hinc
dr̄ geñ. xix. ⁊ xl. diſ. ca. Quelibet occulta. ꝙ loth in ciuitate peruerſa iuſt9
fuit ⁊ in monte peccauit. Idem hiſtorie veteres teſtāt̃ de Joſeph ⁊ mar
docheo. thobia. daniele ⁊ pleriſq; alijs: qui etiā apud gentiles ⁊ inter peſ
ſimos deum celi coluerunt ⁊ cognoſcebant. Idipſum notatur. xi. q. iij. c.
Julianus impator q̃uis eſſet apoſtata habuit tamen ſub ſe chriſtianos
milites: quibus cum dicebat producite aciem pro defenſione reipublice
obediebant ei. Cum autem diceret producite arma contra chriſtianos:
non obediebant ei: ſed cognoſcebant imperatorem celi. Preterea nūq̃
creditur beati Franciſci plantula tam ſterilis aut arida extitiſſe: quin i ea-
dem fuerūt aliqui conuentus reformati: immo ⁊ multi boni fratres etiā
inter diſcholos qui non libenter damnaſſent ſuas animas. Et idem dicit
papa Martinus in declaratione ſua circa regulā: ꝙ ſemꝑ fuerunt in hoc
ordine aliqui boni ⁊ excellentes in deuotione: quare poteſt nō imerito ali
ter ſentientib9 illud iproperari qđ dñs. iij. regū. xix. dicit helye. Qui cre
didit ꝙ ſolus iuſtus derelictus eſſet: ſcilicet derelinquam mihi in iſrael:
ſeptem milia virorum quorum genua non ſunt curuata ante baal. Sic
veriſimiliter eſt preſumendum ꝙ hodierno tempore plures ſunt deo di-
diti inter vanos ⁊ laſciuos: qui more beati Franciſci carnis petulantiā
vitantes: cor non apponunt ad diuitias licet ille affluant. Hi vero dieb9
⁊ noctibus deū colunt: malis prelatis in licitis ⁊ honeſtis humiliter obe-
diendo: proteſtantur etiam coram deo ꝙ propter eos non ſtat quo mi-
nus regula a multitudine obſeruetur. Quis ſi quidem ſane mentis hos
fratres bone voluntatis ⁊ inter malos bene viuentes damnandos pre-
dicare auderet? Propter hanc igitur rationem dicit ſcrupuloſus dubita
tor vicariorum ſectatores iniuſtam feciſſe narrationem concilio ⁊ roma-
¶.4.ratio. nis pontificibus. ¶ Quarta ratio eſt propter quam non caret magna ſu-
ſpitione narratio prememorata: quoniam expreſſe videtur militare ad-
uerſus clara omnium ſcripturarum teſtimonia preſbyterorum ⁊ ſancto
rum notiſſima exempla necnon ⁊ ſententias doctorum ſiue concordata:
omnium quoq; vox vna eſt: vt ſcilicet boni ſubditi malis prelatis humi-

liter ⁊ abſqꝫ rebellione obediant: q̃diu malum non iubent vel illicitum. quod habetur, xj. queſtione tertia, capitulo, Si dominus. ⁊ capitulo, Julianus, ⁊ cap. Qui reſiſtit. Ad euidentiam huius dicti occurrunt exẽpla veterum. Unde hely ad mortem vſqꝫ fuit a populo iſrael obeditus: attamen quia non ſatis durecorrexit filios ſuos teſtante Hieronymo fuit dã natus. videatur hiſtoria primi regũ. ij. Inſuper quia recuſabant filijs hely ſubeſſe accuſantes eorum maliciam ac regem poſtulantes filij iſrael: habuerunt deum indignatum vt legitur primi regũ. viij. Unde elici poteſt ꝙ inferiorum accuſatio contra prelatos delinquentes non ſit fundata in montibus ſanctis: ſicut Nicolaus de lyra dicit: ꝙ prefati filij hely peccabant cum mulieribus: iudiciũ peruertebant ⁊ munera accipiebãt. Preterea Saul fuit adeo reprobatus atqꝫ viuens diabolo traditus: tamen ſamuel propter regiam maieſtatem eum honorabat: ⁊ multo tempore poſtea filij iſrael obediebant eidem vſqꝫ ad mortẽ. Videatur hiſtoria primi regum. xviij. ⁊ vltra vſqꝫ ad finem primi regum. Talis deniqꝫ dauid cum eſſet homicida ⁊ adulter: interrogatus a propheta ſententiã in diuitem dedit qui ouem pauperis rapuit dicendo. Judico reum hunc mortis. ſecundi regum. xij. Item achab q̃uis baal coluit: attamen iſrael ſine contradictione iudicabat. Notetur hiſtoria illius. iij. regum. xvj. vſqꝫ ad finem tertij. Multi etiam alij tam in veteri q̃ in nouo teſtamentis inueniuntur quorum vita cum eſſet blaſphemabilis: tamen eorum ſentẽtia quia ex officio ſuo ⁊ nota iudiciarij ordinis integritate proceſſit inueniatur ſeruata. Hec omnia commemorantur in capitulo Sacerdos. iij. queſtione. vij. Quid plura vt habetur eccleſiaſtici. xlix. preter dauid ezechiã ⁊ ioſyam: omnes peccatum commiſerunt: nam dereliquerunt legem altiſſimi reges iuda ⁊ contempſerunt timorem dei. nihilominus vt prefertur obediti ſemper fuerunt: licet erant peſſimi. Item in nouo teſtamento Matthei. xxiij. Oĩa quecunqꝫ dixerint vobis ſeruate ⁊ facite. vnde. xciij. diſ. Dominus noſter ieſus chriſtus rex ⁊ iudex ⁊ deus noſter vſqꝫ in diẽ paſſionis ſeruauit honorem pontificibus ⁊ ſacerdotibus: q̃uis illi non timorem dei nec agnitionem chriſti ſeruaſſent. Item prime Petri ſecundo. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis: non tantum bonis et modeſtis: ſed etiã diſcholis. Preterea ſanctus franciſcus fundator ordinis cuius nonnulli volunt ſectatores vocari perfectiores necnon ⁊ regule ipſius boni obſeruatores dicere conſueuit: ꝙ ſi datus illi fuiſſet nouicius vnius anni guardianus: eidem fuiſſet obedire paratus ſicut antiquiſſimo ⁊ diſcretiſſimo fratri: rationem hanc aſſignans ſcilicet: nã quãto is contemptibilior eſt qui preſidet: tanto magis humilitas obedientis placet. Et in propoſito ſimilem rationem ⁊ quaſi ſub eiſdem verbis recolo me olim florentie in tertio ſcripto Alexandri de hales legiſſe ⁊ in eandem ſententiam omnes doctores theologie concordant. Quare prefati Vicariorum ſollicitatores videntur iura humilitatis multum violaſſe: necnon ⁊ a ſcripturarum teſtimonijs longe receſſiſſe: vnde poterant ⁊ debuerunt ſub obedientia maleuiuentium optime ⁊ regulariter viuere.

¶ Quinta ratio propter quam indecens fuit, ſepeſa. ¶. 5. ratio.

ta narratio querulosa. Nam ⁊ ſi narratum fuit neceſſariuʒ ſcilicet habere vicarios bone vite pro bene viuentibus: ſequeretur ex eadem ratione ꝙ neceſſarium eſſet in omni ſtatu ⁊ congregatione preter ordinarios p̄latos alios habere ſcilicet vnum pro bonis ⁊ alium pro malis. Quantū autem hoc ſuperuacuum foret ⁊ rep̄henſibile in ierarchico ſtatu eccleſie non facile poteſt euolui: cuʒ talis multiplicatio vetita dicatur ⁊ peſſima Qualis enim decor ſi duo eſſent romani pontifices in eccleſia vnica chriſti: ſi duo ordinarij in quolibet epiſcopatu ⁊ duo abbates in qualibet abbatia? Scd̄m tamen opinionem predictorum hec neceſſitas locum omnino habere videtur. Sed quia veritas huiuſmodi errorem euomendo reſpuit: apparet ſcrupuloſo dubitatori ꝙ aliqui pauci in eccleſia dei non debuerunt talem ſingularitatem aſſumere: vbi tot ſancti tot excellentes tot ve religioſi in eccleſia dei ⁊ chriſtiana religione contenti fuerunt ſub obedientia male viuentium iuxta dei voluntatem: ⁊ ſcd̄m doctores hūiliter ⁊ ſine vlla rebellione militando obedire. Nulla ſiquidem honeſtas immo in ſcripturis legimus ſatis exprobratū ſuperiorum vitam corrodendo accuſare. Hinc dicitur. ij. q. vij. capitulo plerūqʒ circa finem: ꝙ infames ſunt vt canonum tradit auctoritas qui in patres armātur: ⁊ qui doctorum ſuorum vitam rep̄hendunt vel accuſant: nullus aūt infamis in accuſatione prelatoꝝ audiendus eſt niſi forte a fide exorbitauerit: cū ergo ſubditi eo ipſo ꝙ in accuſatione p̄latorum proſiliunt efficiantur infames: infamibus aūt copia accuſandi denegetur: patet ꝙ ſubditi prelatos accuſare non poſſunt. Hec ibi. Extra de accuſationibus. ca. qualiter ⁊ quando ſecundo dicitur. ꝙ prelati ſunt ſignum poſitum ad ſagittam ⁊ quia non poſſunt omnibus complacere cum ex officio ſuo teneātur nō ſolum arguere ſed etiam increpare quin etiam interdum ſuſpendere nōnunqʒ vero ligare: frequenter odium multorum incurrunt ⁊ inſidias patiuntur: ⁊ ideo ſancti patres prouide ſtatuerunt vt accuſatio prelatorum non facile admittatur: ne concuſſis columnis corruat edificium totum. Hec ibi. Quid plura. aut omnes per gyrum chriſtianitatis peccauerūt non acquirentes vicarios bone vite in congregationibus ſuis iuxta neceſſitatem ſupradictam: vel iſti vicariorum procuratores veniunt grauiter obiurgandi ex quo ſoli hanc nouitatem ſingularem inſolitam ⁊ contra tantorum opiniones ⁊ ſcripta introducere laborauerunt. Propter autem has quinqʒ rationes putat ſcrupuloſus dubitator narrationem pro vicarijs impetrandis omnino vanam inſufficientem atqʒ ſuſpectaʒ eſſe ergo ⁊c.

¶Explicit tractatus detractorius ⁊ impugnatiuus.

¶Sequit̄ Apologia vel tractatus defenſorius ⁊ reſponſiuus.

## ¶Apologia ſiue tractatus cuiuſdam zelatoris veritatis amatoris ⁊ erronee falſitatis extirpatoris defenſorius ac reſponſiuus ſuper articulis in precedenti opere male collectis ⁊ conſcriptis confuſibiliterqʒ deductis.

Quidam nimium ſcrupuloſus frater vt ex ſuis perpenditur ſcriptis de ſacro ordine minoꝝ quẽdam libellum edidit: in quo iuſtos quos de obſuantia regulari vocat condemnans ⁊ quoſdam alios iniuſtos iuſtificans: quos neſciens qualiter debeat vocare: nõ ſic ait noiatos, qui tamen apud plurimos fratres colete vocant. Miror ſi hoc ignoret: eo ꝙ primitus in ꝓuincia Burgundie occaſione cuiuſdam ſororis ordinis ſancte Clare q̃ coleta diminutiue ſ; Nicola a baptiſmali nomine vocabatur quidam fratres ⁊ conuentus eam ſequi volentes: ⁊ cũ ea ſolum hoc inconueniens ſcd̃m eorum arbitrium vitare intendentes videlicet ꝙ prelati eoꝝ non vocentur vicarij ſed miniſtri vt regula continet: ſe a fratrũ minoꝝ de obſeruantia nũcupatoꝝ conſortio ⁊ ex conſequenti a ꝓuiſione ſacri concilij cõſtantienſis ꝓ regule obſeruantia edita ſeparauerũt: ⁊ hoc iuxta predicte ſororis baptiſmale nomẽ rectius Nicolaite (vt pluribus videtur) poſſent vocari. Quod parum ad rem pertinet ſiue ſic aut aliter nominẽtur: dum tamen illius ſororis errorem nõ imitentur: que cum pluribus annis cum ſuis ſororibus ſub cura fratruꝫ de obſeruantia vixiſſet: ſyllabarum ac nominũ ſonũ magis q̃ꝫ rei ſignificate per ea veritatem attendens: id eſt vt vicarioꝝ nomen vitaret ⁊ obtineret miniſtroꝝ: more muliebri ſenſui proprio nimiũ inherens ⁊ illum ꝑferns ſacri concilij decreto: ab eorundem fratrum obſeruantum cura ſe ſubtraxit ac dictos conuentus Burgundie ⁊ fratres ad ſe ſequendum induxit. Et, q2 id fecerunt vt dixi ſolum vt prelatos miniſtroꝝ nomine vocatos haberent qđ minime eſt ſcd̃m beati Franciſci intentionẽ in regula eiuſdem manifeſtatam vbi nomen miniſtri generalis mutat in cuſtodeꝫ ſcilicet octauo capitulo, ⁊ vbi etiam nomine miniſtroꝝ cuſtodes guardianos ac vice guardianos ⁊ quoſcunq; ordinis prelatos comprehendit decimo capitulo, vbi ſic precipit, firmiter precipio eis vt obediãt ſuis miniſtris ⁊c̃: exinde in tranſgreſſionem ſue regule grauiter impegerunt ac ſcandalum diuiſionis in obſeruantia ꝓduxerunt miniſtris tranſgreſſoribus regule notorijs ⁊ ideo minime ſufficientibus vt regula precipit ad cõmunem vtilitatem fratrum inconſulte adherendo. Unde accidit eis et illud poeticum. Decidit in ſcyllam cupiens vitare caribdim. Ac etiaꝫ in hoc illius aduene draconi Nicolai qui fuit de ſeptem primis imitantur exemplum: qui ſicut legitur vt notam zelo typie in ꝓpriam vxorem iniuſte ab aliquibus ſibi ĩpoſitam vitaret: eandem illis contra diuinũ preceptum expoſuit cõmunem. De quo Apocalipſis ſcđo dicitur. Et angelo epheſi eccleſie ſcribe, ſed hoc habes ꝙ odiſti facta nicolaitarum q̃ ⁊ ego odi. Et ibidem rurſum de eodem angelo pergami eccleſie dicit. Habes ibi tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balach mittere ſcandalũ coram filijs iſrael edere ⁊ fornicari: ita habes ⁊ tu tenentes doctrinã nicolaitarum. Propter cuius nicolai ſcrupuloſam imitationeꝫ ac dicte nicolae erroris ſequelam Nicolaite vel colete diminutiue fratres predicti diuiſi amplius merito nũcupantur. Nos igitur dictus frater ſcrupuloſ9

iuſtificare volens: alios fratres quos ipſemet de obſeruãtia dicit ⁊ vocat de regulari vita quantum poteſt condẽnat: p̃fatũ libellũ contra eos componendo ⁊ iniuſtam in eos ꝓferendo calũniaʒ. Propter quod ne fictis vel falſis eius aſſertionibus quiq̃ ſimplices ſcandalizati ⁊ velut ceci a ceco conducti cadãt in foueã ſue falſitatis: cenſui iuxta mee exiguitatis conceptum ſuam huiuſmodi falſitatem rationibus tantum apparentibus et non exiſtentibus vtcunq̃ conſectam chriſti iuuante gratia clare detegere: qua detecta: fratres ſimplices ſicuti peſtiferum veneuʒ cautius deuitẽt ac etiam vt ipſe ſi velit ab eadem ſua falſitate deſiſtendo: de calumnia falſo ſuis impoſita fratribus debite peniteat ac veritatem quã niſus eſt impugnare de ſuo vtcunq̃ ſatiſfaciendo peccato vt tenetur palam confiteatur atq̃ defendat. Et mihi parcat ſi odio ſui peccati non perſone quã nõ noui: durius eum quandoq̃ alloqui videor: q2 veritas neminem palpat ⁊ apoſtoli precepto deberem cum patientia tamen ac doctrina peccãtes arguere: ſanamq̃ doctrinam non ſuſtinentes etiam increpare. Et q2 ſub nomine ſcrupuloſi vt plurimum loquitur: idcirco ſub eodem nomine euʒ ſepius alloquor. Et ſic exordiendo queram ab eo.

Cõtradicit prime ꝓpoſitioni auctoris ſcrupuloſi.

QUARTO aſſeris frater ſcrupuloſe ꝙ tibi magnopere placeat inobſeruantibus vita regularis: cur non vt prefaris ſic ſcrupuloſe heſitando: ſed potius aſſerendo ⁊ probando quantum p̃uales contra regule formaʒ: conaris oſtendere ipſos fratres obſeruantes impetraſſe ⁊ ſacrum concilium eis conceſſiſſe alioꝝ nominũ p̃latos ſcilicet vicarios loco miniſtrorum? Si ergo obſeruantes ſunt vt p̃mittis atq̃ vite regularis: quomodo valebis probare ſimul eſſe verum ꝙ aliquid faciant contra regule formam? Nam forma eſt que dat eẽ rei. Quapropter aliquos dicere obſeruantes regulam ⁊ de regulari vita: ⁊ eoſdem illico ſimul aſſerere aliquid agere contra regule formam manifeſta contradictio eſt. Unde credo ꝙ iuſto dei iudicio permiſſum ſit vt tali contradictione tuum prefatuʒ initiares libellum: quatenus tue falſitatis rete fruſtra expanderes ante oculos pennatorum: quibus ſcilicet eſt facillimum aduertere fallacias callidorum ⁊ ad ſimplicium cautelam eas detegere. Et quoniam ex tui proceſſu libelli de religione minorum ſalteʒ ꝓfeſſione eſſe videris: in hoc precipue ꝙ illorum quos dicis miniſtros notabiles defectus ⁊ exceſſus ſic diſtincte in perſona amatoris vicariorum ſciuiſti prodere: miror ſatis ꝙ contra profeſſionem tue regule ⁊ religiõis ac ſacri concilij in ſpiritu ſancto legitime congregati vniuerſalem eccleſiam repreſentantis ac ſummorum pontificum auctoritatem ſupremaʒ in eccleſia militante videaris ĩpugnare: in hoc videlicet ꝙ auſus ſis affirmatiue loquendo in tuo primo heſitabili ponere cõtra regule formã eos fratribus de obſeruantia aliquid conceſſiſſe aut ſtatuiſſe. Nam velis nolis ſi fratrum minorum regulam ꝓfeſſus es: per ipſam tue profeſſionis formaʒ ⁊ regulam preceptis eorundem ⁊ ſtatutis es peculiariter aut ſpecialiter ſubiectus: ſm ꝙ in ipſius regule principio beatus franciſcus in perſona omnium fratrum tanq̃ eoꝝ caput proteſtatur dicens. frater franci

Probat ſummũ põtificẽ vicarios miſtrorum inſtituẽteʒ aliqd cõtra r̃le formam nõ cõceſſiſſe.

ſeus promittit obedientiam ⁊ reuerentiã dño pape Honorio ac eius ſuc
ceſſoribus canonice intrantibus ⁊ eccleſie romane. Et in fine eiuſdem re-
gule adijcit. Ut ſemper ſubditi ⁊ ſubiecti pedibus eiuſdem ſancte roma-
ne eccleſie ⁊c. Que eccleſia etiam omnia que fidem ac bonos mores con
cernũt habet diffinire atq; determinare: ⁊ regulas quaſcunq; quas ſuſcepit ⁊
approbauit declarare ⁊ interpretari. xi. q. ij. cap. Excellentiſſimus. C. de le
gibus. l. vltima. extra de ſententia excõmunicationis cap. Inter alia. ex-
tra de iudicijs ca. cum veniſſent. ⁊ extra de ver. ſignificationibus ca. Exijt
qui ſeminat. §. vltimo. Miror itaq; multũ cum regula tua iubeat formali
ter ei reuerentiam exhibere quã ſeruare promiſiſti: qua fronte preſumis
aſſerere ꝙ contra regule formam aliquid ſtatuerit aut conceſſerit profeſſo
ribus eius agere propter aliquorum ordinis prelatorum nominũ muta
tionem: cum ita ſit: ꝙ per ſeipſum ipſa regula ſit ei formaliter ſubiecta ac
etiam totus ordo: immo vt verum fatear formaliter contra formã regule
tu ipſe facis expreſſe tale figmentum formando contra reuerentiam ſedis
apoſtolice. Quin etiã in hoc de eius auctoritate male videris ſentire qua-
ſi ſcilicet nõ ſit licitum: ⁊ ꝙ eam dicis conceſſiſſe contra regule formam.
Qui aũt de ſummi pontificis ⁊ eccl'ie romane iuriſdictione aliter ſentit ꝙ̃
ipſe cum ſua cõi ⁊ vniuerſali eccleſia ſentit: nõ eſt cenſendus verus catho
licus. Quod ſic probatur. Aliter enim ſentire de poteſtate pape ⁊ eccleſie
ꝙ̃ ipſe cũ ipſa ſentit eſt nedum indirecte ſed directe eccleſiam dei deſtrue-
re que eſt corpus chriſti: ſed eccleſiam dei deſtruere ſciſmaticum ẽ ⁊ here
ticum. xxiij. q. ij. Non vos hoĩm. ⁊. xxiiij. q. i. ca. loquitur dñs. ergo ⁊c. Ce
terum dic queſo. Si in verbis ſyllabis aut noĩbus tantũ exiſtimas exiſte-
re regule formã an nõ magis in inſtitutorum regularium per verba ⁊ noĩa
ac ſyllabas expreſſorum operatiua exhibitione ſeu executione: regule verba
⁊ noĩa ac ſyllabas ꝙ̃ facillimũ ſit in arca vel ſinu materialiter obſeruare
omnibus perſpicuum eſt: ſed eorum ſignificationes opere formaliter ex-
ercere ſatis arduum eſt in quo regule formam ſcias conſiſtere: quod cre-
do facile concedes ſi vigilanter attendas id quod regule ipſius. ij. ca. di-
citur. Promittentes vitam iſtam ſemper ⁊ regulam obſeruare: ⁊ in pri-
cipio eiuſdem dicitur. Regula ⁊ vita fratrum minorum hec eſt ſcilicet do
mini noſtri ieſu chriſti ſanctum euangelium obſeruare. ſupple. vt eſt in re
gula expreſſum: ſicut dicunt ſummi pontifices in ſuis declarationibus.
Et in decimo capitulo. regule. Ubicunq; ſunt fratres qui ſcirent ⁊ cogno-
ſcerent ſe non poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare: ad ſuos miniſtros de
beant ⁊ poſſint recurrere. Et in fine eiuſdem. Paupertatem ⁊ humilita-
tem ⁊ ſanctum euangelium domini noſtri ieſu chriſti quod firmiter pro-
miſimus obſeruemus. Quibus verbis patet euidenter nõ in verbis ⁊ ſyl
labis exiſtere vitam fratrum minorum ac regule formam: ſed in eiuſdem
r'le ⁊ vite ꝑ l'ras ⁊ ſyllabas exp̄ſſa opatiua obſuãtia. Nec ad hoc vt quis ſit
frater minor aut d' religiõe fratrũ minorum ſufficit habitũ deferre: quod poſſet
⁊ facere ſimia ſi illo indueret: quia habit⁹ iuxta vulgare prouerbium nõ facit
monachũ ſꝫ ſancta vita. Nec etiã ſufficit ꝙ frater minor cum delatiõe ha

bitus fecerit profeſſionem:ſed etiam oportet vt regulam ⁊ vitam obſer-
uet fratrū minoꝝ:in qua regule obſeruātia eſt precipue regule forma ac

Qui frēs vere dicāt minores ⁊ qs ꝑlat⁹, miniſter,

religio fratrum minorum. Unde dicit canon, i.q.i.c, marchion. Non pu-
temus in verbis ſcripturaꝝ eſſe euangelium ſed in ſenſu:nō in ſuperficie
ſed in medulla:nō in ſermonū folijs ſed in radice rationis. Et rurſum fit
fraus canoni vel legi cum ſalua ſuperficie littere per adinuentionem ali-
quam dolo malo contra mentem eius circūuenitur. ff. de legibus. l. Con
tra legem. Et ergo regule forma intelligitur non ſcđm voces ſed ſm ſen
ſum ⁊ effectum, extra de clericis nō reſidentibus. c. relatum. ¶ De intenti
one vero legiſlatoris beati Franciſci conſtat exiſtere per predicta nō eſſe
veros fratres minores aut ordinis prelatos ſiue miniſtros niſi obſeruā-
tes:⁊ eſſe ordinis veros miniſtros ſcđm regulam quocunq; nomine vo-
centur prelati oēs regulam ⁊ vitam minoꝝ fratrum obſeruantes. ¶ Pri

Probatio. i. ꝑtis iſti⁹ ꝓpoſitionis.

mam huius propoſitionis partē oſtendit ipſe ſanctus eſſe veram. viij.
cap. regule vbi ipſe dicit. Et ſi aliquo tempore appareret vniuerſitati mi-
niſtrorum predictum miniſtrū nō eſſe ſufficientem ad cōmunem vtilitatē
fratrum:teneantur alium ſcilicet ſufficientem eligere ſibi in cuſtodem. Et
inſufficientem ad vtilitatem fratrum intelligas notorium ſue regule trāſ-
greſſorem:nam facile trahitur in exemplum a ſubditis quod agitur a ꝑ-
latis, extra de noui operis nūciatione. c. cum ex iniūcto. ⁊ Gregorius in
paſtorali. Cum paſtor per abrupta graditur: conſequens eſt vt grex ad ꝑ-

Secđa ratio ad idem.

cipitium ſequatur. ¶ Item:nam prelatorum integritas ſalus eſt ſubdi-
toꝝ. Et ordo totuſq; ſtatus dñice domus mutabitur:ſi quod requiratur
in mēbris nō inuenitur in capite, diſ. lxi. c. miramur. quod etiā intelligē-
dum eſt de prouincialibus miniſtris : q2 ſcđm ſanctum Bonauenturam
in declaratione regule:mos eſt huius regule ex ſimilib⁹ ſimilia intellige-
re ⁊ minora in maioribus implicare. ¶ Rurſum conſtat omnibus inſuffi-

Tertia ratio.

cientem illum eſſe qui notorie ſua tranſgreditur vota:nam facinus perpe-
trat maius periurio quo infamia contrahitur:que non aboletur niſi poſt
per penitentiam, extra de teſti. cogen. c. Teſtimonium. Igitur temerariū
valde eſt aſſerere velle ꝙ id qđ licuit beato Franciſco : hoc ſancte eccleſie
dei nō licuerit:id eſt ꝙ ſeruata regule forma non potuerit aut nō licuerit
aliquorum prelatorum nomina mutare:quod vt patuit ſupra fecit bea-

Quarta ratio.

tus Franciſcus. ¶ Itē ſcđm iura etiam elegi nō poteſt in prelatū aliqs
criminoſus. xxvij. diſ. ⁊. vi. q. i. ca. Si ſacerdos. Eligi nempe debet meli-
or aut ſaltē q nō apparet mal⁹. Ille nēpe nō ſolū apparet mal⁹ ſ; ē mal⁹:
q ē apparēs ſue rl'e ⁊ voti trāſgreſſor ⁊ q dignoſcit eā nūq; obſeruaſſe.
Propterea de hmōi electione ſic dicit nouū ſtatutū dñi Martini pape
quinti conformiter ad regulā. Ipſi electores in tanta religione ſtudeāt
habere paſtorem qui ſciētia vita moribus ⁊ exemplo valeat prodeſſe ma-
giſ q; ambitioſe preeſſe ouibus recōmiſſis omni poſtpoſito amore, odio,
timore, prece, precio, rancore. Q2 ſi ſecus factum fuerit:electio nulla ſit: ⁊
electores voce actiua ⁊ paſſiua perpetuo ſint priuati. Generalis miniſter
nullam exactionem pecuniariam facere poſſit:neq; pro confirmatiōe mi-
niſtroꝝ neq; pro viſitatiōe prouinciaꝝ neq; pro magiſterio aut veſtiario

aut litteris officiorum aut ſuffragiorum aut quacunqȝ occaſione ⁊ colo-
re queſitis. Qꝛ ſi ſecus fecerit: ipſo facto ſit priuatus ſuo officio: nec tene-
antur ſibi fratres obedire. Et ſi exinde in poſterũ generalatꝰ officiũ reti-
nuerit: ipſo facto ſit periurus ⁊ infamis ⁊ inhabilis ad quecunqȝ officia
ac beneficia ⁊ honores ⁊ dignitates taʒ in ordine ꝗ̄ extra ordinẽ. Et de
alijs prelatis ibidẽ. Nullus miniſter cuſtos guardianus vel lector ſeu
quicũqȝ frater alius quicꝗ̄ exigat etiam deuotionis colore. Quod ſi ſe-
cus fecerit: ipſo facto ſit priuatus ſuo officio: ⁊ ſubditi deinde obedire ſi-
bi minime teneãtur. Et rurſuʒ circa finem ibidẽ dicit. Vbiqȝ aũt predi-
cta ſtatuta ꝯſtitutiones declarationes ⁊ ordinationes volumus ab om-
nibus tam prelatis ꝗ̄ ſubditis integre ⁊ inuiolabiliter obſeruari. Qꝛ ſi
in predictis fuerint negligentes: ipſo facto ſint priuati ſuo officio.
Que quidẽ ſtatuta edita fuere ſiue ꝯfirmata ⁊ ordini tradita a prefato
dño Martino quinto: ⁊ a dño eugenio. iiij. eius imediate ſucceſſore ap-
probata ⁊ ratificata cũ penis ibidẽ expreſſis ad prefate regule precepti
ac mentis legiſlatoris obſeruandã realẽ veritatẽ ⁊ exiſtentiam: in quibꝰ
conſiſtit vere regule forma ⁊ non in nouum verbali conſonantia vt tu ⁊
tui ſequaces dicte nicolaite ſiue colete aſſerere videmini: ⁊ etiam ad eui-
denter demõſtrandũ ꝙ tales notorij tranſgreſſores ſui voti ⁊ regule in
officijs ordinis ab eccleſia minime veniant tolerãdi: licet ad maius ſcã-
dalum euitandũ patienter ſuper ſimiles tranſgreſſores regule ſibi dimit-
tatur: que dimiſſio non excuſat. Nam ad hoc vt tolerãtia ſit idonea: req-
ritur ꝙ ſit vera neceſſitas aut euidens vtilitas nõ propria ſed cõmunis.
Quia ſi quecũqȝ tolerantia pape ſubditos excuſaret: tũc ſimoniace pra-
uitates. vſure. meretricia ⁊ ſimiles prauitates quas papa non corrigit
viderẽtur excuſari. De quo quidẽ tolerãtia dicitur. xxiij. q. vij. c. quicunqȝ
⁊ ſunt beati auguſtini verba. Nonnullos toleramus quos corrigere nõ
poſſumus. Certum eſt etiam ꝙ nec conſuetudo eos excuſat: quia quãto
mala cõſuetudo diuturnior ⁊ generalior: tanto eſt iniquior cum inuenit̃
iuri ⁊ rationi contraria: vt in multis capitulis decreti prime partis per
dicta ſanctorũ probat gratianus. Vnde etiam magiſter Joannes ger-
ſon in tractatibus de ꝯtractibus parte tertia dicit: ꝙ argumentũ ex tole-
rantia pape vel eccleſie aut etiam ex cõſuetudine vel p̄ſumptiõe vel abo-
litione ſumptum ſolum habet locũ in conſtitutiõibus poſitiuis vt poſi-
tiue ſunt ⁊ nõ vt ſunt iuris naturalis vel diuini ſicut eſt redditio voti: iux-
ta illud pſalmi vouete ⁊ reddite ⁊c̃. Et per predicta patet ꝙ male dicis
aſſerendo ipm̃ ſacrum ꝯcilium aut ſummos pontifices in mutatione no-
minũ aliquorum ordinis prelatorum aliquid contra regule formaʒ ali-
quatenus egiſſe vel conceſſiſſe. ¶ Scdãm etiã propoſitionis ſupradicte  ¶ Probatiões ſcõe ꝑtis
partem ſcilicet omnes prelatos regulam obſeruantes vere debere dici
⁊ eſſe regulares miniſtros quocũqȝ vocentur alio nomine. veram eſſe ſi-
militer probo per ipſam regulã. x. c. vbi ſic precipit beatiſſimus pater
franciſcus. firmiter precipio eis ideſt fratribus: vt obediant ſuis mini-
ſtris in omnibus que promiſerũt dño obſeruare: vbi per miniſtros com-
prehendit oẽs ſufficientes ordinis ac veros prelatos: ſicut in ſuis decla-

rationſbus ſuper regulam aiunt ſanctus Bonauētura ⁊ ſanctus Ber-
nardinus. ⁊ etiam hoc patet verū: quia nullibi in regula ꝙ hic precipit
fratribus obedire neq̧ cuſtodibus neq̧ guardianis neq̧ vicarijs: qui-
bus tamen ſicut de intentione legiſlatoris conſtat eſt obediendū. Quod
quidem faciliter probatur. Nam cuſtodibus quos in primo tuo hefita
bili noīas: non dubitas eſſe obediendū licet hoc explicite regula non pre
cipiat ſcilicet exprimendo nomē cuſtodis. De guardianis vero ambige
re minime debes licet hoc regula explicite nō exprimat: cum de intētio
ne legiſlatoris conſtat eis obediendū ſuper hoc verbo teſtamēti ipi⁹ vbi
dicit. Et alij fratres teneantur firmiter obedire guardianis ſuis ⁊ facere
officiū ſcdm regulā. De vicarijs quoq̧ ſcilicet ordinis cronicas legiſti:
prout in ſequentibus aliquā allegando videri poſſis legiſſe. Attendere
debuiſti ꝙ etiā ante ipſius regule editionem quā tenemus: vicarium ha-
buerit beatus Franciſcus ſcilicet fratrē helyam: qui cum alijs tunc mini
ſtris ad montē rinerij acceſſit: vt ex parte miniſtroꝝ notificaret beato frā
ciſco ibi regulaz facienti quatenus pro ſe ſolo faceret ipām ⁊ non pro ſe
ipis. Et ꝙ etiam citra regule editionem ſuo vicario voluerit fratres obe-
dire: patet ex eius legenda a ſancto Bonauētura edita. ij. c. vbi ſemel ſuo
vicario tenente capitulū in eius abſentia: fratri cuidā quez in ſpiritu ſuo
cognouit eidē vicario inobedientē mādauit quatenus eidem vicario in-
cunctāter obediret etiaz cum miraculo ibi poſito. Et ab antiquo plures
vicarios fuiſſe in ordine ſcilicet boſne. i. ruſcie. orientis. aquilonis. ſardi-
nie. corſice ⁊ tartarie. quarum quelibet per aliquem vicarium habuit re-
gi ⁊ fratres ibidem manētes eidem habuerūt obedire ex libro cōformi-
tatū prima parte legimus. Et cum id fuerit ab antiquo inſtitutū: quomo
do poteris nouum aſſerere? Minime ergo hoc debuiſti. Unde. xxv. q. i.
c. ſunt quidam. Nouū nō dicitur qđ quādoq̧ ſtatutum fuit licet modo re
nouetur. vt patet. x. q. i. c. antiquos. quapropter dici non debet noua aut
inſolita obedientia vicarioꝝ vt expugnando eum quem vocas vicario-
rum amatorē aſſeris: cum a beato Franciſco ab initio ordinis perhibea
tur inſtituta ⁊ a beato Bernardino nō ſine multis miraculis continuata
qui multis annis ſub vicarijs vixit ⁊ ipſemet vicarius extitit: necnon ad
mortē vſq̧ ſanctam peregit vitam. Si dicas ꝙ hoc fuit ſub miniſtris:
hoc non abnuo ſaltem pro certo tempore ſine adiectione prouiſionis a-
poſtolice ⁊ poſtmodū cum eiuſdem prouiſionis additione: ⁊ ex conſe-
quenti fateri habes ꝙ fuit vicarius ac ꝙ ſub vicarijs vixerit ac per con-
ſequens vicariatum non eſſe nouum contra te: ⁊ etiam ſi nouum eſſet: nō
eſſet contra regule formam: quia ſi aliter aſſeris cum ſanctus hic vixerit
⁊ obierit ſub vicariatu addita etiam prouiſione papali: aſſeris eum vixiſ
ſe contra formam regule quod eſt directe contra eccleſie determinationē
que determinauit eum ſancte vixiſſe: merito hereticus cenſeri deberes: ⁊
hoc verum ſi in tali aſſertione pertinaciter exiſtas. xxiiij. q. i. Hec eſt fi-
des. de quo ſancto in bulla ſue canoniſatiōis ait papa Nicolaus quint⁹.
Miniſtrauit chriſto in ſancta religione proficiens: dietim maiora virtu-
tum diuinarum augmenta capiebat: precipue humilitatis chriſti imita

tor effectus: pauper ſpiritu ⁊ diues gratia fuit. Et infra ibidem dicitur. Quem cum ſcimus miniſtraſſe chriſto ⁊ ipſum fuiſſe ſecutuz vſq ad cõſummationẽ vite: minime dubitare permittimur: quin poti⁹ certiſſimũ tenemus ꝙ vbi eſt chriſtus dei filius: etiã ſit ⁊ miniſter eius ſanct⁹ Bernardinus. Hec ille. Fateor ergo tecum ꝙ ſub miniſtris vicarius extiterit: ſic tamen ſi tunc non erant vt nunc ſunt ſcḋm tuam aſſertionem in ꝑſona amatoris vicariorum notorij regule tranſgreſſores. Etiaz certe ipſi vicarij ſub quibus nunc viuunt frẽs de obſeruantia ſunt vicarij ſub miniſtris ſi non obſtet prefate tranſgreſſionis apparentia: quia reſpectu miniſtrorum dicuntur vicarij ideſt eorum vice fungentes ſi dictum non obſtaret impedimentum. Quo obſtante nõ ab eis ſed a ſede apoſtolica auctoritatẽ recipiunt dictorum miniſtrorũ defectum miſericorditer ſupplente. Nonne ⁊ a ſancto viro ioanne de capiſtrano fere innumeris a deo miraculis decorato etiam hec eadem obedientia extitit continuata: qui ⁊ vicarius extitit poſt ſanctum Bernardinũ: ſub cuius obedientia vicaria tus pater ſanctus ex hac luce migrauit? Quid de papa Martino quinto in prefato concilio conſtantieñ. creato: qui etiam decretum ipſi⁹ concilij quod impugnare videris confirmauit ⁊ per conſequens etiam vicariatũ: cuius confirmationis littera ſiue bulla incipit ad perpetuã rei memoriam. romanũ pontificem ⁊c̃? Quid rurſum de imediato eius ſucceſſore Eugenio quarto qui inherens ipſius ſacri cõcilij decreto prefato: ſicut citra ſic vltra mõtes vicariatũ inſtituit: cuius inſtitutionis bulla incipit ad perpetuaz rei memoriã vt ſacra ordinis minoꝝ religio ⁊c̃? Quid ⁊ de papa Nicolao. v. qui ex omni ſtudio generali italie cõgregauit coram ſe famoſiores doctores vt de facta vicarioꝝ prouiſione per ſuũ immediatũ predeceſſorem Eugeniũ papam quartũ plenius diſcernerẽt: ⁊ congregati numero. xxxv. quorum. xxvi. erant vtriuſq iuris doctores qui ſuis tandem ſcriptis ſuiſq munitis ſigillis ipſam prouiſionẽ licitaz eſſe ⁊ rõnabilem atq iuri cõformẽ ſollenniter proteſtati ſunt? Quorum omniũ doctoꝝ ſolius vltimi breuitatis cauſa hic ſñiam iudicaui rõnabiliter ponendã tenoris ſubſequẽtis. ¶ In noïe dñi nr̃i ieſu chriſti ⁊ eius clemẽtiſſime matris virginis marie. Omĩs plenitudo nõ indiget adiectiõe vi. q. i. ſi oïa. ⁊. xcvi. di. c. bene quidẽ. nec veritas indiget ꝯmẽdatiõis argumento: ideo cõſiderata plenitudine ⁊ veritate prelatoꝝ elegãtiſſimoꝝ ꝯſulentiũ: inhereo eoꝝ ꝯſilijs ⁊ auctoritatib⁹ tantoꝝ famoſiſſimoꝝ doctorum. Hoc enim verũ obſeruantie ſancti Franciſci eſt nobis euidens argumentum magne validitatis bulle apoſtolice. Nã ſi propter linguarum diuerſarum varietatem ſub vna fide ac varios ritus ⁊ mores ep̃us vni⁹ ciuitatis põt plures vicarios ſubſtituere ſibi. c. qm̃ in pleriſq. de officio iudicis ordinarij: multo forti⁹ papa a cuius auctoritate pẽdet oïuz religionũ approbatio ⁊ reprobatio. c. i. de religioſis domibus libro. vi. poteſt dictam obſeruantiam eiuſdem religionis ⁊ ſuper eam vicarium vel vicarios conſtituere: ⁊ ſacrilegium foret hic dubitare de ꝑtãte pape xvij. q. iiij. c. ſi quis. ⁊. c. que antẽ. vnde ex cauſa poteſt duos epiſcopos preſules in eadem dioceſi conſtituere, vt notat gloſa, ſeptima. q. prima

In ſumma.⁊.c.non aūt.⁊.c.petiſti.Ergo multo magis duos vicarios
dare poterit ipſe.vni generali ordinis minorū.Quapropter cauſa breui-
tatis ipis ſuperiorib⁹ ſigillū appoſui que conſulo eſſe veriſſima:⁊ manu
propria cōſcripſi ego Jacobus de cochinis de ferraria iuris vtriuſq; do
ctor padue legens ordinarie iura canonica. Hec ille. Quorum auditis
⁊ viſis ſcriptis:dñs papa Nicolaus prefatus etiam dictorum doctorū
dicta ꝯfirmando vicarioꝝ approbauit inſtitutionē:⁊ prefatuz ſanctum
Bernardinū qui ſub vicariatu vixerat aſcripſit cathalogo ſanctoꝝ. De
quibus videlicet ſanctis patribus prefatis Bernardino ⁊ Joāne capi-
ſtrano qui in ſua vita fuerūt vicarij generales:dñs Pius papa ſcđus
tunc exiſtens ſeneñ.epiſcopus in quadam epiſtola cardinali cuidā dire-
cta ſic ait.Eneas epiſcopus ⁊c̄.q̄uis ſcribente ceſare ac negocia fratruz
beati franciſci de obſeruantia cōmendante modeſtius me fuerit ſilere:
quia tamen ob memoriaz diui Bernardini ꝯtemporanei mei huic fami
lie ſingulariter afficior:nequeo me cōprimere:ſed cogor aſſiſtere ſancte
familie.Sicut enim pauidi ⁊ puſillanimes in prelio ſeculari milites for-
tium viroꝝ virtute ſaluanť:ita ⁊ in beati Petri nauicula prudentes ⁊
animoſi naute vecordes atq; ignauos ſeruant remiges.Facit hoc ⁊ reli-
gio beati franciſci que apud obſeruātes habetur.Hec enim velut electiſ
ſima militum manus vndiq; chriſtianoꝝ luſtrat exercitum: nunc iſtam
nūc illā ptē tuetur:arcet inſidias:impetū frangit hoſtium ſemper arma
ta:ſemper in vigilia.ſemper in negocio nobis in exemplū vt ocium pe-
reat.Scimus q̄tum ſub Bernardino ſenenſi iam ſuperne hieruſalē ci-
ue hec religio eccleſie catholice profuerit:q̄tumq; modo ſub fratre ioā
ne capiſtrano vtilitatẽ attulerit.Et quid hec religio aliud agit q̄ ꝙ hre
nouimus euāgeliū?Sentes ⁊ tribulos ex agro dominico diuellit: ſemē
bonū ſeminat:zizania ⁊ loliū ſarculo veritatis precidit:exterminat aua
riciā:pellit libidines:fulminat illecebras voluptatis: ſtrangulat ambi
tiones ⁊ odia fugat:ignauie ⁊ vecordie ſtimulū abigit ⁊ aperiens in ec-
cleſia dei os ſuū pniam ſuadet ⁊ vitam dñi in veritate docet. Hec ſunt
opera fratrum qui de oberuantia nūcupātur. Neſcio cui hec non place-
ant.Credo( que non ſunt omnino preciſa ab eccleſie mēbris )oībus bo-
rum gratam eſſe ꝯuerſationē:nec me dubiū habet quātū etiam ſedes a-
poſtolica his chriſti militibus afficiatur.Nā ⁊ romani preſides q̄ plu-
rima huic familie priuilegia contulerunt:quibus ab infeſtationibus ho
ſtium perſeuerāt illeſi.Hec prefatus dñs ſeneñ.Qui poſtea pius papa
ſecūdus predeceſſoris ſui dñi Eugenij quarti inherendo preceptis : vo-
luit ⁊ precepit ꝙ fratres omnes de obſeruantia quocūq; appellētur no
mine ſub obedientia vicariorū decetero viuerent ſub pena excōicationis
late ſententie:que nemini ſolet inferri niſi pro graui ⁊ enormi crimine: ſi
cut fecerat ſuus predeceſſor dñs Eugenius:⁊ hoc cum concilio multoꝝ
ſancte romane eccleſie cardinaliū ⁊ epiſcopoꝝ ad hoc a ſua ſcitate voca
toruz.Cuius dñi Pij bulla ſuper hoc edita incipit.Pro nimia ad bea
tū:franciſcū deuotione.Et ideirco fortaſſis fratres illos quos defendis
vocare de obſeruantia formidaſti:ne transgreſſione precepti horuz ſum-

morũ pontificum ⁊ per conſequens de incurſione pene excõmunicatio nis ab alijs notarent: immo nec quiſꝙ̄ ſummorum pontificũ qui citra inſtitutionem vicariorum fuerunt eandem inſtitutionez mutauerunt vel annullauerunt: ſed potius approbauerunt ⁊ confirmauerunt imo etiaȝ dominus Innocentius octauus papa modernus ſuorum precepta predeceſſorum ſcilicet Eugenij quarti. Pij ſecundi. Pauli tertij ⁊ Sixti q̄r ti confirmando: necnon ſepedictorum vicariorum ⁊ eis ſubditorum fratrum minorum de obſeruantia nuncupatorum ſtatum approbãdo: apoſtatas ⁊ excõicatos decernit eos qui ab eorundem vicariorum obedientia ſine licentia in ſcriptis habita (in qua de locis a quibus recedunt ⁊ ad que tranſeunt fiet mentio ſpecialis) ⁊ receptores eorundem abſꝙ̄ tali licentia declarat: ⁊ vult ipſo facto ſententiam excõmunicationis incurrere ⁊ excõmunicatos publice denunciari. Cuius indultum incipit, Exponi nobis feciſtis. Que quidem ſanctio apoſtolica prorſus irrõnabilis eſſet atꝙ̄ iniuſta: ſi obedientia illorum miniſtrorum regule notoriorum tranſgreſſorum perfectior aut ſecurior eſſet q̄ȝ obedientia dictorum vicariorum quam aſſeruiſti heſitabilem ⁊ relinquẽdam. Nam alicui ſub pena excõmuninationis late ſententie prohibere vite perfectioris aggreſſũ vl' ingreſſum irrõnabile penitus eſt ⁊ iniuſtũ: qꝛ ꝯtra preceptum dñi dicentis. Eſtote perfecti ſicut ⁊ pater veſter celeſtis perfectus eſt. Mat. quinto. ⁊ contra ſacrum chriſti conciliũ. Si vis perfectus eſſe ⁊c̃. Mathei. xix. Hinc eſt qꝫ nuperrime ſummus pontifex conſenſit Reuerendiſſimum dñm Adrianum de la porta, ſacroſancte romane eccleſie presbyterum cardinalem ac epiſcopũ alerieñ. omnibus dignitatibus ⁊ eccleſiaſticis beneficijs in conſiſtorio dominorum cardinalium ſue ſanctitati reſignantem ſacrum fratrum minorum de obſeruantia ſub vicariatu intrare religionem. Quod vt pie credendũ eſt minime conceſſiſſet in ſuam damnationem: ſi reputaſſet vicariatũ exiſtere cõtra regule formã ſiue obedientiã. Nam aggreſſũ vite perfectioris impediẽtes etiaȝ ipſe dñs chriſtus maledicit dicens. Ve vobis qui clauditis regnũ celoꝝ ante homines: vos aũt non intratis nec introeuntes intrare ſinitis. Matthei. xxiij. Que vtiꝙ̄ maledictionis ſententia contra te eſt: qui id qđ chriſtus ⁊ eccleſia pro ſecuriori ⁊ perfectiori approbant ⁊ aſſerunt ſeruandũ ⁊ tenendum tu temerarie affirmas heſitabile ac relinquendum. In qua quidem temeraria aſſertione tua ſi ſis pertinax: te vtiꝙ̄ maliuolũ imperituȝ ⁊ non catholicum ſed hereticũ declaras ⁊ a ieſu chriſto ⁊ eius ſponſa eccleſia matre vt prefertur maledictum. xxiiij. q. i. Hec eſt fides. Nã omnibus ſane regulaȝ fratrũ minorum legentibus aut inteligentibus conſtans eſt ⁊ euidens noĩbus miniſtrorum ⁊ cuſtodũ intelligi debere omnes prelatos ordinis: maxime vbi non additur generalis aut prouiciales que denotant magis inſpeciali gradus officioꝝ ⁊ eis oĩbus ſcilicet ordinis prelatis ſub cõmuni aut generali noĩe tali vno precepto in. x. c. regule precipit firmiter ac formaliter obediri. Ubi dicit. Unde firmiter precipio eis vt obediant ſuis miniſtris ⁊c̃. Suppoſito illo tamen quod precipit prius. viij. c. qꝫ ſint ſufficientes id eſt regule ſue veri obſeruato-

res: qui ſcientia vita moribus ⁊ exemplo vt vult papa Martinus quin
tus valeant ouibus ideſt fratribus prodeſſe ſibi ꝯmiſſis. Nam inſuffici
entes idem dominꝰ Martinus papa quintus ſcd̄m regule formā a mi-
niſterio reijcit ⁊ vult abſtinere ſub pena periurij ⁊ infamie vt premiſſum
eſt ipſo facto incurrenda: ⁊ merito: quia vt habetur. ij. q. vij. plerūqꝫ. non
omnes prelati pro prelatis habentur: nomen enim non facit epiſcopum
ſed vita. Que cum ita ſint ſi ea nō ignoraſti: cur nouā ⁊ inſolitam vicario
rum obedientiā ⁊ ab hoibus factioſe practicatā preſumpſiſti aſſerere cō
tra id quod predixeras in tuo prohemio Eſaiam allegando: ſcilicet Ve
qui dicit malum bonum ⁊ bonum malum ⁊ ponit tenebras lucem ⁊ ecō
uerſo? Et ibidem. Non parumper aiſti expaueſcerem in tantarum parti
um diuerſitate quippiam ſententialiter definire. Tu hucuſqꝫ. Unde cum
a principio tui libelli tibi ſis contradictorius vt probatum eſt: mirū eſſe
non debet ſi etiam in progreſſu eiuſdē in regularē fratrū tuorum vitam
quā a principio magnopere tibi placere dixiſti aliquid etiā falſum preſu
mas aſſerere vicarioꝝ ſcilicet obedientiā contra regule formā nouā ⁊ in-
ſolitam affirmādo. ¶ Preterea hoc notare debuiſti ꝙ ipi qui fratribus
de obſeruantia aſſignati ſunt prelati vicarij .ſ. vocati ſunt: licet ſint veri
ſcd̄m regulā miniſtri vt dictum eſt: tamen miniſtros ſe minime faciunt
nominari: vt ex hoc cunctis pateat eos a ſuperioribus miniſtris ſi vere
ſunt miniſtri ſcilicet canonice electi ſcd̄m domini Martini pape quinti
formā ⁊ regulariter cōtinuati. ſi non priuati. ſi non ſuſpenſi: ſi non excō
cati aut oīno depoſiti. auctoritatē vicarialiter habere: ſin autem: a ſūmo
pontifice defectum paternaliter miniſtrorum ſupplente. ¶ Rurſum autē
vt clarius tibi innoteſcat quod dicimꝰ: audi quid de huiuſmodi vicarijs
declarauit ſummus pontifex pius ſecundus in quadam ſua declaratio-
ne que incipit. Circa regularis obſeruantie profeſſores ⁊c̄. Volentes in-
quit ſuper huiuſmodi ambiguitate vobis conſulere ⁊ conſcientiarū ve-
ſtrarum quieti de benignitate apoſtolica prouidere. Oīumqꝫ mentes p̄
terea de veſtro ſtatu ambiguas paternali affectu q̄ntuꝫ in nobis eſt quie
tas reddere ſalubriter attendentes: ꝙ ſicut ſine ſedis apoſtolice auctori-
tate nulla regula ſeu modus religioſe viuendi recte inſtituitur aut decla-
tur neqꝫ interpretari poteſt: ita in eius arbitrio eſt: ⁊ inſtituta ſi velit cō-
mutare in melius: ⁊ prout viuentium in eis aīarum ſaluti nouerit conue-
nire ſuo arbitrio nouas ordinationes inſtituere: ⁊ prelatorum eorundeꝫ
vocabula ac denoīationes īmutare: alterare ⁊ interpretari. Unde aucto
ritate apoſtolica ac ex certa noſtra ſcientia interpretamur ⁊ declaramꝰ:
ꝙ cum ſedes prefata veſtre familie de obſeruantia poſt generalē totius
ordinis miniſtrum ⁊ prouinciales vicarios loco miniſtroꝝ pijs certis
⁊ ſanctis reſpectibus eſſe voluerit ⁊ decreuerit: vicarij ipi qui vobis pre
gerere curã de eoꝝ indumẽtis. ¶ Reſtat ergo pfata verba poſſe p idẽtitatem rõnis trahi ad alias quaſcũq; neceſſitates: per iura ſuperius allegata: ⁊ per ea q̃ predict⁹ Clemẽs expreſſe dicit in.d.cle.§.pinde: qui reſpondendo large ad ſextã obiectionẽ quaſi in fine dicit. Non eſt veriſimile.ſ. prefatum ſanctũ virũ franciſcuꝫ voluiſſe prefatos frẽs habere granaria vel cellaria vbi quotidianis mendicatiõibus deberent ſperare poſſe trãſigere vitã ſuã. Et ideo non ex timore leui laxare ſe debent ad ꝯgregationes ⁊ ꝯſeruationes hmõi faciendas: ſed tũc tm̃ cum eſſet multũ credibile ex iam expertis ꝙ non poſſent vite neceſſaria aliter inuenire. Hoc aũt miniſtroꝝ ⁊ cuſtodũ ſimul ⁊ ſepatim in ſuis adminiſtratiõibus ⁊ cuſtodijs cum guardiani ⁊ duorum de ꝯuentu loci diſcretorum ſacerdotũ antiquoꝝ in ordine fratrum ꝯſilio ⁊ aſſenſu duximus iudicio relinquẽduꝫ: eoꝝ ſuper hoc ſpecialiter ꝯſcias onerãtes. Hec ille. Ex quib⁹ lucide claret tam per ea q̃ regula pmit q̃ꝫ per ea que hic Clemẽs decernit: ꝙ vir ſanctus ſic excludit oĩa q̃ pauptati ⁊ hũilitati aduerſanť: ꝙ admittit q̃ neceſſitati poſſent occurrere ꝫ iudiciũ platoꝝ vt prefert. Uoluit nempe vt in oĩbus rebus quo ad dñium oĩmoda luceat abdicatio ⁊ in vſu etiaꝫ neceſſitas: ⁊ tñ ꝫm exigẽtiã pſonaꝝ. tpoꝝ ⁊ locoꝝ prelati ſimul ⁊ ſepatim oĩa cum diſcretione diſponant: cum de talibus interdũ pſonaꝝ qualitas. tporum veritas. locoꝝ ꝯditio ⁊ nõnulle alie circũſtantie plus minuſue puideri requirant. Iſta tñ ſic faciendo ꝙ ſemper in eis ⁊ eoꝝ actibus paupertas reluceat: put ipis ex regula inuenitur indicta. Que oĩa ſi recte inſpiciãtur: veraciter intelligãtur ⁊ ſapienter agãtur: nõ regule tranſgreſſores vt illi autumãt: ſed potius illi iudicabũť audacia preſũptores.

CIIIOO ergo poſt pfatã obiectionẽ arguũt: dicẽtes pdictã extenſionem dñi nicolai ⁊ clemẽtis extendi tm̃mõ ad illã ſpecificationẽ de qua idem Nicolaus loqť in dicta declaratiõe in.§.⁊ qꝛ oportet. vbi inqt ſic. Et qꝛ oportet ⁊ expedit frũm neceſſitatib⁹ nõ ſolũ illis p qb⁹ iam eſt ſolutio ſeu ſatiſfactio faciẽda vt prime dictũ eſt: ſed etiã in iminẽtib⁹: ſiue tales neceſſitates ingruẽtes imineãt q̃ breui tpe expediri valeant: ſiue tales licet pauce ꝯparatiue quaꝝ puiſio neceſſario tractũ tpis hꝫ vt i libris ſcribẽdis. eccleſijs ſeu edificijs ad vſuꝫ habitatiõis ipſoꝝ ꝯſtruẽdis: libris ⁊ pãnis in locis remotis emendis ⁊ alijs ſimilibus ſi q̃ occurrerent cum moderamine ſupradicto ſalubriter puideri: ſicut in iſtis neceſſitatibus clare diſtinguim⁹: ſic in eis fratres poſſe tute ⁊ ſana ꝯſcia pcedere declaramus. Hec ille. Ex his accipiunt fundamentũ ſui erroris trahentes lřam ad nõ ſanum intellectum contra ꝫm notabile ſupra poſitum: dicentes ꝙ pro nullis alijs cauſis ſeu neceſſitatibus q̃ꝫ p his hic expreſſis vel ſiĩibus fiat dicta extenſio nicolai ⁊ clemẽtis: allegantes ꝙ circa cibum ⁊ potum regula expreſſe puiderat: ſicut puidit circa veſtes ⁊ infirmos fratres: quia in.vi.ca. dixit. Uadant pro elemoſyna cõfidenter ⁊c. Et.in.c.v. dixit. ꝙ de mercede laboris recipiant corporis neceſſaria pter denarios vel pecuniã ⁊c. vt patet in principio ſue obiectiõis. ¶ Circa qđ eſt dicendũ ꝙ intellectus dicte auctoritatis nicolai ſcđm eos eſt falſus: nam alias ſibi ipi papa contradiceret qui in.d.§.porro. aliud determina-

Solutio ad obiectionẽ in.i.argu. incluſam.

uit aſſignãs res quaꝝ vſus eſt fr̃ibus ↄceſſus: ergo ſi eſt conceſſus vſus ſimiliter ⁊ oı̄a alia q̄ ad illuȝ vſum requirũtur per rõnē p̱nos ꝓbatā de principali ⁊ acceſſorio: alias fruſtra eſſet talis ↄceſſio: dum tamē fiat per modos licitos ⁊ ſupra expreſſos ⁊ cum illa modificatiōe ⁊ diſtinctione ſancti Bona. in apologia ſupra poſita. Monſtratū etiā fuit: ꝙ ceſſantibꝰ elemoſynis ⁊c̃. Non ceſſantibꝰ ſi mēdicitas eſſet maioris boni ipeditiua vel qñ tāta eēt mltitudo fratrū ꝙ ↄmode ꝓuideri nō poſſint: oēs he cāe eſſent legitime recurrēdi ad amicos ⁊c̃. Nũc vero qđ allegāt in p̃fato. §. Et quia oportet ⁊ expedit ⁊c̃. ꝓ ſua poſitione falſū eſt: qꝛ papa in illis v-bis nō ſic intellexit imo eſt contra eos ſi attente lr̃a inſpiciat. Naȝ papa diſlucide poſitis modis ſup expeditiōe pecunie in neceſſitatibus p̃teritis p̃ſētibus de ꝓximo iminētibꝰ: in iſto. §. ↄfeſtiȝ ponit de illis neceſſitatibꝰ q̄ tractū tp̄is ſecū hñt: ⁊ exēplificat ibidē aliq̄s in lr̃a ⁊ ꝓuidet de modo licito ſe hñdi in eaꝝ ſolutiōe. Et de hoc loq̄r ille. §. ⁊ nō quomodo illi an-tumāt extorq̄ntes lr̃am ad ꝓpriū ſenſuȝ ↄtra c. relatū in ſc̄do notabili ſu-

Ad aliud ſpli-catuȝ etiā in. i. argu. pra allegatū. ¶ Ad illud qđ allegātꝙ iam rl̃a ꝓuiderat de alimētis ⁊c̃. dico ꝙ ꝓuidit ꝙ mendicitate haberēt vel per laboricū: qđ oēs ↄcedimꝰ Sed vt ſupra ſat monſtratū fuit p̱ ſanctū doctorē non ꝓhibuit quin fr̃es quererēt vite neceſſaria p̱ modos licitos ſ̄ȝ loca ⁊ tp̄a ⁊ p̱ſonas ⁊ alias circumſtantias occurrētes ſ̄ȝ iudiciū prelatoꝝ. Itē ꝓbauimus ꝙ in illis duabus neceſſitatibus de infirmis. ſ. ⁊ veſtibus intelligũtur alie. Nam ⁊ ius cōe appellatione alimentoꝝ ſeu victꝰ vel veſtitus tantū comprehen-dit cibum ⁊ potum veſtimēta ⁊ lectum ⁊ habitationē ⁊ ea oīa ſine q̄bus homo viuere nō pōt: vt ſupra monſtratū fuit. Et hoc voluit ſanctꝰ Fran-ciſcus: qñ de illis ſolum duabus exp̃ſſit ſ̄m iuridicā declarationē ⁊ ſan ctū Boauē. Voluit tñ ꝙ mendicitate haberēt: ideo exp̃ſſit vadant ꝓ ele-moſyna ⁊c̃. Vñ ⁊ apl̃s. i. thi. vi. Hñtes alimēta ⁊ quibꝰ tegamur his cō tenti ſumus. glo. Hñtes inquit. non quātū ad ꝓprietatē dñij: ſed faculta tem vtendi: qꝛ eſſe ↄtentū vſu tegumēti ⁊ alimēti eſt modus p̱fecte vir-tutis: lȝ ſine his vita humana eſſe non poſſit. Nec eſt multuȝ curanduȝ ſi ſic non ad lr̃am omnia exprimātur in regula: dū tamē ratio legis ⁊ mēs legiſlatoris alias poſſit comprehendi ſ̄m rectā rõnem. Nam verba po-ſita in lege vel conſtitutione debemus ↄformare equitati: lȝ verba hoc non patiantur. vt extra de reſcriptis. c. cām. ⁊ de ↄſue. c. cuȝ dilectus. Et vt dicit ſanctꝰ Hilarius: intelligētia dictoꝝ ex cauſis eſt aſſumenda dicē di: qꝛ non ſermoni res ſȝ rei eſt ſermo ſubiectus. de verbo. ſig. c. intelligē tia. nam plerũqȝ dum ꝓprietas verboꝝ attendit̃: ſenſus veritatis amit-titur. vt in. c. p̃terea. eo. ti. ⁊ ibidē glo. notabilis dicit. ꝙ verba a ſua ſigni ficatione cadunt: cum res ſalua aliter eſſe non pōt. ¶ Qꝛ aũt ea q̄ diximus locum habeant: patet per ea q̄ ſequũtur. Dicāt nobis illi q rl̃am ad lr̃aȝ obſeruandā putant ſine alia glo. ⁊ intellectu: cuȝ regula dicat expreſſe in c. ij. Si qui voluerint vitam iſtam accipere ⁊ venerint ad fratres noſtros

Ad ↄfirmatio nē ſupra dicto rū. mittant eos ad ſuos miniſtros ꝓuinciales ⁊c̃. q̄rit̃ quare iſta lr̃a non ob ſeruatur ad lr̃am? Ergo ↄtra mentē ſancti frāciſci fit iſta extenſio. ¶ Itē in. iiij. c. dicit̃ tñ ꝓ neceſſitatibꝰ infirmoꝝ ⁊ fr̃ibus induendis p̱ amicos ſp̃uāles miniſtri tm̃ ⁊ cuſtodes ſollicitā curam gerant. Liquet ꝙ non ſer-

uat̃ ad lrãm. Igit̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ in. vij. c. rl'e dr. ꝙ ſi qui fratrū inſtigãte inimi-
co mortaliter peccauerint ⁊c̃. ſequit̃ ad ſolos miniſtros recurrat̃. Nō ſer
uat̃ vſqȝquaqȝ ad lrãm: ergo male. ¶ Itẽ de p̄dicatōe fratrū. c. ix. dr. ꝙ nul
lus frūm populo penit⁹ audeat p̄dicare: niſi a miniſtro generali fuerit ex
aminat⁹ ⁊c̃. qđ mō nō fit oino: cū p declarationẽ p̄fatã in capl'is ꝓuincia
libus aliud diſponat̃. ¶ Itẽ dicãt nobis: vñ habem⁹ vicarios generales
⁊ ꝓuinciales. cum in. c. viij. regule dicat̃: ꝙ vniuerſi frẽs vnum de fribus
iſtius religionis teneãt̃ ſemp habere generalẽ miniſtrum? ¶ Plus dico:
ꝙ regula noſtra nullū dat p̄latū: ſȝ tm̃ de ſola electione generalis mini-
ſtri diſponit: nullã faciens mentionẽ de electiōe miniſtroꝝ ꝓuincialium.
cuſtodū vel guardianoꝝ: ⁊ ſic null⁹ p̄latoꝝ etiã ꝯuentualiū dat̃ per rl'aȝ
nec miniſtri nec vicarij nec guardiani nec cuſtodes niſi tm̃ miniſter gene-
ralis. Ergo oẽs ſum⁹ trãſgreſſores regule non ſeruãdo eã ad lrãm ſcđȝ
iſtos zelatores: ergo peribimus. Ipi ſoli ſuo ſenſu ſaluabūt̃. Ergo ſanctus
Bernardinus vicari⁹ generalis ⁊ frater Joãnes de capiſtrano ⁊ Jaco.
de marchia q clarẽt indies miraculis infinitis. nō ſeruauerūt rl'am ſcđm
iſtos nr̃os zelatores modernos. ¶ Quib⁹ dicẽdū: ꝙ q talia ſapiūt ſeipoſ
deſipiūt. Quã ob rẽ ſibi nō dabit̃ alia ſolutio iſti⁹ q̄ōnis. Uideãt dictam
dñi nicolai declarationẽ: ⁊ ibi inuenient quare p̄dicta fiãt ſancte ⁊ iuſte ⁊
ſm mentẽ ſancti frãciſci: ⁊ dñm papã piū in quadã ſua ꝯſtitutiōe q̄ inci-
pit. Circa regularis obſeruãtie ꝓfeſſores. Unde vt oia breuiter conclūda
mus: dicimus ſic. Quecūqȝ ſunt inſtituta ⁊ ordinata per eccleſiã in ſpiri-
tu ſancto ꝯgregatã vel per dñm ſūmū pōtificẽ ipſa ſūt de mẽte ⁊ volūta
te ſancti frãciſci: qui vult vt obediãt dño pape cui id ꝓmiſerūt: ⁊ vt ſemp
ſint ſubditi ⁊ ſubiecti pedibus ſancte romane eccleſie. Sȝ oia q̄ ꝑ parte
nr̃a ſunt allegata ſm prefatas declaratiōes ⁊ ſanctos patres ordinis ſūt
hmōi: igit̃ ſunt de mente ſancti frãciſci. Nam alias a contrario ſenſu nec
ſtabiles in fide catholica nec hūilitatẽ vel ſanctū euãgeliū dicūtur obſer-
uare qui nolunt ſubdi dño pape ⁊ eius declaratiōibus. In quib⁹ ꝯcedit̃
clare: quib⁹ ex cauſis: quō. qñ. cur. ⁊c̃. liceat nobis ad amicos ſpūales re-
currere: lȝ in regula expreſſe oia minime habeãt̃. ¶ AD ALIUD
qđ dicūt ꝙ dictus Clemẽs dicit: ꝙ vbi alicui aliquid generaliter ꝓhibe — So. ad. ij. rōnẽ eiuſdẽ. ij. poſitionis.
tur ⁊c̃. ex quo inferunt ſimpliciter quod ſepe dictum eſt pro ꝑte ſua. Rñ-
detur per ſupradicta: ꝙ verba generaliter prolata ſunt intelligenda ⁊ re
ferenda ad ſenſum hominis bene ſenſati. i. bene intelligentis ſine paſſiōe
vt notat̃ per docto. in. caꝑ. ex lrĩs. i. de ſpon. vel ſunt referenda ad cōmu-
nem intellectum. glo. i. non ex opiniōib⁹ ſingulorum ſed ſcđm cōmunem
intelligẽtiã. Textꝰ eſt ꝙ frib⁹ inhibet̃ generaliter receptio pecunie ⁊ recur-
ſus ad amicos ſpūales generaliter demptis prefatis duobus ibidem ex
preſſis caſibus. ⁊ omnibus illis qui per eos intelliguntur vt prefert̃: ⁊ q̄
per prefatos ſūmos pontifices ꝯcedantur vt dictum eſt. Que conceſſio
eſt realiter ſm regulam ex quo fit per eccleſiã vt prefertur. igitur ⁊c̃.
¶ AD ULTIMUM quod obijciunt non licere manducare de ci- — So. ad correlariū vltime rōnis.
bis emptis tali pecunia damnata ⁊c̃. Apl'us rñdit. Oia mūda mūdis.
Nō eſt dãnata elemoſyna que vt p̄fertur licite frib⁹ ꝯcedit̃. Naȝ vt dixi

So.ad.2.ptez eiuſdē correlarij.

mus nullum ius habent in dicta pecunia: ideo nihil eſt ſua argumētatio q̄ fundatur falſis p̄miſſis. ¶Ad ſcōm partē huius obiectionis in q̄ dicunt: q2 cū fratres teneant ad arctos vſus: leguminib9 ꝛ oleribus pñt ſuſtentari vel fructibus mēdicādo ſine magno diſcurſu ꝛ apparatu ciboꝝ: vt ſic abſtracti a cuiuſuis occaſione pecunie eiuſq3 pfecta renūciatio ꝛ abdicati o in ipis cōmodius appareat ſp. ¶ Notandum ꝙ cū in regula nō inuen at erꝑſſe de refectione fratrū niſi tantū illud qḋ ponit in .c.3.§.ḋ oībus q apponūtur eis liceat mādueare: nō parua inſurgit materia ſeu occaſio dubitandi prefatis oppoſitionibus: nec in prefatis declarationib9 tam circa qualitatem q̄3 etiam quantitatē ciboꝝ aliquid erprimit: ꝛ cu3 teneantur ad arctos vſus tanq̄3 pauperes: videt eiſde3 ꝙ nō ſolū ſupfluitas in quantitate ſ3 etiam in q̄litate reſecanda ſit. Sed q2 vt in .2. notabili principali dictū eſt nullus in his rebus ꝛ ſimilibus q̄ expreſſa nō ſunt ſequi debet ꝓprium ſenſum: videamus qḋ iura diſponūt: qḋ ve conſtitutiones papales ꝛ alia ſtatuta patrū p̄fati ordinis in reb9 illis de q̄bus cōſtitutio expreſſa ꝛ clara non habet ex regula. ¶ Primo ius cōe dicit ſic. In his rebus de quibus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura: mos populi dei ꝛ inſtituta maioꝝ pro lege tenēda ſunt. Et ſicut p̄uaricatores diuinaꝝ legu3 ita contēptores eccl'iaſticaꝝ conſuetudinū coercendi ſunt. Hec Au. ad caſulanū ꝛ habet .xj. diſ.c. in his rebus. ¶ Itē .xij. diſti.c. illud. dicit beatus Hieronymus ad lucianū. Illud breuiter te admonendū puto: traditiones eccl'iaſticas p̄ſertim q̄ fidei nō officiant ita obſeruādas vt a maioribus tradite ſunt: nec aliquoꝝ conſuetudinē alioꝝ cōtrario more ſubuerti. ¶ Ite3 ibi in .c. illa. dicit q̄ .n. nec ꝯtra fidē nec ꝯtra bonos mores eſſe cōuincitur: indifferenter [illegible]bendum: ꝛ pro eoꝝ inter quos viuitur ſocietate ſeruandū. Et ſunt verba Auguſtini ad ianuariū. Et dicit ibi glo. prima: ꝙ preſumendū ē conſuetudinē ꝓuincie eſſe iuſtā ꝛ ex iuſta cauſa ꝓceſſiſſe niſi ꝓbetur contrarium. Itē dicit canon ꝙ diuturni mores niſi legi ſint aduerſi, vtentiū conſenſu approbati legem imitantur. eade3 diſ.c. diuturnū. Ecce ex ijs luce clarius conſtat ꝙ conſuetudo ꝛ ſtatuta maioꝝ vim legis teneant ꝛ a nobis ſunt imitanda ꝛ ſequēda. ¶ Videam9 nunc: qḋ circa ſimilia loquātur cōſtitutiones ſummoꝝ pontificū in declaratione regule. Dicit enim prefatus Nico. in dicta ꝯſtitutione. Exijt. §. q2 vo puritatē. quaſi in fine ſic. Ut ſaluti animaꝝ ꝛ.c. Intellectū illū q a ſane intelligente ꝑcipitur pñtis conſtitutionis ſerie lucidamus: volentes illum ad cōem deduci noticiā ꝛc. Item' Clemēs in di. cle. §. proinde. in reſponſione ſexti articuli. ꝛ in .§. preterea. cuius verba ad l'am nō pono ꝓpter ꝓlixitatem euitandā. verūtamen ad hoc tendūt: ꝙ determinatio ꝛ iudiciū circa dubia q̄ in r'la nō erꝑſſe ponūt ꝛ alia q̄ occurrere pñt: reſidet penes p̄latos ordinis q̄bus cōcedit in his poſſe ſtatuere ꝛ diffinire. ¶ Sed circa hanc materiā plenius loq̄tur Joannes papa .xxij. in ſua ꝯſtitutione q̄ incipit. Quorūda3 exigit: in q̄ idem papa reſpondet ad q̄ſtionē facti q̄ tunc tp̄is corā ei9 curia agebat ſup granarijs ꝛ cellarijs ꝛ colore ꝛ forma habitus: vn̄ dicit ſic. Statuentes ꝛ diſtricte precipiendo mandātes ꝙ in p̄dictis ꝛ ſimilib9 arbitriū determinationē ſeu iudiciū generalis in totius.

ꝓuincialiũ vero in ꝓuinciaꝝ. miniſtroꝝ ac cuſtodũ ⁊ guardianoꝝ admi-
niſtrationibus cuſtodijs ⁊ guardianijs ſiue cõuẽtibus ordinis memora-
ti ꝯmiſſis eiſdẽ fratres oẽs ⁊ ſinguli ſequi oĩmodo: illiſqꝫ parere ꝑ oĩa
teneant. Ac inſuꝑ ꝙ illoꝝ ſequendo arbitriũ determinationẽ ſiue iudiciũ
illiſqꝫ parendo nec ſint nec dici poſſint vel debeãt. nec ipſi fratres ſeipſos
autument ſue r̃le tranſgreſſores: maxime cũ nec expreſſe vel determinate
in ꝑdicta eoꝝ r̃la vel declarationib⁹ quãte longitudinis quãteqꝫ latitudi
nis, quãte groſiciei vel ſubtilitatis, qualis forme qualiſue figure debeãt
eſſe veſtes: ſicut nec q̃lis quanteqꝫ vilitatis eas oporteat eſſe exprimitur
in eadẽ. Sicqꝫ quodãmodo eadem vrgẽte neceſſitate, eq̃tate nõ ipari. vo
ſenſu veroqꝫ id r̃le ſuadentib⁹ intellectu, eiuſdẽ clemẽtis inherẽtes veſti-
gijs prefatoꝝ miniſtroꝝ. cuſtodũ ⁊ guardianoꝝ in ꝑdictis horũqꝫ ſimili
bus fore iudiciũ declarare cõpellimur: illa eis vt ꝑdicit cõmittere inuita
mur. Nõ. n. particulariũ oĩm certa poteſt dari ſcientia: nec hoꝝ cũ infini-
ta ſint contingit fieri diſciplinã. nõ. ars, nõ r̃la circũſtantias ſingulas ac-
cidentiaqꝫ cunctaqꝫ complectitur. Habeat in illis minores ſubeſſe maio
ribus: illis obſequi: illiſqꝫ intendere. nõ in certis ſolũ verũetiam in dubi
is ⁊ incertis: vt illarum finis egregius debitis ſubſequentium miniſtris
ſubſequatur: ſic iudicans cũcta rimatur: leges applicat caſibus: canonũ
decreta ſecernit. Sic morbus agrauans medicinam: ſic virtus conſtans in
medio ſapientem. prudentemqꝫ depoſcit: ne ſi quiſqꝫ reguletur vt appe-
tit: confeſtim corruat vt non querit: neqꝫ taliter conuiuentibus non ordo
ſed horror inhabitet. Adſit (quod abſit) diſcordia: religans religio reli-
getur. Sententie nãqꝫ variantur vt capita ⁊ creſcit in ſtolidis opiniõib⁹
fantaſia. Hec ille. Que conceſſio ⁊ declaratio ⁊ſi alia nõ eſſet determina
tio ſufficeret ſcðm ſuam latam auctoritatem quam prelatis ordinis con-
cedit. ¶ NVNC reſtat videndũ quid antiqui ſancti ⁊ patres ordinis
ſtatuerũt. Dicit equidẽ ſanctus Bernardinus in quadam ſua declaratio
ne breui vel ep̃la arti. 7. In oĩbus dubijs q̃ non poſſunt indubitanter de-
clarari: ſubditi teneantur ſtare iudicio prelatoꝝ ſuoꝝ ⁊ obedire. xxiij. q. i.
Quid culpatur. Et propterea agentes contrariũ ſunt tranſgreſſores obe
dientie: ⁊ digne a ſuperioribus cenſura aut alia decenti pena caſtigẽtur.
Hec ille. Et addit. immo ⁊ bonũ ſine quo poteſt eſſe ſalus: debet dimitti
propter obedientiã. xj. q. iij. quid ergo. ¶ Itẽ in dicta ep̃la. §. 3. dicit idẽ
ſanctus: ꝙ ſuperfluitas ⁊ curioſitas non debet diſcerni reſpectu certe ne-
ceſſitatis ſeu vſus certi quo ad ſtatum fratrũ minorum ſed moderati: cũ
vſus moderatus nõ poteſt dici ſuperfluus ⁊ curioſus ⁊ per conſequens
nec vitioſus: immo ſcðm veritatem oĩmodam ⁊ regulam licitus: vt pa-
tet ex preallegato dño Nicolao. Et qꝛ moderatio dicti vſus debet attẽdi
ſcðm qualitatem perſonarum ⁊ varietatem temporum ⁊ locorum condi
tiones ⁊ alias occurrentes circũſtantias ſuꝑfluitatis ⁊ curioſitatis: non
poteſt faciliter diſcerni. Propterea per ſubditos non poteſt nec debet iu-
dicari: ſed per miniſtros ⁊ cuſtodes vel eos quibus ab ipſis cõmittitur:
q de talibus ſuꝑ eorum conſcientias debent diſcrete iudicare: vt patet in
declaratione dicti Nicolai. §. inſuper. ⁊. §. quãqꝫ. Hec ille ſanctus. ¶ Ex ꝑ-

miſſis oībus indubitanter infertur: ꝙ cū in regula ꝛ declarationib⁹ p̄fa
tis nō ſit expreſſum de qualitate ꝛ quantitate ciboꝝ ꝛ potus: p̄ iura p̄miſ
ſa ꝛ alia ſummoꝝ pontificū decreta ꝛ inſtituta preallegata inconcuſſe, te
neantur fratres p̄dicti in his ꝛ alijs ſimilibus dubijs de neceſſitate ſalu
tis ſtare conſuetudini ꝛ inſtitutis generalibus ordinis p̄fati ꝛ iudicio, dif
finitioni ſeu determinationi p̄latoꝝ: atq̧ illa tenēdo, obſeruādo ꝛ agēdo
nullo modo poſſint dici agere ꝯtra regulā nec ꝯtra mentē ſancti franci.
¶ Verūtamē q̄ circa hec inſtituta ſunt, ſolerter inſpiciant. Dr̄. n. in tp̄la
ſupra allegata, ſancti Bernardini ſ̄ar. 5. ꝙ in regula vſus carniū in loco vt
alibi frib⁹ nō ꝓhibet: licet nō deceat niſi moderatus ꝛ diſcretus. hec ibi.
Et hoc bene elicit ex ip̄a r̄la in qua dr̄. Et de oībus cibis q̄ apponunt eis
liceat mādūcare ſcd̄z ſententiā ſancti euāgelij. Qui totū dicit nihil exclu
dit. ¶ Itē conſtitutio generalis ordinis. c. 4. dicit. Ordinamus ꝙ vicarij
ꝛ cuſtodes ſollicitā curā gerāt: ꝙ de elemoſynis ꝛ rebus alijs q̄ obueni
unt cōuentibus p̄ guardianū ꝓuideat moderate iuxta elemoſynaꝝ ꝛ ob
uentionū hmōi quantitatem fratrib⁹ in cōi: ne frēs ip̄i ꝓpter defectū cō
munis ꝛ ſufficientis victus ſeorſum comedant: p̄ticulariter ꝛ iordinate ſi
bi neceſſaria ꝓcurare cogant. Hec ibi. ¶ Itē reuerendus pater frater Jo
annes philippi quandā circa hunc articulū edidit declarationē dicens.
Oēs frēs contenti eſſe debent de decenti ſuſtentatione nature. Taliter ꝙ p̄
pe eſt neceſſitati ſatiſfaciendū: ꝙ carnalitas nō vendicet ſibi locū: p̄ſtim
cū frēs teneantur ad arctos vſus q̄ in r̄la ponūtur. Idcirco oīs ſuperflui
tas tollat ꝛ paucis ſint contenti: cū vniformiter vt alij q̄ reddit⁹ poſſidēt
ꝓuideri minime poſſint. Prelati tamen ſint ſolliciti: ꝙ licitis ꝛ honeſtis
modis omnia debita cum moderatione ꝛ temperantia diſponant: ita ꝙ
fratrum neceſſitatibus ſuccurratur ꝛ a recta ꝛ diſtricta paup̄tate nō rece
datur. Hec ille vir illuminatus. ¶ His igitur prelibatis luce clarius con
ſtat reſponſio ad obiecta vltima. Quia cum in his ꝛ ſimilibus dubijs nō
expreſſis aut determinatis certa ſententia dari nō poſſit (vt glorioſus pa
ter franciſcus dixit) ꝓpter diuerſitatē tempoꝝ ꝛ locoꝝ ꝛ regionū: perſo
narum qualitate inſpecta prelati ordinent ꝛ diſponant omnia ſalubriter
ſicut neceſſitati viderint expedire. Unde ꝓculdubio in eis adimplet illud
euangelij. Qui vos audierit me audiet. ¶ Nec obſtare poterit ꝙ in prin
cipio fundationis ordinis vel etiam poſtmodum diſcurſu t̄pis aliud fue
rit ordinatum: quare ſtrictius viuebatur ꝛ arctius regula obſeruabatur
ab aliquibus q̄ȝ modo fit: q2 vt ſacri canones diſponūt: nō debet rep̄hē
ſibile iudicari: ſi ſcd̄m qualitatem temporum ſtatuta quoq̧ varientur hu
mana. extra de conſan. ꝛ affi. c. nō debet. Nam ꝛ ip̄a ſancta mater eccl̄ia
catholica plerunq̧ nōnulla rationabiliter ordinat ꝛ conſulte: iq̄ ſuadente
ſubiectorum vtilitate poſtmodū conſultius ac rationabilius reuocat in
meliuſue cōmutat. vt in. c. alma. de ſenten. exco. li. vj. Si igit hoc agit ma
ter vniuerſalis eccleſia ſpiritu ſancto congregata ꝛ ſatis bene: non mirū
eſſe debet ſi filia eius ſacra religio minorum inſpecta neceſſitate. vtilita
te, charitate hoc idem faciat ſcd̄m ſanctum Bernardum in li. de p̄cepto
ꝛ diſpenſatione: vt ſupra fuit allegatum. Maxime cum ad hoc ſuffrage.

tur exemplum ꝛ auctas ſacre ſcripture, vt eſt tex. Ad hoc ſingulariſſimus
in.§. Verum.lxiij.diſ. vbi agitur mentio inter aliqua notanda ibidem: ꝙ
poſtq̄ꝫ rex ezechias diſſipauit excelſa ꝛ cõtriuit ſtatuas: diſſipauit lucos:
fregit ꝛ ſerpentem eneum quem fecit moyſes: videlicet qꝛ illum ſerpentẽ
deus fieri iuſſerat ne ſerpentina morte populus interiret: ideo ipſe po-
pulus colere ꝛ venerari eũ ceperat: ꝛ idcirco deſtruxit iſte: qđ iubente deo
fecerat ille: ac p hoc magna auctas iſta eſt habẽda in eccl'ia. Hec ibi. Sic
a ſimili multa fuerũt in inſtitutione ordinis prefati vt patet ſane intelligẽ
ti ꝛ de ijs aliquam fecimus mentionem ſuperius: q̄ diſcurſu tpoꝝ apl'ici
viri ſuppleuerũt aliud diſponendo ꝓpter fratrum augmentũ. Nec ẽ veri
ſimile ſanctum viꝝ regule, inſtitutorem p̄latis ordinis ipoſſibilitatis iu-
gũ voluiſſe p̄figere: vel ex ipſius ipoſſibilitatis conſequentia p̄fatos frẽs
rebus ſibi neceſſarijs ſcđm humanã fragilitatẽ velle carere: cũ ipſe dixe-
rit.c.x. ꝙ vbicũqꝫ ſunt fratres q ſcirent ꝛ cognoſcerent ſe nõ poſſe r'lam
ſpũaliter obſuare: ad ſuos miniſtros debeãt ꝛ poſſint recurrere ꝛ c̄. Qua
re ſummi pontifices q locum dei in terra obtinent ſalubriter ac ſapiẽter
ꝓuiderunt circa oĩa contingẽtia in p̄nti ꝛ in futuꝝ. extendendo, declaran
do, concedendo ſicut cõi bono viderũt expedire: aliqua per ſe ipſos atten
tando: aliqua vero p̄latis ordinis cõmittendo. ¶ IGITUR vt hanc Concluſio iſtiꝰ 2. queſtio.
ſcđam queſtionem concludamus: euangelica pauptas, ꝑ eo ꝙ ad eterna
ſpũm ſubleuat tanq̄ꝫ ea q̄ in celis totaliter theſaurizat: ꝑfecte ipſam ꝓfitẽ
ti ſuadet oĩbus tpalibus debere nudari quo ad affectuꝫ ac dñium: ꝛ arcta
ſuſtentatione neceſſitatis eſſe contentum quantũ ad vſuꝫ. Et hic eſt ipſiꝰ
modus ſiue medietas: ꝙ ſic relinqt dñiuꝫ: ꝙ nõ reijciat vſuꝫ. ſic recipiat
vſum: ꝙ nõ reſeruet dñium: ſic arctitudinẽ vſus reſeruet: ꝙ ſuſtentationẽ
nature nõ deuitet: ſic neceſſitati ſubueniat: ꝙ ab arctitudine non recedat.
Hec ſanctus Bona. in apolo. c. xij. Quicũqꝫ ergo fratrũ q ſcđm predicta
inſtituta ordinata a maioribus in prefatis ꝓuincijs hiſpanie vel alibi vi
uũt: duꝫ tamen notoria ſuperfluitas carnalitas ꝛ alia ſimilia ſcđm rectũ
ꝛ ſanũ iudicium non vendicent ſibi locũ: non propterea tranſgreſſores re
gule ſunt iudicandi. Dicit nãqꝫ regula iuris: ꝙ inſpicimus in obſcuris:
quod veriſimilius eſt vel quod plerũqꝫ fieri contingit: maxime ſi in tota
prouincia ita obſeruatur ꝛ ipſi prelati nõ ignorant: cũ in ijs nõ agatur ex-
preſſe contra ſubſtantialia regule nec contra expreſſuꝫ preceptum eiꝰ aut
prefataꝝ declarationũ: q̄ꝫuis ſi aliqui diuino moti ſpũ arctius circa hoc
ſe volunt habere nõ ſunt reprehendendi ſꝫ laudãdi: dũ tñ videant q eiuſ-
modi ſunt ꝛ attente conſiderent illud beati Augu. in li. de doctrina chri-
ſtiana vbi dicit. Quiſquis rebus pretereũtibus reſtrictius vtitur q̄ꝫ ſe ha
bent mores eoꝝ cum quibus viuit: aut intemperans aut ſuperſticioſus
eſt. Quiſq́s vero ſic eis vtitur vt metas conſuetudinis bonoꝝ iter quos
verſatur excedat: aut aliquid ſignificat aut flagitioſus ẽ. In oĩbꝰ. n. talibꝰ
nõ vſus reꝝ ſed libido in culpa eſt. Quod igit̃ locis tpibus ꝛ perſonis cõ
ueniat diligenter attendendum eſt, xli. diſ. c. pri. ꝛ. c. ſi. quod eſt ſatis notã
dum. ꝛ ſic patet ſecũda queſtio.

## ¶ Reſponſũ ad tertiã poſitionẽ.

QVANTVM ad tertiā poſitionē videlicet non eſſe licitum
oblatā pecuniā pro miſſis ⁊c̄. accipere ⁊c̄. Patent ſua motiua
ſupra in principio. Pro quo breuiter eſt ſciendū: ꝙ circa hanc
dubitationē duo ſunt ꝯſideranda. ¶ Primo ipſe actus celebra
tionis vel alterius diuini ſuffragij in ſe. ¶ Sc̄do miniſter celebrans vel
dictū ſuffragiū agens. Nunc igitur habito reſpectu ad ipꝫ actū celebrā
di vel aliud diuinū officium agendi pro pecunia vel pro aliquo tempora
li cōmodo: cum hic iſta prepoſitio. pro. denotet appreciationē que in ſpi
ritualibus oīno interdicitur: ⁊ dare ſpūale pro tpali cōmodo ſit vitium ſi
monie: talis actus eſt omnino malus ⁊ probibitus tanꝗ̄ ſimoniaticꝰ. vt
.i. q. i. c. iudicis. nec aliqua cōſuetudine poteſt excuſari: qꝛ ꝯſuetudo non p̄
iudicat iuri naturali vel diuino. vt ſupra in ſc̄da q̄one dictū fuit. Et per pe
cuniā intelligitur omne illud cuiꝰ preciū poteſt pecunia eſtimari: vt phi
lo. dicit quinto ethi. ⁊ ſanctus Tho. ſc̄da. ij. q. c. arti. ij. ideo dixi pro pecu
nia vel pro alio temporali cōmodo. ſ. qd̄ pecunia poteſt eſtimari. Et intel
lige predicta ſi tale quid fiat hac intentione. ſ. dare ſpirituale ſimpliciter
pro pecunia ⁊c̄. Si vero hoc nō intendūt: tunc dicunt doctores poterit
eſſe vel auaricia vel turpe lucrum vel ſaltē habet ſpeciem mali. Intellige
quando fit ex auaricia ſc̄dm magis ⁊ minus. Et hoc eſt generale in qui
buſcunq; ſacerdotibus. Sed proculdubio maiorem in modū deformita
tem trahunt hec oīa circa fratres minores: quibus inhibet̄ vt nec per ſe
nec per interpoſitam pſonam omnino pecuniam recipiant. Et iſto mo
do obiectiones pro parte contraria poſſunt intelligi; ⁊ ſic patet earum
ſolutio. ¶ Secundo modo poteſt haberi reſpectus ad miniſtrum: ⁊ tunc
dupliciter. Quia aut talis miniſter tenetur ad hmōi celebrationes ex of
ficio alias ex beneficio puta quia habens eccleſiam vel beneficiū officia
re tenet̄: tūc exigere pecuniā ſꝫ Ray. ⁊ fere oēs docto. in. c. ſignificatū. de
p̄ben. ꝓ tali celebratiōe eēt ſimonia. vt. i. q. iij. c. vēdētes. Aliud eſt ſi talis
clericꝰ eſt pauꝑ vel bñficiū tenue. ⁊ deficit ei ſūptus. ꝑ di. c. iudices. ſꝫ qꝛ
quo ad clericos nihil ad nos: iō ſufficit ꝓ nūc. Verūtñ quo ad frēs mino
res dicamꝰ ſic: ꝙ nullo mō ē eis licitū celebrare ꝓ pecunia. ſ. ſimplr̄: qꝛ ſi
intētio adeēt dādi ſpūale ꝓ tpali eēt ſimōia vt dictū ē. Nec etiā rōne cu
piditatꝫ: qꝛ tūc vl̄ auariciā vel turpe lucrū vel aliāſpēꝫ mali nō effugerēt.
Nec etiā ꝓmittere ꝓ tāta pecunia tot miſſas celebrare: qꝛ ſm ſcm̄ Ber
nardinū eſt actꝰ ꝓprietarij etiā ſi nō intēdāt ꝯmittere ſimoniā ⁊ hꝫ ſpēm
mali: cū nec in rl̄a nec in eiꝰ declaratiōibꝰ talis ꝓmiſſio aut ꝯceſſio vt po
te mala inueniat̄. Et ita intelligit̄ illud. ſ. qñ alicui aliqd generaliter pro
hibet̄ ⁊c̄. ⁊ illud ꝙ fribꝰ interdicit̄ oīs q̄ſtꝰ pecunie. Nā talibꝰ intētiōibꝰ
vl̄ mōis celebrare vel ſilia facere ſemꝑ eſt illicitū ⁊ ꝓhibitū oībus marie
ipis fribꝰ vt ꝓfert̄: cū eoꝝ ſtatꝰ oīs ſit abdicatꝰ ab oī ꝯtrectatiōe. poſſeſſi
one. dñio ⁊ vſu pecunie. Et ī hoc vt ꝯtraria deiectio ſatꝫ bñ opponit ſepe
numero ab aliqbꝰ ōlnqt̄: incōgrue ⁊ īdebite ſe hñtibꝰ ī nouenarijs. trige
narijs ⁊ alijs diuerſis mōis ⁊ officijs viuoꝝ ⁊ defūctoꝝ ſiue in intētiōe.
opatiōe. obligatiōe. pactiōe. receptiōe. adminiſtratiōe dati ⁊ recepti ī q
bꝰ nō vſqꝫ q̄q; puritas rl̄e ⁊ ꝓfeſſiōis obſuatur. Ideoq; ipi videāt ⁊ ſibi
imputet̄; qꝛ ſm oēs exigere vel exactum ſoluere aut ꝓmittere aut paciſci

pro aliquo dictoꝝ ſpūali conſequendo pro pecunia ſeu re q̄ precio poteſt
eſtimari expreſſa ſimonia eſt:vt extra de ſimo,c.tua nos. ¶ Secundario
poteſt haberi reſpectus quo ad ipſos fratres qui ad nullū eccleſiaſticum
⁊ temporale beneficiū tenenť cum nihil habeant nec habere poſſint:licet
interpretatiue teneanť ꝓpter elemoſynas exhibitas eis continue. Itē qꝛ
die noctuqꝫ tam in miſſis ſolemnibus ⁊ priuatis q̄ꝫ alias in alijs diuinis
laudibus ⁊ officijs occupantur propter profeſſionem ſue regule ad hono
rem dei ⁊ propter charitatem ⁊ conſolationem chriſtiani populi : q eoꝝ
eccleſias deuotius ⁊ frequentius viſitant. Laborant tertio in predicatiōi
bus ⁊ confeſſionibus prefati populi:non videtur ratio:ſi alij clerici pau-
peres carentes tꝑali beneficio poſſunt ſtipendia laboris ſui accipere vbi
maxime concurrunt prefata tria:cum nemo teneať ſuis ſtipendijs milita
re,vt in.c.cuꝫ ex officij.de preſcrip.quare dicti fratres ſimili modo cōcur
rentibus debitis circūſtantijs hoc non poſſint facere:qui vt diximus bn̄-
ficio carent:diuinis occupantur:alios ſumptus nō habent ſed victuꝫ eis
tribuit incerta mendicitas? Hoc tantum dempto:ꝙ nulla obligatio aut
pactio interueniat.nullaqꝫ ſiniſtra ſubintret intētio.atqꝫ in adminiſtracti
one dati ⁊ recepti fiat pari modo ſicut de alia quacunqꝫ pecunia elemoſy
naliter a fidelibus miſſa pro ſuis neceſſitatibus vt prefate declarationes
determinant:ꝙ fratres in ea nullū dn̄ium proprietatem ⁊ cetera alia ha-
beant:ſed ſemper maneat penes dantem aut ſuſtitutuꝫ eius:ipſiſqꝫ chri
ſti fidelibus viuis ⁊ defunctis humiliter hoc petentibꝫ pie ⁊ charitatiue
ſubueniatur ſuis ſanctis ſacrificijs ⁊ alijs debitis ⁊ deuotis obſequijs a
prefatis fratribus deuotioni eoꝝ volentibus primarie ſatiſfacere: dein-
de naturalem ⁊ debitam ſuſtentationem recipere. ¶ QUOD autēꝫ hoc
licite poſſit fieri:patet primo per illa q̄ apl'us commemorat.i.corinth.ix.
vbi large ponit hanc materiam ⁊ inter alia dicit ipſe. Quis militat ſuis
ſtipendijs vnq̄ꝫ? quis plantat vineaꝫ ⁊ de fructu eius non edit? qs paſcit
gregeꝫ ⁊ de lacte gregis non manducat? Hec oīa.xiij.q.i.§.His ita. Itē
dicit ipſe ideꝫ apl'us. Si vobis ſpūalia ſeminauimus:magnuꝫ eſt ſi nos
carnalia veſtra metamus,vt in.c.ſi ep̄us de offi.ordi.li.vj. ⁊ in dicto.c.cū
ex officij.⁊ de conſecra.diſ.v.nunq̄ꝫ. Item idem ip̄e apl'us ordinauit ijs q
euangelium annūciant:de euangelio viuere:⁊ q in ſacrario op̄antur:que
de ſacrario ſunt edant:⁊ qui altario deſeruiunt:cum altario participant.
Hec omnia apl'us vbi ſupra. ¶ Probatur etiam hoc per ea que Auguſti-
nus dicit in li.de ope monachoꝝ:ꝙ occupati in quattuor generibꝰ opeꝝ
ſpūalium excipiuntur a precepto apli.ſ.qui non laborat non māducet. Si
euangeliſte ſunt.i.diſſeminant diūina verba:ſi miniſtri altaris.i.q diuina
cantica ⁊ diuinas laudes decantant: ſi diſpenſatores ſacramentoꝝ ſunt
⁊ maxime euchariſtie ⁊ penitentie:⁊ illi q ea q̄ in ſeculo habebant relique
runt pauperibus vt ip̄i ſuſtentarentur ⁊ iſti cōuerterentur ad dominum:
tales ꝑfecto cū alijs tribus ſupradictis vendicant ſibi locum. Hec Aug.
Super quibus verbis ſanctus Bona.in ſua apolo.c.xij.dicit ſic. Iſti om-
nes non ſolum digni:ſed etiam digniſſimi reputantur: ⁊ licituꝫ eſt ſibi de
elemoſynis pauperum chriſti ⁊ accipere oblata ⁊ petere neceſſaria. Hec

Auctates ad ꝯ
firmatiōem ſu
pradictoꝝ.

ſile. ¶Item probari poteſt predicta poſitio per illud quod notatur ꝑ do-
ctores in.c.q̄ꝫ pro mentis.i.q.ij.ꝛ in di.c.ſignificatum.de ꝑben.vbi coīter
tenet exponendo illa verba tex.i.abſūt oīs pactio:oīſcꝫ ceſſet conuentio
ꝛc̄.dicūt ſic.Qꝛ ꝛſi ſine pactione expꝛſſa vel exactione ſiquis conferat ali-
quid ſpūale principaliter hac intentione vt ꝓpter illud recipiat tꝑale:pu
ta audit cōfeſſionē vel dicit miſſam vel cōfert ordinē vel bn̄ficiū principa
liter qꝛ ſperat ꝓpter hoc ſe habituꝝ pecuniā vel aliud ꝑciabile:ꝛ ſimilit
q dat aliqd tꝑale principaliter vt recipiat ſpūale vt eucbariſtiam.ordinē
ſacrū.bn̄ficiū ꝛ hmōi ſimoniā cōmittit:q̄ mortale eſt ſcd̄ꝫ ray.Inno.bo-
ſti.Ala.tho.ſic etiā vbi nō fit pactio vl' exactio nec principalis intētio ad
tꝑalia in collatione ſpūaliū vel receptione:ſꝫ gratis ꝛ elemoſynaliter de-
tur ꝛ accipiat ad ſuſtentationē nature vel ob reuerētiā ſacramētoꝝ vl' ad
cōſeruandū laudabilē ꝯſuetudinē locoꝝ: licite ꝛ ſine ſimonia vel alio vi-
tio dari vel accipi poteſt.Hec illi.Et idē Ar.flo.ij.pte.ſume.Et allegant
Grego.in.c.ſicut epm.ea.cau.ꝛ.q.Eius oblatio nullā culpe maculā ige
rit:q̄ nō ex ambientis petitione ꝓceſſit.vbi dicit glo.Ubi.n.cauſa nō ad
eſt:vitiū nō imputatur.¶Probat etiā ꝑ ea que ſanctus tho.ij.ij.q.c.ar.
ij.dicit:vbi inqt.ꝙ accipere aliq̄ ad ſuſtētationē coꝝ q ſacramēta chriſti
miniſtrant ſcd̄m ordinationē eccl'ie ꝛ ꝯſuetudines approbatas: nō eſt ſi-
monia nec peccatū.Ratio eſt ſcd̄m eū:qꝛ nō ſumit ſcd̄m precium merce
dis ſed tanq̄ꝫ ſtipendiū neceſſitatis.Unde ſup illud.i.ad thimo.v.q bene
preſunt preſbyteri ꝛ c̄.dicit gloſa.Auguſtini.Accipiant ſuſtentationē ne-
ceſſitatis a populo:mercedē diſpenſatiōis a deo.Hec ille.Et ibidē arti.
iij.ad.ij.dicit ſic.Illi q dant elemoſynas pauperibus vt orōnuꝫ ab ipſis
ſuffragia impetrent:nō eo tenore dant q̄ſi intēdentes orōnes emere:ſꝫ ꝑ
gratuitā bn̄ficentiā pauperū aīas ꝓuocant ad hoc ꝙ pro eis gratis ꝛ ex
charitate orent.Et infra.Similiter ꝛ aliqua tꝑalia dant laudantibꝰ deuꝫ
in celebratione eccl'iaſtici officij ꝓ viuis ſiue pro mortuis : non quaſi ꝓci-
um.ſꝫ q̄ſi ſuſtentatōis ſtipēdiuꝫ.Hec ille.¶Ricardus etiā in.iiij.diſ.xxv.
dicit ꝙ pro anniuerſario celebrando nō licet facere pactū de pecunia dan
da.Si tn̄ ex deuotione dat eccl'ie:eccl'ia tenet ꝓ illis celebrare ꝓ qbus da
tur ſcd̄m ꝙ recepto beneficio magis obligatā ſe videt.Hec ille.Sanctꝰ
vero Bona.in li.de pauptate chriſti agit ſequentē rationē ad iſtam mate-
riam dicens.Ad perfectionē dn̄ici corporis ſpectat ꝙ mēbra ſibi cōmu-
nicent ratione dati ꝛ accepti:ꝛ ad ꝑfectionē euangelij facit ꝙ paupes iu
ſti ſuſtentationē petant ꝛ accipiāt a diuitibus mūdanis ꝛ imꝑfectis.Un̄
ꝛ apl'us.ꝛ.ad corinth.primo.dicit.Ueſtra abūdantia illoꝝ inopiā ſupple
at:vt ꝛ illoꝝ abūdātia vr̄e inopie ſit ſupplementū.Ubi dicit glo.Ueſtra
abundantia terrenoꝝ ſuppleat eoꝝ inopiam:vt econuerſo abundantia il
loꝝ ſpūaliuꝫ qui diuinis vacant:veſtre ſit inopie ſupplementū.Hec ille.
Et addit:ꝙ ſicut diuites mundani pn̄t petere orōnes viroꝝ ſpūaliuꝫ ad
releuandam inopiam meritoꝝ ſuoꝝ (vt ſupra dixit apl'us)ita verſa vice
pn̄t paupes ſpūales petere elemoſynam corporaleꝫ ad ſuſtentationē cor
poꝝ.Itē q dat maiora:poteſt recipere minora:ſꝫ paup orans impendit
miſericordiaꝫ ſpūalē;ergo multo fortius poteſt recipere corporalē elemo-

ſynam. Item ſi licet recipere maius: multo fortius licet recipere minus:
ſed paupib⁹ religioſis q ꝓprijs renūciauerūt licet recipere ampliſſimas
poſſeſſiones: quare ergo multo fortius nō licebit pauperibus euāgelij re
cipere quotidianas ſuſtentationes? Alioquin qd monſtruū eſſet in eccl'ia
dei. Et ſi dicas: ꝙ licet accipere ſꝫ non licet petere. Hoc nihil ꝓrius ē: qꝛ
petere ordinatur ad accipere ⁊ ꝓpter illud eſt. Et ſicut plus eſt dare ꝙ̄ ꝓ-
mittere: ſic plus eſt recipere ꝙ̄ petere. ſed conſtans eſt ꝙ quicqd licet da
re: licet ꝓmittere: ergo quicqd licet accipere licet petere. Hec ille ſanctus
vir vbi ſupra. Et ſi obijciat̄ ꝙ iſta poſſent eſſe vera de alijs rebus ſꝫ nō de
pecunia ꝓpter ꝓhibitionē eiuſdem ipſis fratribus impoſitam. Prefat⁹
ſanctus reſpondet ad hoc vt ſupra patuit in. 2. q. principali per hec verba
in epiſtola ad magiſtrum innominatū. Dico ego ꝙ nullus ſane mentis
dare intendit fratribus niſi prout competit regule ⁊ profeſſioni eorum.
Quis enim daret elemoſynam vt eos faceret perdere vitā eternā? Dat
ergo eo modo quo fratribus expedit. ſ. cōmittendo eam alicui qui per ſe
eam diſpenſet in ijs rebus quas fratribus licet accipere: ⁊ ſic pecunia illa
per quorūcunqꝫ manus tranſeat nullo modo ſpectat ad fratres; quia ſem
per eſt primi domini: ⁊ eſt per hoc manifeſtum ꝙ nec per ſe nec per inter
poſitam perſonam eam recipiant: fateor coram deo ita verū eſſe. Hec ille.
¶ Facit ad hoc quod dominus Nicolaus ait in. c. exijt. §. qꝛ vero purita-
tem ipſius ordinis ⁊c̄. vbi papa loquit̄ de pecunia conceſſa vel miſſa fra
tribus indifferēter ⁊ quaſi in fine dicit. §. dicit ſic. Vt clarius vtilitati dan
tium ⁊ puritati ordinis ⁊ ſimplicitati aliquorum ſimplicium ⁊ ſaluti ani-
marum hinc ⁊ inde ſecurius conſulat̄: intellectū illum q ſatis in hoc caſu
a ſane intelligente percipitur: pñtis ac in eternū valiture conſtitutiōis ſe
rie lucidamus volentes illum ad cōem deduci noticiam: videlicet ꝙ ſp
quando pecunia fratribus ipſis mittitur vel offertur: niſi expreſſe ꝑ mit-
tentem vel offerentem aliud exprimatur: predictis modis (. ſ. ꝙ ſp eius
ꝓprietas remaneat penes primū dñm ⁊ ꝙ fratres nihil in ea habeant)
ꝓrſus oblata intelligatur ⁊ miſſa. Non. n. veriſimile eſt aliquem elemoſy
ne ſue ſine expreſſione illum prefigere modum: per quem ⁊ donans meri
to. vel illi quorū neceſſitatibus intendit per donū hmōi ꝓuidere vel effe-
ctu doni vel ſue conſcientie puritate fraudent̄. Hec ibi. ¶ Videbat̄ non
incongrue aliquibus ꝙ quēadmodū clerici ſeculares pñt locare opas ſu
as ſiue ad diem ſiue ad annū. vt in. c. vlti. ne prela. vi. ſu. ita poſſint ⁊ fra-
tres minores. Sꝫ. iiij. magiſtri dicunt ꝙ fratres non pñt locare opas ſu-
as per modū precij: ſed locare ſine appreciatione expectando mercedē ꝑ
modū elemoſyne humiliter bene poſſunt: qđ eſt notandū. ¶ Ex quib⁹ om  Cōcluſio tertie queſtionis.
nibus luce clarius conſtare videtur fundamentū iſtorum nō eſſe vſqꝫqꝫ
verū. Et ꝙ dicti frēs obſuātis ſupra allegatis de intētione pactione, con
uētione, obligatione ⁊c̄. de cōtrectatione pecunie: ſi aliqui fidelium ꝓ ſe
vel ſuis viuis aut defunctis charitatiue ⁊ deuote petant vt ꝓ eis oret̄ vel
tot ⁊ tales miſſe celebrent̄ vel alia ſuffragia eccl'ie: prefatiqꝫ ad hoc conſi
militer charitate ⁊ deuotiōe moueāt̄ ad eorū iplendā petitionē ꝓpt deū:
nō incōgrue poſſint recipe ſtipēdiū ſui laboris ꝓ ſuis neceſſitatib⁹: nō ꝑ

moduz preciȷ:ſed per modũ charitatiui ſubſidiȷ vel ſuſtentationis. Talis
ꝗꝫ fiant ſimpliciter ⁊ ſynceriter:videlicet ꝙ nullũ cupiditatis aut ſupflui
tatis vel carnalitatis fermentũ miſceatur:per quod ſancte paupertati de
rogetur:ad quam tenentur ex regula: que in quacũqꝫ elemoſyna quo ad
ipſos fratres ſunt vitioſa reprebendenda ⁊ culpanda. Et ſi fuerit elemo
ſyna ſeu ſtipendium prefatum pecunia:obſeruetur (vt ſupradictum eſt)
quod prefate declarationes diſponũt de quacũqꝫ alia elemoſyna pecuni
aria. Nec refert ſi dicantur trigenaria vel nouenaria vel alie peculiares
miſſe petantur:qꝛ vbi eſt eadem ratio:⁊ idem ius. ¶Et ſic patet reſpõſio
ad omnia obiecta. Cũ dicũt:ꝙ talis elemoſyna ꝓ miſſis ſit queſtus pecu
niarius ⁊c̃.nõ eſt verum:ſed eſt elemoſyna ſeu charitatiuũ ſubſidiũ:qꝛ ſi
cut ille prius poterat talem elemoſynam dare ſine aliqua recomendatio
ne certi ſuffragiȷ:⁊ ſacerdos celebraſſet miſſam pro vniuerſali eccleſia ad
dei gloriam ſine recõmendatione alterius:ſic nũc neceſſitas petentis ſuf
fragium vel ſacrificium. ⁊ charitas ſacerdotis offerentis cõmunicantur
ſibi ad inuicem actiones ratione dati ⁊ accepti ; quare ſua argumentatio
eſt aliena a vero ſenſu ⁊ intellectu. Cetera patent de ſe.

Cõcluſio ⁊ cõ firmatio oium ꝑdictoꝝ.

SATIS me dixiſſe ad ſatiſfactionem dicte queſtionis alias di
ctarum queſtionum arbitror:ſi intelligere voluit que ſcripta ſũt.
Et vtinam adaptari poſſit illis quod Hieronymus inquit con
tra vigilantiuz. Non parum eſt ſcire ꝙ neſcis. Et prudentis ho
minis eſt noſſe menſuram ſuam. Sunt eniz vero quedam:que neſcire me
lius eſt ꝗꝫ ſcire. Nec incongrue contra tales ſermo retorquendus eſt:qui
contra illam ſententiam:nolite ante tempus iudicare quo ad vſqꝫ veniat
dominus:q⁊ illuminabit abſcondita tenebraruz ⁊ manifeſtabit conſilia
cordium aliȷs derogare non verentur:⁊ ſuam iuſticiam tantum volẽtes
conſtituere:iuſticie dei non ſunt ſubiecti. Quos profecto (ſi qui tamẽ hu
iuſmodi ſunt) nec noſtri nec cuiuſpiam eſſe ordinis verius dixerim:quip
pe ⁊ ſi ordinate viuentes ſuperbe tamen loquentes ciues ſe faciunt baby
lonis. Vobis ergo qui in litterali regule obſeruatione gloriamini:⁊ õ ve
ſtra iuſticia preſumentes ceteros aſpernamini : ſolos vos omnibus ſan
ctiores:ſolos vos fratrum minorum regule obſeruatores:ceteros tranſ
greſſores vt dicitis conuenio. Quare contra regulam alios iudicatis: ali
oſue detrabendo condemnatis? An regula nõ concordat euangelio? Ali
oquin regula nõ eſt regula:qꝛ nõ recta. Audite ⁊ diſcite ordinẽ ſancti euã
geliȷ qui contra ordinem aliȷs derogatis. Hypocrita inquit eȷce primo
trabem de oculo tuo:⁊ ſic valebis eȷcere feſtucaz de oculo fratris tui. Et
quam trabem? Profecto illam de qua ſanctus franciſcus in.x. cap. re
inquit. Moneo ⁊ exhortor in dño ieſu vt caueant fratres ab omni ſuper
bia. vanagloria inuidia ⁊c̃. Regnum quippe dei non eſt eſca ⁊ potus:ſed
iuſticia. pax ⁊ gaudium in ſpũ ſancto. Et alibi dicit. Regnũ dei intra vos
eſt. Hoc eſt. Non exterius in veſtibus aut corporalibus alimentis:ſed in
virtutibus interioris hominis. Uno ſolo verbo circa hoc noſter legis la
tor concludit. Et ſcdm ſanctum euangelium de omnibus cibis qui appo
nuntur fratribus liceat manducare. Nec ſcdm ſanctum Bernardinũ vſus

carniũ in loco vel alibi in regula fribus ꝓhibetur: ſʒ non deceat niſi moderatus ⁊ diſcretus vt dictũ fuit: cuius iudiciũ prelatis relinqˀ: ſʒ vſus ꝓprie voluntatis ⁊ ſilium vbiqʒ ⁊ ſemper ꝓhibetur. Nec etiã ꝓhibetur vſus vini ⁊ piſciũ ex regula vt patet in ꝯſtitutione generali: ſed ꝓhibetur ſcandalũ puſilloꝝ. Magna igiˀ vobis cura ineſt vilibus veſtiri: paucis ⁊ rudibus ꝯtentari cibis: non rep̄hendo: imo laudo: dum tamen maiora non relinquãtur. Dicit eni beatus Bernardus: ꝙ octauꝰ gradus humilitatis eſt: vt nihil agat ſubditus niſi ꝙ cõis monaſterij regula vel maiorũ coarctant exempla. Quid plura? Alias inquit vane glorie ⁊ p̄ſũptiõi non mercedi reputabiˀ. Diciˀ. n. in regula fratrũ minoꝝ. Recordeˀ frẽs ꝙ ꝓpter deũ abnegauerũt ꝓprias volũtates. Uñ firmiter p̄cipio eis vt obediãt ⁊c. Sed nũc camelũ glutientes ⁊ culicem excolantes: ad minora manꝰ tendẽtes: de maioribꝰ parũ vel nihil curãt. Hoc oportuit facere: ⁊ illa non omittere. Alioquin cũ aut illa omitti neceſſe eſt aut iſta: illa potius omittenda ſunt q̃ʒ iſta. An nõ melior vobis videˀ cũ abnegatiõe ꝓprie volũtatis in monaſterio humilis obediẽtia ⁊ ſi ſit tunicata ⁊ cibata (vt dicitis) q̃ʒ ꝓprie volũtati ſeruiẽtes in tugurijs q̃ ꝓprio eligũˀ arbitrio nuda ⁊ ieiuna ⁊ vt plus dicã inflata ſupbia? Audite ſanctũ Bonauẽ. hoc approbãtẽ. Jnqt. n. in ſupradicto tractatu d̃ pauptate chriſti q̃ſi in fine. Tu vero cum de boꝝ obſeruatiõe elatꝰ: alijs non eadẽ obſeruãtibꝰ derogas: nõne te magis regule trãſgreſſorẽ indicas? Hec ille. Unde non imerito ſermo diuinꝰ loqtur: ꝙ obediẽtia melior ẽ q̃ʒ victima: ⁊ auſcultare magis q̃ʒ adipem arietũ offerre. Et ſcũs Bernardꝰ in li. de p̄cepto ⁊ diſpenſatiõe p̄allegato inqt ſic. Sane de religioſis ac bñ ordinatꝫ monaſterijs nullus ꝓfeſſoꝝ meo ꝯſilio nec arctioris quidẽ deſiderio vite ſine licentia ſui ſupioris vel ſenioris ⁊ eius aſſenſu egrediˀ. Egreſſus tñ ſi melius inuenerit ⁊ elegerit: meo iam ꝯſilio nihilominꝰ nõ egredieˀ ad inferiꝰ bonũ qꝺ reliquerat ⁊ ꝯtempſerat ꝓ meliori: ⁊ p̄ſertim ſi illud melius tale fuerit: qꝺ ⁊ ꝯgruere prime ꝓfeſſioni videaˀ. Jpſe nẽpe viderit qua rõne quaue intentiõe altiora ſeu arctiora p̄ſũpſerit. Nã ad inferiora vel remiſſiora me ꝯſulẽte neq̃ʒ apoſtatabit. Et de his me accipite ſane qꝺ ſentio reſpondiſſe ſine preiudicio ſanius ſentientis. Ad honorẽ dei cui laus eſt ⁊ honor in ſcl'a ſcl'oꝝ Amen.

¶ Explicit defenſorium obſeruantie contra illos qui ſub vmbra perfectionis a veritate declinauerunt.

¶ Jncipit vtilis diſputatio inter zelatorem paupertatis ⁊ inimicũ domeſticum eius edita a venerabili patre fratre hugone de digna qui poſt mortem claruit miraculis.

INIMICUS DOMESTICUS PAUPERTATIS.

# Tractatus Tertius.

NOn ſolum diuitijs tpalibus re
nūciaui a iuuentute mea ſed etiā carnis voluptatibus: ⁊
qđ magis eſt his omnibus, voluntatem propriā abnega-
ui. Unde pro diuitijs pauptatem: pro delitijs caſtitatem
aſſumpſi: ⁊ dimiſi voluntatē propriā: ⁊ noui facere alienam. ¶ ZELA.
PAU. ¶ Si cepero tibi loqui: forſitan moleſtum accipies. Sed ſi vis
patienter audire: ego ꝓferam que ſentio: ⁊ tibi que corde video luc: dabo
Uia enim quam elegiſti breuis eſt ⁊ ſecura: ſed non minus ardua ⁊ ſtri-
cta ⁊ pauci intrant per eam. Sumopere ergo cauendū eſt: ne ab ea aliq-
tenus deuiem⁹. Ego autem oro te dulciter: vt de ipſa aliquid conferam⁹
ad inuicem: ne ignorantia ſeu negligentia ſit nobis occaſio delinquendi
⁊ ne dicatur contra nos illud dictum propheticuꝫ. Noluit intelligere vt
bene ageret: aſtitit o i vie non bone. ¶ INI. DOME. ¶ Ut video in
celum vis ponere os tuum: dum loqui preſumis contra tot ⁊ tantos or-
dines in tanta paupertate caſtitate ⁊ humilitate fundatos: ⁊ tanq̄ꝫ a via
veritatis errantes rectificare credis ⁊ ipis te viam oſtendere innuis: q̄ſi
viam ciuitatis habitaculi neſciant inuenire. ¶ ZELA. PAU. ¶ Ab
ſit a me hoc: vt aduerſum quēq̄ꝫ ordinam ore polluto audeam diſputa-
re. Sed potius pro omni ordine loqui cupio, non ſapientie peritia, non
ſcientie gloria, non proprie iuſtitie fiducia: ſed ſola qua ſcio deum ani-
ma ⁊ mente contemplari: charitas ipſa compellit: que me peccatorem
⁊ ignarum ad dicendum ita hortatur ⁊ prouocat: vt cum loqui neſciam
tacere non poſſim. Non enim aduerſus ordinem quēq̄ꝫ: ſed pro omni or-
dine diſputare volo. Et non ordinem in hominib⁹: ſed hominū exceſſus
deteſtabor. Multa enim in ordine fiunt: ⁊ de ordine non ſunt. Null⁹ qp-
pe ordo quippiam recipit inordinatum. Quod vero inordinatum eſt:
ordo nō eſt. ¶ INI.. ¶ O p̄ſūptio neq̄ſſima: vnde creata es? Multa au
diui de preſumptione tua ⁊ audacia ⁊ ſimiliū tibi: ſed maior eſt tua vt
video q̄ꝫ audiui nec vidi in terra: dum tot ſeniores ⁊ antiquos iuuenis
cum ſis reprehendere non vereris. ¶ ZELA. PAU. ¶ Si me intelli-
geres: forſitan in verbis iniurioſis minime prorupiſſes. Non enim dixi
nec dico aliquem hominem directe reprehendere in ſpeciali: ſed zelo iu-
ſticie que haberi non poteſt ſine odio iniquitatis ſaltem contra exceſſus
hominum murmurare: licet ſcđm chriſti ⁊ apoſtoli ſententiam poſſeꝫ ho
mines reprehendere. Nolite inquit āplius cōmunicare infructuoſis ope
ribus tenebrarum: magis autem redarguite. Quam ſententiam decla-
rat Auguſtinus dicens. His duob⁹ modis non te maculat malus: ſi nō
conſentis: ⁊ cum redarguis. Exemplum etiam habemus ab ipſo apoſto
lo: qui non ſolum reprehendit ſubditos ſed etiam prelatum ipſum ſcili-
cet apoſtolorum principem: ſicut habetur ad Gala. Qua preſumptione
me arguis? Quam preſumptionem dicis peruenire ex iuuenili etate: nō
verendo ſenectuteꝫ? Ego autem dico: q̄ ſi tales ſeniores ſunt vere ſenio
res: digni ſunt omni reuerentia ⁊ honore. Si forte (quod abſit) etate ſūt
ſenes ⁊ moribus pueriles: iuuenibus ſunt incōparabiliter deteriores. Et

tales non honoꝛe ſed vituperio digni ſunt: dum ſua auctoꝛitate oꝛdinem
ipſum reſoluunt ⁊ deſtruunt: ⁊ ſuo malo exemplo iuuenes poſt ſe trahũt
Qꝛ ſi iuuenis quiſq́ʒ ab omni voluptate ſe abſtinet carnali: ⁊ in omnibus
imaculatum ⁊ irrepħenſibilem ſe cuſtodit: hic nimirum ſenioꝛis digni-
tate ⁊ nomine cenſendus eſt. Juxta quod dicit ſcriptura. Senectus vene
rabilis eſt non diuturna: nec annoꝛum numero computata. Unde dicit
Sapiens. Non aduenit defectus ex parte tempoꝛis: ſed propter vſum
vite in moꝛibus peruerſis. Nullus itaq́ʒ gloꝛietur in etate tempoꝛis: ſi ꝑ
diſſolutionē vite ſit in eo pueritia mentis. ¶ INI. DO. ¶ Nolite iudi
care ⁊ non iudicabimini. Nolite condemnare ⁊ non condemnabimini.
Merito ergo dignus es iudicio eterne damnationis: dum contra verba
chꝛiſti pꝛemiſſa alios iudicas. deſpicis ⁊ condemnas. Eo enim ipſo quo
alium iudicando temere deſpicis: in illius comparatione ſuperbiendo te
extollis: quod eſt ſuperbia deteſtabilis. Propter quod conſule iuuentu-
ti tue ⁊ deſine talia loqui: quia dum mens ad aliena iudicanda ducitur:
pꝛius iudicij lumine pꝛiuatur. ¶ ZELA. PAU. ¶ Ipſe dñs quē di-
xiſti qõdam iudicium pꝛohibet: ⁊ quoddā ꝯcedit. Propter quod alibi
ipſe dixit. Nolite iudicare ſʒ faciē: ſed iuſtũ iudiciũ iudicate. Pꝛohibet
ergo iudiciũ de occultis: ſed ꝯcedit de manifeſtis. Et hoc eſt qđ dicit ille
doctoꝛ ꝓcipu⁹. De manifeſtis inquit iudicādũ ē: ſed nō de occultis. Et iō
nō de occultis. ſed de manifeſtis ego iudico: ſi tñ iudiciũ dici pōt ⁊ non
potius zelus iuſticie ⁊ veritatis. Nihil ibi inuenies de ꝯditiōib⁹ iudicij
temerarij: qꝛ tales non mouētur inuidia ſeu ſuperbia: ſed charitate ⁊ be-
niuolentia. Nec iudicāt eos eſſe dignos pena eterna: nec (vt dictuʒ eſt)
de quibus iudicant ſunt occulta ſed manifeſta. ¶ INI. DO. ¶ In quo
enim putas improbare ſniam meā: viaʒ aperis ad reprobandũ tuā per
verba auctoꝛis a te adducta. Nā ibidē declarat q̄ ſũt occulta ⁊ q̄ manife-
ſta. Manifeſta. n. ſũt: q̄ bono animo fieri nō pñt ſicut adulteria. ꝑiuriũ ⁊
ſi[illegible]lia. Occulta vero ſũt q̄ bono ⁊ malo animo fieri pñt: ſicut manducare
carnes ⁊ ſi[illegible]lia de quibus iudicas. Per qđ patet clariſſime ꝙ de occultis
iudicas nō de manifeſtis. ¶ ZELA. PAU. Quedā ſũt reſpectu ali-
quoꝝ occulta: ⁊ q̄dā manifeſta reſpectu aliquoꝝ. Verbi gr̃a. Seculares
vxoꝛē ducere occultũ eſt vtꝝ bono an malo aīo fiat: ſʒ monachos vxoꝛē
ducere manifeſtũ eſt ꝙ bono animo fieri non pōt. Ita dico tibi. Secula-
res vſum diuitem habere: eſt occultũ iudicare vtrũ bene vel male faciant
quia paupertatē nō vouerũt publice: ſed ꝓfeſſoꝛes paupertatis vſum diui-
tē habere: non pōt bono animo fieri. Et tāto ſunt magis tranſgreſſoꝛes:
quāto altioꝛis vel ſtrictioꝛis paupertatis fuerint ꝓfeſſoꝛes. De talibus er-
go iudicare nō eſt temerariũ iudicium: quia de manifeſtis eſt factum. Et
ideo de talibus licitũ eſt omnibus iudicare: ⁊ maxime cum mouetur iu-
dicans zelo cōmunis iuſticie ⁊ charitatis fraterne. ¶ INI. DO. Quō
hec charitatis oꝛdine fieri poſſunt non video: cum non ſolum ea que di-
cis ⁊ ſentis multũ diſpliceāt: imo etiā quāplurimi ꝑ ea ſcādalizāt ⁊ mul
tis modis ꝑturbātur: maxime cũ timeāt ex hoc in ꝓximo ingentia ſcā
dala exoꝛiri. ¶ ZELA. PAU. ¶ Diligentibus quidem oꝛdinem

ce. pētecoſtes. aplōꝝ petri ⁊ pauli. aſſūptiōis v̄ginis glīoſe. bti franciſci
bti antonij. bti ludouici epi. ⁊ qbuſcūqꝫ alijs tpibꝰ p rl'aꝫ eccl'iaſticā nō ꝓ-
hibitꝫ: ⁊ ieiunijs ſiue qbuſcūqꝫ alijs ꝯſtitutiōibꝰ poſitis q̄ nō ſūt ꝯtra le-
gē dei vel eccl'ie gnāle p̄ceptū: auctē aplica diſpēſamꝰ: nolētes aliquem
dicti ordinis ex p̄dictꝫ ſtatutꝫ ſeu ordinatiōibꝰ vel declaratiōibꝰ de qbus
in his p̄ntibꝰ nō fit mentio mortalis pcti vinculo alligari: niſi tales cēnt
caſus vel exceſſus: ꝙ dina lege vl' lege ſacroſcē romane eccl'ie merito du-
cerēt ad mortale. Et vbicūqꝫ in alijs ſtatutꝫ eiuſdē ordinis papalibꝰ ⁊ ge-
neralibꝰ pena excōicatiōis īponit̄: ꝙ in aliā penā tpalē valeat ꝯmutari
arbitrio p̄ſidētis reſeruamꝰ: remittimꝰ ⁊ relaxamꝰ: in ꝯtrariū facientibus
nō obſtātibꝰ qbuſcūqꝫ. Predicta aūt ſtatuta. ꝯſtitutiōes. ordinatiōes. d-
clarationes volumꝰ ab oibus tā p̄latis qꝫ ſubditis integre ex inuiolabili-
ter obſeruari: mādātes ⁊ diſtricte precipientes oibus prelatis tam gnā-
libus qꝫ ꝓuincialibꝰ miniſtris qꝫ alijs prelatis ordinis qbuſcūqꝫ: ꝙ oia
⁊ ſingula ſupradicta ſeruent ⁊ faciāt ab oibus inuiolabiliter obſeruari.
Qꝫ ſi in p̄dictis fuerint negligētes: ipſo facto officio ſuo ſint ꝓuati. Et ne

De ꝓcuratoribꝰ ordinis rome exn̄tibus.

¶ De inquiſitoribus.

Qꝫ nihil exigat̄ ratiōe gradus ſcholaſtici.

De obſeruātia ſupradictorū ſtatutorum.

alicui ignorãtia ſit cã vel occaſio delinquẽdi: ſub interminatiõe diuini iu dicij mãdam⁹ p̄latis p̄dictis: q̃ten⁹ p quelibet ↄuẽtũ ⁊ locũ ad min⁹ ſe mel in menſe legi faciant ⁊ diuulgari.

## ¶ Explicıũt cõſtitutiões Mar. v. ſup regulã fratrũ mi.

## ¶ Incipiũt conſtitutiones generales antique.

### ¶ Incipit prologus.

Q Voniam vt ait ſapiẽs vbi nõ eſt ſepes diripiet̃ poſſeſſio: neceſſariũ eſt volẽtib⁹ celeſtꝫ regni poſſeſſionẽ p̄clarã in quã p ſpũm paupertatꝫ itra tur cuſtodire illeſã: ſepẽ illi circũdare diſcipline. Neq̃ꝫ igit̃ ſupfluũt moꝝ obſuãtie r̃lares: q2 nõ ſolũ ad ſpũal vite ↄcordiã, decorẽ ⁊ cuſtodiã ſuffragãt̃: veꝝ etiã vt in pluribꝰ intra pfectiõis ⁊ puritatꝫ r̃le ꝓmiſſe ſubſtantiã includũt. Et has potiſſime explicari oꝫ: ne p caliginẽ ignorãtie i trãſgreſſiõis foueã icidat̃. Nullꝰ igit̃ de poſſeſſiõe v̄tutis gliet̃ i corde: ſi diſſipator ẽ ſepis i ↄuerſa tiõe. Si qs. n. ſcriptura teſte putat ſe religioſũ eẽ nõ refrenãs linguã ſuã ſꝫ seducẽs cor ſuũ: huiꝰ vana ẽ religio. Oportet igit̃ ori ⁊ ceterꝫ ſenſibꝰ ⁊ actibꝰ ⁊ geſtibꝰ ⁊ moribꝰ ſepẽ circũdatã p honeſtatẽ r̃lariũ ſtatutoꝝ a vi ris pfectꝫ nõ deſtrui ſꝫ ſuari: ne dũ diſſipãt ſepẽ: mordeãt̃ a colubro ſm ſniam ſapiẽtꝫ. Nõ. n. abſqꝫ piculo puipẽdi p̄t qd cũ tãta difficultate tot laboribꝰ ⁊ picul. tot ⁊ tãtis d̄liberatõibꝰ ꝓ ſalute aiaꝝ a gñali ca. ſtatuit̃ apud qd p̄cipua reſidet auctas ordinis gubernãdi. Si qs ãt graue re putat ſarcinã hmõi ſtatutoꝝ: hoc cogitet apud ſe: q iuxta aplꝫ. Oĩs di ſciplina in p̄nti nõ eſt gaudij ſꝫ meroris: fructũ ãt pacatiſſimũ iuſticie exercitatꝫ p eã afferet in futuꝝ. ¶ Quia v̄o ↄfuſio eſt tã intelligẽtie q̃ꝫ me morie inimica: expedit vt ↄſtitutionũ varietas ad certos titulos reduca tur. ¶ Et p̄mo ordinẽt̃ q̃ ſpectãt ad religiõis ingreſſũ. ¶ Scd̃o q̃ ad ha bitꝰ q̃litatẽ. ¶ Tertio q̃ ad obſeruãtiã pauptatꝫ. ¶ Quarto q̃ ad formã interiꝰ ↄuerſãdi. ¶ Quinto q̃ ad modũ exteriꝰ exeũdi. ¶ Sexto q̃ ad occu patiões frũm. ¶ Septimo q̃ ad correctionẽ deliq̃ntiũ. ¶ Octauo q̃ ad vi ſitatiões ꝓuiciaꝝ. ¶ Nono q̃ ad electionẽ miniſtroꝝ. ¶ Decimo q̃ ad ca. ꝓuiciale. ¶ xi. q̃ ſpectãt ad caplm gñale. ¶ xij. q̃ ad ſuffragia defunctoꝝ.

### ¶ De religionis ingreſſu. Primũ ca.

S Tatuimꝰ i principio q̃ꝫ nul lꝰ recipiat̃ ad ordinẽ nr̃ꝫ niſi expꝓbatꝰ oĩno: cũ ſꝫ euã geliũ ⁊ r̃le nr̃e ꝓfeſſionẽ pauptas ſit totiꝰ ſpũal edifi cij p̄marium fũdamẽtũ. ¶ Ordinamꝰ ẽt: vt nullꝰ recipi at̃ citra. xviij. ãnũ niſi p robur corpis, induſtriã ſẽſus ſeu p excellentie edificationem a quintodecimo anno ⁊ ſupra etas ſecundum prudentium iudicium ſuppleatur. ¶ Et quia nõ ſolũ pp nr̃am ſalutẽ vocauit nos deus: verũ etiã ꝓpter aliorum edificati

ano 1451, siendo gral Fr. Antonº Rusconi, i Vicº gral pr. la obser vancia Fr. Lodovico Auriga

onem per exempla.conſilia ⁊ ſalubria hortamenta:ordinamus ꝙ nullus recipiatur in ordine noſtro niſi ſit talis clericus q ſit competenter inſtructus in grãmatica vel alia facultate:aut niſi ſit talis clericus vel laic⁹ de cuius ingreſſu eſſet valde celebris ⁊ famoſa edificatio in populo ⁊ in clero. Si quos vero p̃ter hanc formã recipi oporteat ꝓpter familiaria officia exercenda:nõ recipiant̃ abſq̃ vrgenti neceſſitate ⁊ hoc de licentia ſpeciali. ¶ Nulli miniſtro.cuſtodi ſeu guardiano liceat recipere aliquẽ abiectum vel per ſe egreſſum de adminiſtratione alterius miniſtri: ſiue ſit in ſuo habitu ſiue nõ. Et ſi ſecus fuerit attentatum:hmõi receptio irrita ſit ⁊ caſſa. Inhibemus quoq̃ ꝙ nullus de ordine mendicantium recipiatur ad ordinem noſtrũ:nec de nõ mendicantibus recipiatur aliquis:niſi prius a ſuo ſuperiori petita licentia ⁊ obtenta. ¶ Nullus inſuper pro aliena receptus prouincia vel ad ſuam tranſlatus inſtantiam:poſſit ad natiuam redire prouinciam moraturus ibidem niſi de generalis miniſtri licentia ſpeciali. ¶ Recipiendus ad ordinem poſtq̃ examinatus fuerit ſ̃m regulã de fide ⁊ de eccl'iaſticis ſacramentis:interrogetur nihilominus de ſubſcriptis. Videlicet. Si corpore ſanus. Si conditione liber. Si matrimonio nõ aſtrictus. Si debitis expeditus. Si excõmunicationis grauis vinculo nõ alligatus. Si religionem aliam non egreſſus. Si voluntate promptus ad religionis onera perferenda. Tandem ſibi regula ⁊ aſperitates ordinis exponantur. Detur eidem ꝓbationis caputium ſicut in regula cõtinetur. ¶ Ut autem nouicij melius valeant informari:volumus ꝙ in q̃libet cuſtodia aſſignetur locus cõuentualis aliquis magis aptus vel plures ſi vnus nõ ſufficit:in quo vel in quibus omnes nouicij ꝺ cuſtodia collocentur. Ad quos informandos aſſignetur frater religioſus ⁊ circũſpectus:q eos doceat pure ⁊ frequenter confiteri:ardenter orare: honeſte cõuerſari:humiliter obedire:ſeruare cordis ⁊ corporis puritatem:zelare ſacratiſſimam paupertatẽ ⁊ ad omnis perfectionis apicem anhellare. Et ad prouidendum nouicijs ꝺ huiuſmodi cõuentibus ⁊ magiſtris miniſtri ⁊ cuſtodes firmiter teneantur. ¶ Et vt vacent melius ad predicta ⁊ ad diuinum officium addiſcendum:toto probationis tempore ſtudio nõ intendant:nec ꝓmoueantur ad ordines ſacros:nec confeſſiones audiant ſi fuerint ſacerdotes:nec libros ſtudij habeant ſpecialiter aſſignatos. Si quos vero de ſeculo attulerint reponãt eos in cuſtodia guardiani. In ſcripturis autem edificationis liceat eis ſecundũ diſpoſitionem magiſtri ſui pro tempore occupari. Tempore etiam nouiciatus non loquatur cũ aliquo ſeculari vel religioſo alterius religionis ſine licentia ⁊ ſocio aſſignato. Nec litteras vel aliud recipiant vel mittãt ſine licentia ſpeciali. ¶ Cõpleto vero ꝓbationis tempore ſi nouicij a fratribus cum q̃bus fuerint cõuerſati habeant laudabile teſtimoniũ:de miniſtri ꝓuincialis licentia a ſuis cuſtodibus recipi poſſint:⁊ interdum etiã ex cauſa rationabili poſſint hoc ipſum miniſtri in particulari caſu concedere guardianis. ¶ Quilibet nouicius cum ad profeſſionem admittitur faciat in hũc modum. Ego frater. N. voueo ⁊ promitto deo ⁊ beate marie virgini ⁊ beato franciſco et omnibus ſanctis ⁊ tibi pater toto tempore vite mee ſeruare regulam fra

Interrogationes ad ordinẽ recipiendoꝝ.

Mod⁹ informationis nouicioꝝ

De recipiẽdis ad ꝓfeſſionez.

trum minor per dominũ Honoriũ papã ↄfirmatam viuendo in obediẽtia ſine proprio ⁊ in caſtitate. Et q eum recipit: ꝓmittat ei ſi hec obſeruauerit vitam eternam. Et hec receptio fiat tantũ in capitulo corã fratrib⁹ ad hoc ſpecialiter cõuocatis. Hmõi aũt nouicij ꝓfeſſionem facturi ſint expropriati omnino: ⁊ nihil omnino pro ſe in teſtamento vel alias faciãt reſuari. Si aũt ↄuerſatio alicui⁹ nouicij fuerit dubia apud frẽs: ei⁹ ad ꝓfeſſionẽ receptio ꝓuinciali miniſtro penitus reſeruet.

## ¶ De qualitate habitus. ij. capitulum.

Cum regula dicat ꝙ frẽs oẽs veſtibus vilibus induantur: ordinamus ꝙ hec vilitas attendatur iudicio prelator in ꝑcio pariter ⁊ colore. Et oẽs fratres quantũ ad valorẽ. colorẽ. longitudinẽ ⁊ latitudinẽ tam habituũ ꝙ̃ caputior ⁊ manicar vniformitatez decentem obſeruẽt: deformitatibus, ſingularitatibus, ꝑcioſitatib⁹ ⁊ ſupfluitatib⁹ penitus reſecatis. Fiat aũt caputiũ tali mõ ꝙ exiſtẽs in capite vſq ad cingulũ nõ attingat. ¶ Mantellos quoqꝫ de pãno vili ⁊ humili frẽs habeant nõ rugatos circa collũ vel criſpos nec vſq ad terrã p integrũ ſaltẽ palmũ protenſos: Et in forma obſeruetur modus antiquus ⁊ hacten⁹ cõſuetus: curioſitate qualibet abdicata. ¶ Nullus frater habeat eodẽ anno duos habit⁹ nouos. Nec dormiãt frẽs vnqꝫ ſine habitu, cingulo, ⁊ femoralibus: niſi manifeſta neceſſitate vel infirmitate cogãt. ¶ Itẽ ſani frẽs in dormitorio culcitris ⁊ puluinarib⁹ de pluma ⁊ linteaminib⁹ nõ vtant. ¶ Itẽ q calciamẽtis indigẽt nõ portẽt ſtiualdos ſꝫ calceos corrigiatos ⁊ antefixos. ¶ Et habeant calciamẽta ꝓ celebrãdis miſſis in cõi: ⁊ frẽs occaſione miſſar illis tũc ⁊ nõ alias calcient: nec de cetero ſolee retro clauſe vel cũ taliaribus habeant. ¶ Cingulũ habeat corda cõis ⁊ rudis: ⁊ omnis curioſitas ab eo penitus recindatur.

De mãtellis.

De calciamẽtꝫ

## ¶ De obſeruãtia paupertatis. iij. capitulum.

Cum regula dicat ꝙ fratres nõ recipiãt pecuniã p ſe vel p interpoſitã pſonaz: ⁊ qͥliter hoc intelligi debeat p duos ſummos põtifices. ſ. Nicolaũ. iij. ⁊ Clemẽtẽ. v. apte fuit declaratũ: vt hoc melius obſeruet: ꝑcipimus vt declaratiões ꝑdicte quantũ ad iſtũ articulũ ⁊ alia q ptinent ad obſuantiã pauptatis quolibet mẽſe ſemel vel ſaltẽ infra duos mẽſes in capitulo legant fratrib⁹: ne ignorantia ipius ſit occaſio delinquendi. ¶ Null⁹ frater q̃cũqꝫ ex cauſa pecuniã apõ al'quẽ deponi ſuſtineat vl' ſeruari ſine licentia ſpeciali: ⁊ ſp cũ ↄſciẽtia guardiani. Et hoc nulli ↄcedatur: niſi p neceſſitate pñti vel de ꝓximo iminẽti. Et qcũqꝫ i hoc fuerit inẽtus vitioſus: tanqꝫ ꝓprietarius puniat: niſi ei⁹ innocẽtia p certa idicia creuſet. Teneant aũt miniſtri ⁊ cuſtodes p obedientiã de hoc ingrere diligẽter: ⁊ terminũ certũ ꝑfigere infra quẽ pecunia ipa in res licitas cõuertatur. ¶ Simili quoqꝫ pena ſcꝫ ꝓprietarij puniatur: q ꝓ ſe vel alio in con-

De pecunia nõ reponẽda.

De debitꝫ non ↄtrahendis.

trahendis debitis inuentus vitioſus fuerit. Et q libros ſeu res alias ſuo vel alterius vſui deputatas ꝓ ſe vel pro alio pignori ſuppoſuerit ſine miniſtri licentia ſpeciali: qui poteſtatem hanc vel licentiam concedendi poſſit, dare cuſtodibus ſi viderit opportunum. ¶ Guardiani inſuper res conuentuū vel locorum impignorare non audeant vel preſumant ſine maniſeſta neceſſitate vel euidenti vtilitate: ⁊ niſi maioris partis fratrum ſuorum maxime ſeniorum habeat aſſenſus. Caueant tamen guardianus et fratres ne ſe vel locum aliquem in debita oneroſa inducant vel induci permittant abſq; prouincialis capituli conſilio ⁊ aſſenſu: ⁊ de hm̄oi debitis in quolibet prouinciali capl'o ꝑquiratur. ¶ Vez ꝓ edificijs ꝯſtruēdis, locis mutandis vel ēt apliandis aut ꝓ libris ſcribēdis vel emendis debitū fieri firmiter ꝓhibem⁹: niſi vbi miniſter ꝓuincialis ex cauſa neceſſitat; viderit diſpenſandū. ¶ Itē frēs nullā litterā vel inſtrumentū ꝯfici ꝑmittāt in qbus ꝓteſtent ſe pecuniaz habuiſſe: ſufficit tñ dicere tante quantitatis pecuniam eis datam vel legatam pro ſua neceſſitate vel vtilitate ab aliqua perſona eſſe acceptam ⁊ ſibi plenarie eſſe ſatiſfactū. ¶ Inhibem⁹ diſtricte ſub pena priuationis libroꝝ ⁊ officioꝝ ordinis aut pene equiualentis cui hec pena non competit: q̄ nihil permittatur deponi in locis fratrum in auro vel argento, gemmis ſeu alia re quacunq; precioſa ſolis libris exceptis: niſi aliquis neceſſitatis articulus emergat: quē fratres abſq; ſcandalo declinare non poſſent. Et nunquam fiat ſine conſilio diſcretorum ⁊ licentia guardiani vel eius vicarij: ita q̄ videatur ab ipſis quid et quantum ſi fieri permiſerit qui deponit: ⁊ cui ⁊ qualiter reddi debeat: et hoc ſub ſcriptura autentica vel deponentis ſigillo ſi habet: ⁊ ſemper cuz proteſtatione q̄ fratres deponentibus nullatenus de cuſtodia tenebuntur. ¶ Talia autem depoſita ſemper in communi loco aſſignato a guardiano ſeruentur: ⁊ reddantur eomodo quo accepta fuerant cum idonea cautione. ¶ Miniſtri, cuſtodes, guardiani, ꝓcuratores ⁊ alij officiales, ceteriq; fratres de collatis ⁊ expenſis ⁊ ſuo conſilio ⁊ aſſenſu ad diſpenſanduz commiſſis reddant debitam rationem: ita q̄ miniſter in prouinciali capitulo: ⁊ cuſtos ibidem coram fratribus ſue cuſtodie: guardianus ⁊ procurator ſemel infra. xv. dies coram aliquibus diſcretis ad hoc a fratribus loci communiter aſſignatis: alij fratres miniſtro vel cuſtodi cum fuerint requiſiti. Ipſi vero miniſtri ⁊ cuſtodes teneantur de huiuſmodi congruis temporibus requirere rationem. ¶ Inquiſitores etiam heretice prauitatis de acceptis ⁊ expenſis reddant debitam rationem coram diſcretis aliquibus a miniſtro ⁊ diffinitoribus in prouinciali capitulo ordinatis. ¶ Eccleſia autem ⁊ queçunq; alia edificia que conſiderato fratrum inhabitantium numero exceſſiua merito debeant reputari fieri de cetero firmiter prohibemus. ¶ Sintq; fratres deinceps ⁊ vbiq; edificijs temperatis ⁊ humilibus contenti ſecundum decentiam ſui ſtatus: in quibus curioſitas in picturis, celaturis, columnis, feneſtris ⁊ huiuſmodi: ac ſuperfluitas in longitudine, latitudine ⁊ altitudine ſecundum loci conditionem ⁊ morem patrie arctius euitentur. Nullumq; notabile edificium de cetero conſtruatur vel deſtruatur ſine licentia ⁊ diſpoſitione miniſtri. Et qui con

De depoſitis non recipiēdis.

De ratiōe reddēda ꝓ ꝯmiſſis ad diſpēſandū

De edificijs.

trariū; fecerit vel conſuluerit: de loco irreuocabiliter expellatur ꝛ alijs pe nis grauibus puniatur. ¶ Paramenta etiam ꝛ vaſa eccleſiaſtica decentia. ꝛ in numero ꝛ magnitudine ſufficientia a fratribus competenter habeantur: ꝛ in ijs miniſtri ꝛ cuſtodes inuigilent ut omnis ſuperfluitas euitetur. Item turibula. candelabra ꝛ ampulle de argento vel auro amoueantur omnino: nec plures calices q̄ altaria habeantur excepto vno pro cōuentu. ¶ Inhibemus etiam per obedientiam: q nullus frater inducat p ſe vel per alium perſonam aliquam ad faciendū ſeu ordinandum elemoſynam perpetuā vel ad vitam ſibi vel fratri alteri ſeu ordini exhibendā: ꝛ ſi aliqua talis fuerit ordinata: nullo modo in iudicio erigatur. Si quis autem contrarium attentauerit ſcilicet ſcienter inducendo aut in iudicio erigendo: ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. ¶ Precipimus per obedientiam omnibus fratribus ſingulorū conuentuū ꝛ locorum: ne conſentiant cuſtodibus vel guardianis ſeu eorū vicarijs in pactionibus vel cōuentionibꝰ cū clericis faciendis vel cū alijs quibuſcūq; pſonis ſine prouincialis miniſtri licentia expreſſa viua voce: vel ſua lr̄a ſpeciali. Et quicūq; contrafecerit: ab omni actu legitimo ſit ſuſpenſus: nec reſtitui poſſit niſi per generalem miniſtrum vel cui ꝓprie duxerit cōmittēdum. Et eidem pene cuſtodes ꝛ guardiani ac eorū vicarij ſubiaceant: ſi talia quoquomodo facere attētabunt. Hanc autem conſtitutionem de pactionibus perpetuis ꝛ rebus notabilibus intelligi declaramus. ¶ Item caueant fratres pro poſſe ab omni ſcandalo clericorū ꝛ irreuerentia p̄latorum. Et temporibus generalis interdicti ſm formam generalis ſtatuti a domino Clemente papa. v. nouiter editi matricibus eccleſijs ſe cōforment. ¶ Item nec pro fratre aliquo nec pro loco animal aliquod ab ordine vel ab aliquo noīe ordinis teneatur: niſi ex euidenti neceſſitate ſeū locū aliquo per miniſtrum fuerit diſpenſatum. ¶ Poſtremo ꝯtra approꝑatores locorū ſtatuimꝰ: q miniſtri cū viſitant vel alias cū expedire videbitur de hmōi diligenter inquirant vel inquiri faciāt per cuſtodes: ꝛ ſi quos tales inuenerint: de ſuis locis expellere teneanť. Dicimus tñ ap ꝓpriatores locorū: q̄bus ſi danť obedientie recedēdi: ꝓcurant eas p p̄ces ſecularium reuocari: vel q alios nō de ſuis ſeu quos extraneos reputāt ſubditos vel p̄latos ſecū uolūt habere vel pacifice ſuſtinere.

De opportunis ad cultū diuinū

De perpetuis elemoſinis.

De pactiōibꝰ vľ ꝯuētiōibꝰ.

De ap ꝓpriatoribꝰ locorū.

## ¶ De forma interius cōuerſandi. iiij. Capitulū.

Cum ſm regulā teneamur duas q̄dragesimas ieiunare ꝛ intermedia ſuadeať cū bñdictione diuina: ex huius bñdictiōis amore ſtatuimꝰ q tali hora comedāt frēs: q q volūt ieiunare nō grauēť ſcʒ hora ſexta. Obſecrat generalis miniſter cū generali capl̄o vniuerſo: q oēs frēs i ipa q̄dragesima itermedia ſcʒ ſancti Fran. in ꝯuētu ſint vna refectione contenti: ad amouēdas multas deordinationes ꝛ obtinendam benedictionem paternam: exceptis minutis, debilibus ꝛ infirmis. ¶ Apoſtolorum vigilie ieiunentur intus ꝛ extra Philippi ꝛ Jacobi Joannis euāgeliſte ꝛ Barnabe tantum exceptis, Vigilia Bartholomei ieiunetur et

De ieiunio.

feſtū ſm morē patrie fiat Vigilia beati frāciſci ieiunetur. Jeiunia regule in cibo quadrageſimali ſeruentur. Et quadrageſimalis ieiunij obſeruantia a quinquageſima inchoetur.

De cibis

¶ Circa eſum aūt carniū fratres temperate ⁊ ſtricte ſe habeāt: ⁊ de ſero in locis ſuis carnes vllo tempore non comedant: exceptis infirmis ⁊ hoſpitibus de nouo venientibꝰ: quibus poſſit tantum illo ſero quo venerint de carnibus prouideri. Exceptꝭ etiam illis qui poſt prandium predicaſſent: ⁊ mane artificibus ⁊ queſtoribus pro cōmuni vtilitate tota die laborātibus niſi carnes in prandio habuiſſent. ¶ Mandat etiam generale capitulum miniſtris, cuſtodibus ⁊ guardianis ⁊ eorum vicarijs: ꝙ iuxta regulam fratribus infirmis ſm eorum indigentiam de cōibus elemoſynis faciant fideliter prouideri ceteriſq; fratribus de conuentu in tunicis cingulis ſoleis ⁊ brachis. Predicatores vero ⁊ confeſſores, ꝓcuratores ⁊ fratres alij qui poſſunt fideliter ꝓcurent pro huiuſmodi neceſſitatibus: ⁊ procurata, oblata vel legata ad hec guardiano aſſignent: qui de illis cōmuniter prouideat ſm qꝺ vnicuiq; viderit expedire. Et miniſtri ⁊ cuſtodes ſuꝑ huiꝰ ꝯſtitutiōis obſeruātiā inquirant: ⁊ puniant trāſgreſſores. ¶ Jtē ꝯtra ſuperfluitatē ciborum ſtatuimꝰ ꝙ ſi in capl'is generalibꝰ ⁊ ꝓuincialibꝰ ⁊ alijs tꝑibꝰ tam in refectorio q̄z extra qñ fit pictācia de elemoſynis ꝑ fratrū neceſſitatibꝰ aſſignatis: nullo mō niſi vnū ferculū miniſtret. Nec bibāt vel comedant in ciuitate vel villa vbi frēs morātur niſi cum p̄latis vel dñis terrarū ⁊ viris religioſis. Et qcūq; ꝯtrariū fecerit: ad bibendū aquā in vno prandio infra hebdomadā obliget. ¶ Nec mulieres in domibꝰ fratrū comedere permittātur: niſi miniſtris aliqñ ex cauſa rōnabili ꝯtrariū videat. Et quicunq; contrafecerit: ad penā ſupra poſitam obliget. ¶ Jtem in diebus ſabbatoꝝ ſagimine vel carniū pinguedine pulmenta non cōdiant.

De ſilentio.

¶ Jtem ordinamꝰ ꝙ in quolibet loco poſt ꝯpletoriū hora congrua ſm ꝓudentiam guardiani cāpanella pulſetur: ⁊ ex tunc vſq; ad primā pulſationem prime ſilentiū ab oībus teneatur: exceptis hoſpitibus ꝺ nouo veniētibus ⁊ infirmis ⁊ eiſdem miniſtrātibꝰ vel aſſiſtētibꝰ de lnīa guardiani. Et quicunq; contrafecerit prolixe loquendo ſcȝ vltra ſpaciū Miſerere mei deus ad bibendū aquam tantum infra octo dies in vno prandio pro qualibet vice per obedientiā obligetur. ¶ Jtem ſileatur in clauſtro, choro ⁊ dormitorio, in quo ſunt celle vel ſtudia omni tempore. Jn dormitorio vero a ſtudijs ſeparato tantūmodo dum dormitur: ⁊ in refectorio dum comeditur tam in ſcda menſa q̄z in prima: ⁊ hoc nō ſolum a reſidentibus ſed a forenſibus obſeruetur. ¶ Similiter hora dormitionis a paſcha vſq; ad feſtum exaltationis ſancte crucis qualibet die imediate poſt ſecundam menſam pulſetur campanella refectorij: ⁊ extunc ſileatur vſq; ad nonam. Jn diebus vero ieiuniorum ſimili modo poſt pulſatam campanellam ſileatur: vſq; quo fiat ſignum ad ſurgendum ſcōm ſpacium a guardiano prouide ordinatum. Liceat tamen breuiter ⁊ ſubmiſſe ſignificare qꝺ neceſſe eſt. Et q̄tieſcūq; qs ꝯtrafecerit ſilēciū videlȝ ꝓlixe frāgēdo: dicat i ca. culpā ſuā: ⁊ a guardiano ſibi iponat ꝙ ꝑ q̄libet vice ifra. xv. dies i vno prādio nō bibat niſi aquā: vel ab omni cocto ab

ſtineant preter panem. ¶ Nullus frater abſq; miniſtri generalis vel ꝓuin
cialis licentia cameram clauſam habeat vel a dormitorio ſequeſtratam:
magiſtris dumtaxat exceptis ⁊ lectoribus in generalibus ſtudijs cōſtitu-
tis. Nec in ſtudijs vel cellis aliorū fratrum habeantur velamina vł clau
ſure: quo minus exiſtentes patere poſſint aſpectibus alioꝝ: ⁊ hoc guardi
ani firmiter faciant obſeruari. ¶ Item nullus frater a culparum capitulo
eximatur. Hoſpites etiam in locis vbi vltra tres dies moram contraxe-
rint: dicant in capitulo culpas ſuas: ⁊ dicta culpa ⁊ accepta penitentia
egrediantur. ¶ Omnes fratres tam clerici ꝗ̄ laici ⁊ forenſes poſt recreati-
onem acceptam ſm̄ exigentiam itineris ⁊ laboris ad completorium va
dant: ⁊ nullus remaneat ſine cauſa rationabili ⁊ licentia ſpeciali. Et quicū
ꝗ̄ contrafecerit: in vno prandio nō bibat niſi aquam vel in capitulo vnā
recipiat diſciplinam. ¶ Fratres omnes hoſpites recipiantur in viſcerib⁹
charitatis: maxime venientes de extraneis prouincijs ⁊ longinquis. Et
ſi quando fratres predicatores ad loca noſtra venerint: velut fratres no-
ſtri benigne ⁊ charitatiue recipiant. Et ſeminantes inter nos ⁊ ipſos ſcan
dalum grauiter puniantur. ¶ Fratres ſemper a quindena in quindenam
radantur: ⁊ ſit raſura nō modica ſicut decet religioſos: ſcʒ vt inter ipſam
⁊ aures nō ſint plures ꝗ̄ tres digiti. Tonſuram vero deſuper aures tam
clerici ꝗ̄ laici fieri ſibi procurent. ¶ Et in feſtis ſiue diebus dominicis illi
raſure viciniorib⁹ cōmunicent: ⁊ tunc fiat ſermo fratribus in cōi. Ad il-
lud autē altiſſimū ſacramentū diligenter ſe preparent omnes fratres.
Et vt hoc melius fiat: ſtatuimus vt ſinguli determinatos de conſcientia
guardiani habeant confeſſores: quibus bis ad minus confiteantur in ꝗ-
libet ſeptimana. Et de hoc ſint ſolliciti guardiani: vt per vtriuſq; ſacra-
menti frequentiam ſancte conuerſationis in vtroq; hoīe puritas obſuet.

De hoſpitib⁹.

De tonſura.

De cōmuniōe.

## ¶ De forma exterius exeundi. Capl'm. v.

CUm regula fratribus per mū
dum euntibus maxime ſuadeat honeſtatem: ſtatuimus vt
nullus mittatur niſi ſit maturus moribus vel cum ſocio ꝓ
uido ⁊ ſecuro. ¶ Teneantur autē fratres exeuntes per obe
dientiam in reditu ſuo ſecreto guardiano exceſſus ſuos notabiles inuicē
intimare. Et ſi vnus exceſſum alterius per duas vias vt pote per cōfeſſi-
onem ⁊ per alium modum agnouerit: non ꝓpter hoc minus tenetur ipē
exceſſum vt predicitur dicere guardiano ⁊ etiam alteri ſuo ſuperiori ab
eo per obedientiam requiſitus: quia hoc nullo modo ſigillo confeſſionis
preiudicat: quin potius ſi taceret: inobedientie crimē incurreret. Et ſi qs
contrarium dixerit vel aſſeruerit ⁊ correctus reuocare noluerit: omni actu
legitimo priuetur. ¶ Et vt diſcurſus inutilis compeſcatur: miniſtri extra
prouinciam ſuam nō mittant fratres abſq; neceſſitate vel euidenti vtilita
te: certum eis in litteris obedientialibus prefigentes terminū reuertendi.
¶ Cuſtos etiam extra ſuam cuſtodiam ad miniſtrum vel alias vel guardi
an⁹ extra terminū guardianie ſue fratres nō mittant: niſi pro vrgentine

De exceſſibus
exeūtium.

De inutilibus
diſcurſibus.

ceſſitate vel euidenti vtilitate viderint faciendum: prefixo ſibi breui ⁊ cer
to termino redeundi. Et quotienſcunqꝫ quis contra fecerit pdictoꝝ: toti
ens ieiunet in pane ⁊ aqua. Et ſuper huius conſtitutionis obſeruantia di
ligenter auiſitatoribus inquiratur. Hanc autē conceſſionem factā cuſto
dibus ⁊ guardianis miniſtri debeant arctare: ſi videbitur opportunum
**De burſarijs.** ¶ Nullus frater vadat pedes nec eques ſine fratre aut ſine fratre ſocio ali
cubi cōmoretur. ¶ Inhibemus quoqꝫ diſtricte: ne frater aliquis in via vel
alibi portet pecuniam alicuius nec burſarium ſecum ducat. Sed ſi contin
gat aliquos fratres pro aliqua cōmuni vtilitate ordinis vel euidenti ne
ceſſitate viam ire prolixam in qua probabiliter videatur ꝙ nō poſſint mē
dicando victualia neceſſaria inuenire: per aliquem honeſtum nūcium cui
aliqua elemoſyna modo debito cōmittatur ab aliquo: cuius auctāte illaꝫ
recipiat ⁊ expendat: poſſit fratrum ſic euntium neceſſitatibus ſubueniri:
ꝓuiſo ꝙ huiuſmodi elemoſyna in honeſtis cibarijs ⁊ alijs neceſſitatibꝰ
tempate ⁊ ſtricte ſicut decet pauperes expendat. Et qui contrafecerit alia
**De eūtibꝰ ſine teſtimonialibus lr̄is vl̄ ſocio.** de cauſa ducendo vel aliter expendendo: pro qualibet refectione recepta
duobus diebus in pane ⁊ aqua abſqꝫ diſpenſatiōe debeat ieiunare. ¶ Fra
tribus ſine obedientia ⁊ ſine teſtimonialibus lr̄is ſui miniſtri extra ſuam
adminiſtrationem ⁊ cuſtodis extra ſuam cuſtodiam euntibus caputia et
omnia que portant auferantur: ⁊ nō reddantur niſi in caſu inexcuſabili d̄
conſilio diſcretorum. Hoc idem fiat eiꝫ ſine ſocio vadit ſiue eques iuerit
ſiue pedes. Caputium tamen poſt dies ſeptem poſſit reddi. Qꝫ ſi guardi
anus vel eius vicarius penam iſtam ſic euntibus non inferret: tribus die
bus in pane tantum ⁊ aqua ieiunet. Pena tamen intelligi debet de ijs q
publice delinquūt. ¶ Fratres nihil portent in verbis vel ſcriptis qꝺ poſ
ſit redundare in ſcandalum aliquorum: ⁊ ſcienter contrarium facientes ꝓ
bationis caputio ⁊ pena alia puniantur arbitrio miniſtrorum ſm̄ quali
tatem delicti. ¶ Nullus frater ad curiam domini pape vadat vel mittat
fratrem abſqꝫ licentia generalis miniſtri. Qꝫ ſi aliter iuerint aliqui: ſtatim
per procuratores ordinis de curia expellantur: ⁊ de negocijs coꝝ ſe nulla
tenus intromittant. ¶ Item ad generalem miniſtrum non mittatur pro
licentia impetranda: niſi ardua cauſa vel vrgens neceſſitas hoc requirat.
¶ Inhibemus diſtricte ꝙ nullus frater impetret per ſe vel per alium lit
teras a domino papa pro loco aliquo obtinendo ſine miniſtri generalis
licentia ſpeciali. ¶ Si contingat fratres alicuius prouincie incurrere ma
nifeſtam neceſſitatem exeundi a locis ſuis in tanta multitudine ꝙ in eadē
prouincia non poſſent aliquatenus ſuſtentari: teneātur vicini miniſtri ſic
exeuntes in ſuis prouincijs collocare: dummodo ipi per ſui miniſtri litte
teras tranſmittantur facientes de eorundem fratrum grauamine menti
onem. Saluo tamen remedio per proximum ſequens generale capitulū
apponendo. Si autem huiuſmodi conſtitutionis neceſſitas non affuerit:
nullus mittat fratres ad aliquem miniſtrum: niſi ſibi prius conſtiterit de
voluntate illius miniſtri ꝙ velit eos ſponte in ſua prouīcia collocare. Et
ſi quis aliter miſſus fuerit: non recipiatur. ¶ Si contingat aliquem fratrē

oneroſum periculoſum tranſferri de vna prouincia ad aliam prouinciaȝ
ad morandam: teneatur firmiter miniſter de cuius prouincia egreditur
ſignificare miniſtro ad quem mittitur periculoſas conditiones illius: vt
eidem ſicut expedit caueatur. Hoc idem faciat generalis. ¶Teneatur etiaȝ
miniſter conditiones huiuſmodi ſignificare cuſtodi ad cuius cuſtodiam
tranſfert fratrem: vel guardiano ſi mittitur ad conuentum: ⁊ cuſtos ſimi-
liter guardiano: ⁊ hoc tali modo ꝙ fratris infamia caueatur. ¶Item cū
regula dicat. ꝙ fratres non debeant equitare niſi manifeſta neceſſitate vł
infirmitate cogantur: ordinamus ꝙ quotienſcunqꝫ aliquis equitauerit:
tantum in pane ⁊ aqua ieiunet ſedens in terra coram fratribus: ⁊ ad hoc
per obedientiam teneatur ſecundum nouam additionem: niſi cuius cau-
ſa ⁊ neceſſitas fuerit ſufficienter iudicata per miniſtrum vel cuſtodem de
conſilio diſcretorum. Hoc idem dicimus de carrucis. Et ſi ipſi in hoc fue
rint culpabiles: per viſitatores acrius puniantur. Et nihilominus mini-
ſtrationes ⁊ miniſtri culpabiles per eoſdem viſitatores denuncientur in
capitulo generali.

De nō equitā-do.

## ¶De occupatione fratrū. vj. capitulum.

Cum regula dicat ꝙ fratres q̇-
bus dedit dominus gratiam laborandi laborent fideliter
⁊ deuote: ordinamus ꝙ fratres taȝ clerici ꝗ̄ laici compel-
lantur per ſuperiores in ſcribendo, ſtudendo, ⁊ alijs labo-
ribus ſibi competentibus exerceri. Et ſiquis notabiliter inuentus fuerit
ocioſus: iuxta formam apoſtoli vſqꝫ ad ſatiſfactionem condignam ab ali-
is ſequeſtretur. Et ſi ſuperiores fuerit negligentes in hoc: a viſitatoribus
puniantur: qui diligenter inquirant qualiter iſta conſtitutio obſeruatur.
¶Si fratres alicubi obſequijs indigent puerorum ſecularium: intra do-
mos fratrum non iaceant nec ad interiora obſequia admittantur videli-
cet infirmarie, hoſpitalarie, porte, refectorij, ⁊ coquine: ſed magis ipſi fra-
tres pro chriſto humilitatis officia non recuſent. Et ſi quis guardianus
vel vicarius preter neceſſitatis euidentem articulum aliter ſcienter fieri
permiſerit: pro qualibet vice, vna refectione a pulmento abſtineat vel a
vino. ¶Confeſſores audiant confeſſiones horis certis a prouinciali ca-
pitulo ad hoc ſtatutis. ¶Nullus ſacerdos confeſſiones religioſorum
aut ſecularium audiat abſqꝫ prouincialis miniſtri licentia ſpeciali. ¶Itē
miniſter nullus licenciet: niſi quos cum magna deliberatione diſcretos
probauerit ⁊ ſecuros: ⁊ hoc in capitulo prouinciali tantum fiat de con-
ſilio diſcretorum. ¶Item nullus frater pro confeſſione audienda ſeu q̄
cunqꝫ alia de cauſa iuxta mulierē ſtet aut ſedeat: niſi vbi ipſe ⁊ eiꝰ ſociꝰ li
bere poſſint mutuo ſe videre. Et caueāt oēs frēs a ꝓlixis collogis mulie-
rū. Et q̄cunqꝫ ꝯtra fecerit: a ſocijs accuſet. ¶Per obediētiā ihibemꝰ: ꝙ
nullus frater inquocūqꝫ ſit officio cōſtitutꝰ aliq̄ monaſteria monialiū vel
aliqua habitacula mulieꝝ fieri aliq̄ ratione ꝓcuret: nec aliqs miniſter vel

De familiari-bus pueris.

De ꝯfeſſoribꝰ.

De monaſterijs monialium.

adminiſtrator nec aliquis frater ſcribat pro mōnaſterio aliquo recipiēdo
abſq; licentia generalis: nec ad faciendum ſibi obedientiam inducat. Et
quicūq; contrafecerit: a miniſtro per ſex menſes probationis caputio pri
uatur: ⁊ ad hanc infligendam penam miniſtri firmiter teneātur. ¶ Pre

De nō recipiē
dis officijs reli
gionem dedecē
tibus.

cipimus per obedientiam q̄ fratres nullus teſtamenti executionem reci
piant: pro qua ſm̄ conſiliū diſcretorū ꝓbabiliter preſumitur q̄ eos opor
teat in iudicio litigare. Poſſunt tamen eſſe cōſiliarij ſi fuerit opportunū.
nec ſint iudices nec arbitri queſtionū: nec de alijs officijs ordinē noſtrum
dedecentibus ſe aliquetenus intromittant. Et ſi quis contra fecerit: trib⁹
diebus tantum in pane ⁊ aqua ieiunet. ¶ Item nullus frater ꝓcuret per
ſe vel per alium quoquomodo cōmitti ſibi vel alij fratri negocia procu
randa per reges. principes. vel prelatos. ſeu cōmunitates: nec ꝓcuret q̄
maneat vel equitet cum eiſdem. Si quis contra fecerit: beneficijs ordinis

De dignitatib⁹

ipſo facto ſuſpenſus ſit ⁊ a cōfeſſionibus audiendis. ¶ Item quicūq; fra
ter ſine licentia miniſtri generalis archiepātum vel epātum receperit: ni
ſi per talem obedientiā cōpellatur quam tranſgrediendo peccaret mor
taliter: ipſum ſtatuto preſenti libris. ſocietate ⁊ beneficijs ordinis priua
mus tam in vita q̄ in morte. Idem de illis ordinamus q̄ promoti ſunt:
quorū vita infamis in ſcādalum redūdaret. ¶ Item nullus frater ordines
recipiat ſine licentia ſui prouincialis miniſtri vel cuſtodis cui prouincia
lis miniſter licentiam dederit. Et quicūq; contra fecerit a ſuſcepto ordine
ſuſpendatur: quouſq; a generali ſeu prouinciali ſecū fuerit diſpenſatū.
¶ Nullus predicator predicet quāuis ſm̄ regulam fuerit examinatus:
cum prohibitus fuerit a ſuo prouinciali miniſtro. ¶ Prohibemus vt de
cetero fratres q̄ non ſciuerint legere pſalterium litteras nō addiſcant nec
alij eos doceāt. Et ſi quis contra fecerint: a cōmunione officij ⁊ menſe ſe
paretur vſq; ad ſatiſfactionem condignam. ¶ Et de laicatu ad clericatum
nullus aſcendat abſq; licentia capituli generalis. ¶ Item ad ocioſitatem

De lectoribus
⁊ ſcholarib⁹.

euitandam lectores incipiant legere a feſto beati Franciſci vſq; ad termi
nū ſui prouincialis capituli ⁊ ordinarias continuent lectiones. ¶ Arceant
autem omnes fratres clerici ad ingreſſum ſcholarum: cum nō fuerint cir
ca iniūcta ſibi officia occupati. Et ſi q̄ ocioſitati dediti fuerint: graui ſub
ijciantur diſcipline vel de loco ſtudij emittantur. Temporibus autē va
cationū cogantur omnes fratres clerici aliquib⁹ vtilibus lectionibus oc
cupari. ¶ Iura vero ⁊ phyſica in ſcholis theologie ab eodē lectore ⁊ eo
dem tempore nō legantur: ſed alibi ⁊ alias vbi fuerit opportunū. Secula
res nō ad hmōi lectiones vllatenus admittātur: ne ratione hmōi ſtudij
fratres ab humilitatis obſequijs ⁊ diuinis officijs eximantur. Parcat
autem iuuenibus a diſcurſu. ¶ Item mittendi pariſius ad ſtudium gene
rale primo exerceantur tribus aut duobus annis poſt nouiciatum in ali
quo ſtudio ſue prouincie vel vicine: niſi adeo fuerint litterati q̄ poſt noui
ciatū continuo poſſint mitti. Non mittantur niſi de auctoritate miniſtri
cum aſſenſu ⁊ conſilio capituli ꝓuincialis. Idē dicimus de ijs qui de gra
tia extra prouinciā tranſmittuntur. ¶ Illi aūt qui mittuntur pariſius ſtu
deant quattuor annis ad minus niſi adeo fuerint prouecti q̄ merito iudi

cētur idonei ad lectoris officium exequendum. ¶ Circa mittendos autē
attendatur ꝙ ſint ad perficiendū habiles, fortes corpore, eloquentie bo
ne, ⁊ ↄuerſationis honeſte, nō ↄtentioſi ſed mittes ⁊ pacifici inter fratres
Teneātur fratres mittere illos quos iudicauerint idoneos ſcḋm ↄditiōes
premiſſas. Si aūt miſerint aliquē fratrem qui propter defectus notabi-
les ſit indignus: tribus diebus in pane ⁊ aqua ieiunent illi ſcȝ quoꝝ con
ſilio eſt tranſmiſſus. ¶ Poſſit aūt quelibet ꝓuincia duos ſtudentes ha-
bere pariſius ſine aliqua prouiſione: quibus ꝓuideatur in libris ſcḋm ar-
bitrium ꝓuincialis capituli ⁊ miniſtri. ¶ Teneātur ſtudentes in ſuo redi
tu de tota ꝓuiſione reddere rōnē. Et caueāt ne elemoſynas ſibi miſſas i
alios vſus ↄmutent: nec libros faciant fieri curioſos. ¶ Item inhibem⁹
ne decetero aliqḋ ſcriptum nouū extra ordinem publicetur: niſi prius ex
aminatū fuerit diligēter per generalē miniſtrū vel ꝓuincialē ⁊ diffinito-
res in ꝓuinciali capitulo. Et quicūqȝ contra fecerit: tribus diebus tantū
in pane ⁊ aqua ieiunet ⁊ careat illo ſcripto. ¶ Nullus fratrum audeat ali
quam opinionem aſſerere vel approbare ſciēter que a magiſtris noſtris
cōiter reprobatur: nec opinionē ſingularē cuiuſcunqȝ ſuſpectam ⁊ calū-
niabilem maxime circa fidem vel mores audeat defenſare ⁊ potiſſime
a dn̄o ep̄o ⁊ magiſtris pariſienſibus reprobataȝ. Et quicūqȝ ↄtrafecerit
niſi admonitus per miniſtrum reſipuerit: ab omnis doctrine officio ſit
ſuſpenſus. ¶ Itē nullus frater audeat dogmatizare vel tenere: ꝙ frater
qui fratrē monet vel corripit aliquid de aliquo exceſſu ſcḋm formam euan-
gelicam in occulto nō tenetur dicere ſuperiori q̄uis per obiam requiſi-
tus. Similiter cum aliqui ſunt ſunt ſocij in crimine ꝙ non teneat alter
alterutrū reuelare ſuperiori: qui pōt ⁊ debet prodeſſe ⁊ periculis perſo-
narū ⁊ ordinis p̄cauere ex ſn̄ia patris noſtri bone memorie fratris bona
uenture quōdam ep̄i albanenſis. ac venerabilis patris ⁊ dn̄i fratris ioā
nis tituli ſancte potentiane p̄ſbyteri cardinalis, necnō ⁊ venerabilis pa
tris fratris bone gratie generalis miniſtri ſed ⁊ venerādoꝝ magiſtroruȝ
noſtroꝝ fratris galteri miniſtri francie, fris ioānis miniſtri hibernie. fra-
tris bartholomei bononiēſis. ac etiam totius generalis capl'i anno dn̄i
M. tricenteſimo ſeptuageſimo nono in pentecoſte aſſiſij celebrati diffini
tum eſt: ꝙ hec doctrina peſtifera ē ⁊ nō ſana: cū cedere poſſit in deſtructi
onē ordinis ⁊ regularis p̄iudiciū diſcipline: cum prelati ſcire debeāt ſub
ditoꝝ exceſſus nō ſolum vt puniant ſed vt poſſint precauere. Et idcirco
oēm qui taliter dogmatizaret vel teneret priuamus libris ⁊ omni actu
legitimo. Et ſi poſt talē penam pertinax fuerit: pena carceris puniatur.
¶ Nullus frater libros ſcribat vel ſcribi faciat ad vendendum: nec habi-
tos carius q̄ȝ ſint empti vendat. Et qui vltra accepit: eidem penitus au-
feratur ⁊ nihilominus puniatur. ¶ Item iniungitur miniſtris omnibus
vt nullum fratrem permittant habere librum aliquem duplicatum ſiue
duplex ſcriptum ſuper eundem librum: nec aliquem fratrem permittāt
habere librum quo vti non poſſit. Et intelligimus tam de ſcriptis habi
tis q̄ȝ de habendis. ¶ E nullus miniſter prouincialis audeat habere vel
tenere aliquos libros abſqȝ licētia generalis miniſtri: nec aliqui fratres

De reſcriptis nō publicādis nec opinioni-bus ſuſpectis ſuſtētandis.

De libris.

acciṗiant vel habeant abſq licentia ſuorum prouincialium miniſtrorū ¶ Et nulla biblia emenda precium viginti librarum turonenſium excedat: niſi miniſter ex cauſa viderit diſpenſandum. Ita tamen ꝙ miniſter in diſpenſando centum ſolidorum precium non excedat. ¶ Si contingat aliquem fratrem transferri de vna prouincia ad aliam ad morandum: libros ſibi conceſſos ad vſum poſſit habere. Poſt mortem vero ſuam omnes libri quos tempore ſue tranſlationis habuit vel poſtmodū ꝯmutati ad prouinciam illam aqua tranſlatus fuit integre reuertātur. ¶ Idē iudicium de tranſlata elemoſyna habeatur: ⁊ ad hoc fideliter faciendū miniſtri firmiter in quorum prouincijs deceſſerunt: teneantur. Et vt hoc melius obſeruetur: fratres qui transferuntur relinquant in ſcripto nomina librorum valentium vltra quartam partem marche argenti ⁊ elemoſyne quantitatem miniſtris illis de quorum adminiſtrationibus transferuntur. ¶ Nullus frater aliquos libros retineat ſibi aſſignatos: niſi ſint totaliter in ordinis poteſtate ꝙ libere per miniſtros dari valeant vel auferri. ¶ Nullus frater bibliam vel teſtamentum de elemoſyna habeat: niſi ſit ad ſtudium aptus vel ad predicandū idoneus: ⁊ hoc de ſuorum licentia miniſtrorum. ¶ Miniſtri cum fratres ſuos viſitāt libros ⁊ res ſuas alias faciant reſignari: ⁊ ſi quem libros habere preter neceſſarios inuenerint: diſpenſent cum diffinitoribus in capitulo non habentibus: volentibus de illis fructum facere aliarum.

## ¶ De correctione delinquentium. vij. ca.

Casus vicario prouinciali reſeruati.

CUm ſecundum regulam fratrum delinquentium correctio pertineat ad miniſtrum: Ordinamꝰ ꝙ fratres pro lapſu carnis: pro inobediētia contumaci, pro receptiōe pecunie per ſe vel ꝑ aliū contra regulam. pro enormi furto. pro iniectione manuum violenta in alium. ad miniſtrum prouincialem accedere non poſtponant. ¶ Et dicimus inobedientiam contumacem: quando quis trina admonitione premiſſa (factis congruis interuallis) per diem naturalē inobediens perſeuerat. Hec quinq ſupra dicta miniſtrorum diſcretioni ⁊ arbitrio relinquunt ſecundū expoſitionē domini gregorij pape: vt inſpecta qualitate ⁊ quātitate culpe ⁊ cōſideratis ſtatu perſone fratribus prout melius viderint penitentiam iniungant. ¶ Ab excōmunicatione vero pro iniectione manuum poſſit cuſtos abſoluere vel guardianus vel vicarius guardiani ſi cuſtodis vel guardiani preſentia infra triduum haberi non poſſit. Pro penitentia vero ad miniſtrum ſm regulam tranſmittatur. ¶ Nullus eij-

De mācipandis carceri.

ciatur vel incarceretur niſi pro manifeſto ⁊ enormi exceſſu. ¶ Enormē dicimus exceſſum vel ratione generis peccati. vt eſt lapſus carnis aut perfidia hereſis: vel ratione circūſtantie. ſicut eſt furtum rei notabilis vel notorie factum vel quia frequentius iteratum. Et de ſilibus idem iudiciū habeatur. ¶ Quicunq inuentus fuerit proprietarius libris omnibus ⁊

De ꝓprietarijs

omni actu legitimo ſit priuatus. Laici vero vel clerici qui libros vel officia non habēt probationis caputio puniantur. Et ſi quis talis in morte

inuentus fuerit: careat eccleſiaſtica ſepultura. ¶ Si frater fratri minabit in perſona: vno menſe impoſitum probationis caputium ſibi per miniſtrum vel cuſtodem portare teneatur. Si autem manū leuauerit vl' aliqd acceperit contra fratrem: ei caputium probationis tribus mēſibus ponatur per alterum predictorum. Si autem non grauiter percuſſerit: p̄dictā ꝓbationē portet per annum impoſitā per miniſtrum. Si aūt grauiter percuſſerit ⁊ leuis perſona fuerit: poſt macerationē in carcere de ordine expellatur. Et ſi grauis perſona fuerit incarceretur. Eidem pene ſubiaceat qui ſimilia procurauerit per alium vel ad huiuſmodi facienda inuentus fuerit machinari. ¶ Si frater aliquid fecerit propter qḋ merito penam carceris debeat ſuſtinere: guardianus vel cuſtos vel eorum vicarij de conſilio diſcretorum poſſint ip̄m detinere ſiue ſit eorum ſubditus ſiue non: donec per miniſtrum quid ſit agendum de tali ſit diffinitū. ¶ Perſone notate euidenter de colloquijs ſuſpectis. conſortijs ⁊ conſilijs que in regula prohibentur: ſi admoniti ⁊ correpti ſufficienter ſe non correxerint: ſi in officijs fuerint abſoluantur ab omnibus officijs: nec taliter abſoluti ſeu ſuſpenſi reſtituantur niſi per miniſtrum in capitulo prouinciali. ¶ Officia ordinis intelligimus non ſolum prelationis ſed p̄dicationis. confeſſionis. lectionis. viſitationis. diffinitionis ⁊ electionis ad capitulum pro diſcretis. Qui vero in officijs non fuerit: priuētur libris ⁊ omni actu legitimo. Et cui hec pena non competit: ꝓbatiōis caputio ⁊ alijs grauibus penis puniatur ad arbitrium miniſtrorū: ⁊ ad hoc miniſtri firmiter teneantur. ¶ Si quis per conſpiratiōes vel coniurationes vel malicioſam concordiam aduerſus aliquem fratrem ⁊ maxime ſuperiorem ſe manifeſte erexerit: omni officio ordinis ⁊ actu legitimo priuetur: vſqꝫ quo poſt condignaꝫ ſatiſfactionē per capitulū ꝓuinciale fuerit reſtitutus. ¶ Appellatio in noſtro ordine ſub interminatione anathematis nulla fiat: cū nō venerimus ꝯtendere ſed delicta potius emēdare. Et quicūqꝫ contrafecerit: ipſo facto ab omni actu legitimo ſit ſuſpenſus: ⁊ niſi infra diē naturalē reſipuerit a cōione fratrū ſeparet. ¶ In virtute ſpiritus ſancti ⁊ obedientie ꝓhibemus diſtricte: nequis cām depoſitionis miniſtri gn̄alis. ꝓuincialis. cuſtodis ſeu guardiani vel eorum exceſſum ſeu correptionē aut ſecretū capl'i cuiuſcūqꝫ ſeu diſſentionē diffinitoꝝ ſeu fratrū vel aliqd aliud vnde ordo noſter poſſit turbari vel infamari: audeat ſcienter extra ordinem publicare. Et ſi quis taliū fuerit deprehēſus omni actu legitimo ⁊ officijs ordinis priuetur per miniſtrū. Et cui hec pena nō competit: probationis caputio puniatur: vel etiam grauius ſꝫ ꝙ miniſtro videbitur de conſilio diſcretorum. ¶ Precipim⁹ per obiam in virtute ſpūſſancti vt nullus frater per ſe vel per quācūqꝫ pſonā interpoſitā ſuadeat vel ſuadere faciat alicui prelato vel clerico. regi. ꝑncipi ciuitati. caſtro. ville vel alicui pſone extra nr̄m ordinē exiſtēti: vt aliqd imutet de ſtatu ordinis vel ordinatione ꝓuincie alicuius vel diuiſione vl' vnione prouincie vel cuſtodie vel amotione fratrum de aliquo loco. Et quicunqꝫ contra fecerit: ex nunc nos generalis miniſter ⁊ diffinitores generalis capituli celebrati apud Lugdunū āno domini milleſimo

De inferētib⁹ alijs iniurias.

De hn̄tib⁹ ſuſpecta ꝯſortia.

Que ſint officia ordinis.

De ꝯſpiratoribus.

De appellantibus.

De reuelātib⁹ capl'oꝝ ſecreta

De ſuadētib⁹ mutationeꝫ ſtatus fratrum extraneis.

ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo in pentecoſte talem fratrem contra predictum preceptum ſcienter facientem excõicamus in ſcriptis ⁊ ſuſpẽdimus eum ab omni executione ordinum: omniq; actu legitimo priuamus. Nec abſolui a dicta excõicatione nec a dicta ſuſpenſione releuari poſſit niſi per generalem miniſtrum ſeu prouincialem vel eius vicariũ ¶ Item ſi quis frater obedientiam ſibi iniunctam vel alteri fratri per ſe vel per aliũ cum perſonis extra ordinem ſcienter ex deliberatione procurauerit reuocari: nos ex preſenti ſtatuto ſuſpendimus huiuſmodi ab omni ſacramentorum perceptione: quouſq; per prouincialem miniſtrũ vel eius vicarium vel cui ipſe in ſpeciali cõmiſerit fuerit reſtitutꝰ. ¶ Itẽ ſub interminatione anathematis prohibemus: ne quis verbo vel facto vł aliquo mõ ad diuiſionem noſtri ordinis laborare preſumat. Si quis autem ex deliberatione contrafecerit: tãq; excõicatus ⁊ ſciſmaticus atq; deſtructor noſtri ordinis habeatur: ⁊ quouſq; ſatiſfecerit a cõione oium careret. ¶ Fratres incorrigibiles cum ſuis exceſſibus conſcriptis ⁊ examinatis fideliter per miniſtrum vel cuſtodem vel viſitatorem ad prouinciale capitulum tranſmittãtur. Qui ſi adeo incorrigibiles fuerint ꝙ nec culpam humiliter recognoſcere nec penitentiam condignam ſubire voluerint: incarcerentur vł de ordine expellantur. Si vero pniam recipiãt ⁊ correctionem promittant: cum miſericordia pnia imponatur. Quam ſi portare contempſerint ad aſſueta vitia reuertentes: in ſequẽti capitulo pena eiectionis vel carceris puniãtur. ¶ Nullus eiectus vel per ſe egreſſus mittatur ad generalem miniſtrum. Si tamen talis ad eum venerit: non eum recipiat ſed miniſtro vel prouinciali capł'o remittat. Huiuſmodi autem apoſtate miſericordiã poſtulãtes recipiantur ſalua ordinis diſciplina: ne preterita vita eorum receptione iuſte reddat indignos. Huiuſmodi vero vita que eos receptione reddat indignos determinetur per miniſtrum cum conſilio diſcretorum. Nec aliquis apoſtata ad ordinis officia reſtituatur niſi per miniſtrum in capitulo ꝓuinciali cum diffinitorum conſilio ⁊ aſſenſu. Similiter nec ad habitum niſi in cauſa excuſabili viſum fuerit miniſtro de conſilio diſcretorum. ¶ Nullus frater habens ĩ ordine officium aliquod ſi apoſtatauerit cum notabili ſcandalo ordinis reſtituatur in perpetuum abſq; diſpenſatiõe generalis miniſtri. Quilibet aũt miniſter prouincialis habeat ordinariã iuriſdictionẽ auctoritate generalis miniſtri excõicandi. capiendi ⁊ incarcerandi ⁊ alia pena puniendi ſuper apoſtatas aliarum prouinciarum in prouincijs ſuis. Idem poſſint cuſtodes ⁊ guardiani in caſu neceſſitatis. ¶ Caueant autem miniſtri ⁊ cuſtodes ꝙ non permittant apoſtatas aliarum prouinciarum in ꝓuincijs ſuis in ſcandalum ordinis euagari. ¶ Item cum regula noſtra dicat ꝙ poſt profeſſionem factam nulli liceat de iſta religione exire iuxta mandatum dñi pape: volentes precludere apoſtatandi viam: nos generalis miniſter ⁊ miniſtri prouinciales ⁊ diffinitores generalis capituli congregati Pariſius pridie idus Junij anno dñi Mcclxxvi. excõicamus inſcriptis omnem apoſtatantẽ ab ordine noſtro: vel ab ipo abſq; eiuſdem ordinis licentia quomodolibet diſcedentem: ⁊ de cetero preſentis ſtatuti anathematis vinculo innodamꝰ. ¶ Quia vero qui negligit mo

De incorrigibilibus.

De apoſtatãtibus.

dica paulatim labitur ad maioꝛa:oꝛdinamus ꝙ guardianus vel ei⁹ vi-
carius teneat capitulum ad minus ſemel in ſeptimana:in quo fratres ð
quotidianis exceſſibus ⁊ negligentijs ſe accuſent. ¶Et ne aliquid repre-
henſibile abſcondatur:ſolliciti ſint guardiani omni ſero officinas fratrū
diligentius viſitare. Cuſtos etiam ſollicitus ſit corrigere ſi qua fuerint ī
fratribus ſue cuſtodie corrigenda. Et ſufficiat eis ſemel in anno fratres
ſuos viſitare:niſi aliqua neceſſitas plus requirat. ¶Et ne ſimplicioꝛibus
fratribus ignoꝛantia ſit occaſio delinquendi:cuſtos cum viſitat illis re-
gulam ⁊ conſtitutiones in vulgari exponat. ¶Poſtremo vero ne laboꝛ
generalis capituli ſit inanis ⁊ in contéptum veniat oꝛdinis diſciplina:
miniſtri.cuſtodes.guardiani diligenter conſtitutiones obſeruent ⁊ faci-
ant obſeruari. Si quos vero diſcholos inuenūt:cogant eos ad plenam
obſeruantiam penarum que in conſtitutiōibus ſunt taxate. Et ſi eoꝛum
exigat contumacia:etiam grauioꝛes imponāt. Nec penas taxatas cō-
mutent niſi fuerit heſitatio in conſcientia vel obliuio in memoꝛia. vel in
coꝛpoꝛe impotentia faciendi. Cōceditur tamen miniſtris in caſu etiaꝫ in
ſpeciali ⁊ ex cauſa rōnabili ɔmutare penas huiuſmodi vel etiā mitigare
Qꝫ ſi ex eoꝛum remiſſione ſoluatur oꝛdinis diſciplina:accuſentur in capi
tulo generali. ¶Oꝛdinamus etiam ꝙ nullus miniſter prouincialis a pe-
nitencia quam impoſuerit viſitatoꝛ:⁊ nullus cuſtos a pnia quā impoſue
rit miniſter:nec guardianus a pnia quam impoſuerit cuſtos:nec aliquis
inferioꝛ a pnia guardiani abſoluat aliquem vel cōmutet abſqꝫ lnia im-
ponentis. Et ſi contra factum fuerit ipſa abſolutio ſit inanis. ¶Oꝛdina-
mus inſuper ꝙ generalis miniſter nullum faciat ſtatutū niſi in generali
capl'o cum diffinitoꝛum conſenſu:⁊ ꝙ nullum priuilegium impetret ꝙ
poſſit regule derogare:nec ſtatutū aliqđ ſoluat aliter vl' laxet niſi foꝛte in
ſpeciali ex cauſa neceſſaria vel valde vtili viderit diſpenſandū. ¶Caueāt
aūt ꝓuinciales miniſtri a multitudine ɔſtitutionū prouincialium ⁊ etiaꝫ
quoꝛumlibet preceptoꝛum propter obliuionis ⁊ trāſgreſſionis pericu-
lum euitandum.

De capl'is ⁊ viſitationib⁹.

De obſeruantia haꝝ ɔſtitutionū.

## ¶De viſitationibus prouinciarum. viij. ca.

Cum regula dicat ꝙ fratres q̇
ſūt miniſtri ⁊ ſerui alioꝝ fratrū viſitent ⁊ moneāt frates ſu
os ⁊ humiliter ⁊ charitatiue corrigant eos:ad preſtādū
cis adiutoriū ⁊ ad negligentiā corrigendā. Oꝛdinam⁹ ꝙ
a tertio āno in tertiū per ſpāles viſitatoꝛes viſitet̄ tot⁹ oꝛdo:ita ꝙ q̄libet
ꝓuincia per vnū. Cui detur vn⁹ ſoci⁹ diſcretus:qui ſuccedat in viſitatio-
nis officio tp̄e infirmitatis vel moꝛtis:cū quo etiam habere poſſit colla-
tionē ⁊ ɔſiliū in dubijs:nō expreſſis perſonis de quibus agit̄ ſi fieri po-
teſt. ¶Teneātur autē miniſtri ⁊ diffinitoꝛes bona fide ꝓuidere de fratre
idoneo rōne honeſtatis diſcretiōis ⁊ zeli ad tale officiū exequēdū. Quē
ſi ante ingreſſum a ſua ꝓuincia moꝛi contigerit vel alias legitime impe
diri: miniſter conuocatis cuſtodibus qui commode poſſint inter-

De viſitatoꝛibus ⁊ ſocijs.

eſſe ⁊ aliquibꝰ diſcretis de alijs cuſtodijs de viſitatore vel de eius ſocio
in caſu ꝯſimili iuxta p̄miſſas ꝯditiones idoneo poſſit ⁊ debeat prouide
re. Et ad hoc tam miniſter q̄ꝫ ꝯſulentes firmiter teneātur. Et ſi alter iſto-
rū poſt exitū de ſua ꝓuincia ante ingreſſū viſitāde ꝓuincie deceſſerit vel
alias legitime fuerit impeditus: teneaẗ cuſtos illiꝰ cuſtodie vel guardia
nus illius loci in cuſtodis abſentia ſuperſtiti prouidere de ſocio vſqꝫ ad
prouinciā viſitandā. Tunc primus cuſtos viſitāde prouincie teneaẗ ſibi
ſufficientē ſociū aſſignare ac ſi in ſua cuſtodia deceſſiſſet: ita ꝙ poſt ſcðm
capl'm ꝓuinciale a generali tali tempore incipiant viſitare: ꝙ ꝯpleta vi-
ſitatione ꝓuinciali caplo viſitate prouincie valeāt intereſſe: qð imedia-
te precedit ſequēs capl'm generale. ¶ Si vero ꝯtingat ꝙ ꝓpter morteꝫ
generalis miniſtri viſitatores prouinciarū nō poſſent habere prouincia
le capl'm ante capl'm generale: ipi viſitatores in primo ſequenti ꝓuincia
li caplo eiuſdē viſitate ꝓuincie ſi voluerint poterūt intereſſe. Et tunc noti
ficare debeant generali miniſtro ſi qua notificāda erāt caplo generali.
Viſitatores nihilominꝰ ſi accuſandi fuerint tunc accuſenẗ generali mini
ſtro. ¶ Iſti viſitēt ſingula loca abſqꝫ ꝯſtitutione ⁊ perſonarū ⁊ edificiorū
mutatione in locis ꝯuentualibus infra tres dies ⁊ in non ꝯuentualibus
infra duos ad plus ſuū officium exequētes. Qui poſtq̄ꝫ ad locū fratrum
peruenerint: exequi incipiant infra tres dies: niſi manifeſta ⁊ euidēti ne-
ceſſitate aut cōi fatrū volūtate fuerit differendū. ¶ Viſitatores huiuſmo
di nō intromittāt ſe de occultis vel indiſcrete correctis nec de diſcretione
vel in diſcretiōe correctiōis diſcutiant: niſi talis indiſcretio per fratres
fuerit accuſata. ¶ Caueant etiaꝫ ne ſuper criminibus de quibus infamia
nō preceſſit inquirant particulariter: anteq̄ꝫ crimina hmōi in publico ac
cuſentur. ¶ Procedant ergo in hunc modū. ¶ Primo legaẗ regula in cō
muni. Deinde conſtitutiones. poſtea precipiatur in virtute obediētie vt
omnes qui interrogabūtur ab eis reſpōdeant bona fide ſi ſciunt vel fa-
ma eſt fratrem preſentem vel abſentem de quo ſit interrogatio exceſſiſſe
contra aliquem predictorū articulorum: ita ꝙ factum vel fama probari
poſſit. ¶ Poſtea dicant fratres ſigillatim culpas ſuas ⁊ egrediantur per
ordinē: ita ꝙ reſidui accuſent egreſſū de quo in publico fuerit accuſandꝰ
¶ Diſtricte per obedientiaꝫ inhibemꝰ: ne perſone accuſātes accuſatis vel alijs
modo aliquo ſciēter reuelētur: qð maxime fieri d̄ noibus accuſantiū mi
niſtrū prohibemꝰ: niſi de crimine accuſati in excuſatione ſua petierint a
ſuo ſuperiori ſibi accuſantis ⁊ teſtiū noia reuelari. ¶ Inhibemꝰ per obe-
diētiā accuſatis ne ſciēter de noibus accuſantiū ſe inquirāt: niſi cum qs
de crimine accuſaẗ ⁊ petit ſibi noia reuelari. Et quicūqꝫ ꝯtrafecerit. ſ. re-
uelādo vel inqrēdo: nō poſſit niſi per miniſtrū abſolui vel cui ip̄e in ſpāli
duxerit ꝯmittēdū. Sapiores vero. ſ. miniſter. cuſtos vel guardianꝰ ſi in-
quirēdo vel reuelādo ſciēter ꝯtrariū fecerint necnon ſubditi accuſatores
ipſoꝝ reuelātes eiſdē: infra ſex mēſes quindecim diebus in pane tm̄ ⁊ a-
qua per totā diē ſine diſpēſatiōe per obiam ieiunare teneāẗ: alias ipoꝝ
ſolutio ſit inanis. ¶ Nullꝰ frater aliquē de aliquo accuſet cuiꝰ veritas vel

Modꝰ viſitandi.

De accuſatiōibus.

factū ꝓbari nō poſſit. Qui vero ↄtrafecerit ꝑ eo qꝺ frēm ↄmiſiſſe aſſeruit penā ſubſtineat q̄ accuſato infligi deberet ſi de crimine illo ↄuict⁹ fuiſſet. Idē fiat de illo qui ſciēter accuſat aliquē de aliquo de quo fuit ſufficiēter correct⁹. Si vero in probatiōe infamie de qua tm̄ accuſat defecerit: ꝑ cul pe modo legitime puniat. ¶ Si frater aliq̄s aliū falſe ⁊ ſciēter infamauerit in occulto: a nullo niſi a miniſtro vel cuſtode poſſit abſolui. Si vero i publico: nō abſoluat niſi a miniſtro impoſita ſibi pena criminis de quo falſo ſciēter aliū infamauit. Nec etiā aliq̄s iſtoꝝ a predictis abſolui valeat: niſi prout poteſt reſtituat famā frī. ¶ Accuſatiōes q̄ſcribēde ſūt certis verbis iuxta approbationē capl'i cōſcribant. fratri etiam in accuſato poſtq̄ reuocat⁹ fuerit audiētia no negef: ⁊ ſic per ordinē culpe dicātur: ⁊ cū debita correctiōe pnia imponat. ¶ Teneātur aūt frēs viſitatorib⁹ ſuis in ijs q̄ ad officiū pertinēt ⁊ nō in alijs obedire. Et in nullo teneātur viſitatorib⁹ obedire: qꝺ nō poſſit per alios duos frēs probare. ¶ Viſitatores ergo iuxta predictaꝫ formā corrigāt exceſſus fratrū quos viſitabūt: hoc ſaluo: ꝙ exceſſus miniſtri prouincialis ⁊ ſiqua alia inuenerint difficilia capl'o prouinciali reportēt. Et tunc cū miniſtro ⁊ diffinitorib⁹ correctionē tm̄ qui ſciūt exhibeant de inuentis: niſi talis ſit exceſſus qui ſit pena publica puniēd⁹. ¶ Item viſitatores in capl'o prouinciali poſt diffinitoꝝ electionē vno duntaxat die in corrigēdis exceſſibus perſonarū ſuū officiū exequātur. Alijs vero agēdis capl'i nō interſint. ¶ Quicq̄d auteꝫ portauerit viſitator ad capl'ꝫ ꝓuinciale vel de loco ad locū: deferat illud ſub ſigillo illi⁹ loci in quo inuenerit. Si vero viſitator reputet aliq̄d valde notabile in ꝓuincia corrigēdū qꝺ miniſter ⁊ diffinitores illi⁹ capl'i nō poſſent vel nolint corrigere ſeu corrigēdū nō reputēt: caſus inſtruct⁹ cuꝫ rōnib⁹ cū opinionib⁹ vtriuſq̄ ↄſcripte cōiter ſub ſigillo miniſtri ⁊ viſitatoris p diſcretū ꝓuincie electū iteꝝ ad capl'm de ꝓuincia mittat capitulo gn̄ali vel ad min⁹ viſitatores p ſe ſi capl'm nō ↄueniret aut nō cōſentiret. ¶ Teneāt aūt viſitatores p obiam firmiter ⁊ diſtricte ⁊ coꝝ ſocij nec ea q̄ p viſitationē cognouerint: ſciēter neſciētib⁹ reuelēt vel extra ꝓuinciam ſecū portēt: ſed datis penitētijs ſine mora oīa in publico deſtruant ⁊ ↄburāt. Socij tū viſitatoꝝ capl'o nō interſint. ¶ Exceſſus aūt viſitatoꝝ examinati p ꝓuinciale capl'm trāſmittāt correctiōi capl'i gn̄alis. Ita tn̄ ꝙ ſi viſitator in ꝓuincia illa fuerit: nūciet eideꝫ. Si vero abſens: ſignificet ſibi p lr̄as ſpāles vt ſe excuſatur⁹ ↄpareat ſi voluerit capl'o generali. Alioquin de ijs in q̄b⁹ fuerit accuſat⁹ nihilomin⁹ puniat. ¶ Caueāt autē viſitatores a munuſculis capiēdis. Qꝫ ſi culpabiles fuerint accuſent capitulo generali. Itē nulli viſitatori lr̄e ↄmēdaticie ↄcedāt. ¶ Inſup ordinam⁹ ꝙ ſingulis ānis viſitet dom⁹ pariſiēſis per ſpālē viſitatorē miſſum a generali miniſtro. Qui ſi inuenerit aliquē de ſtudētib⁹ inſolētem: poſſit cū ꝓuinciali miniſtro ipꝫ remittere ad ꝓuinciā ſuā. ¶ Viſitatores dn̄aꝝ pauperū ⁊ coꝝ ſocij ac ꝓuinciales miniſtri aliq̄ munuſcula ab eis nō recipiāt vllo modo: nec alijs frībus q̄buſcūq̄ liceat ibideꝫ comedere vel de nocte dormire.

## ¶ De electionibus miniſtrorū. capitulū. ix.

Modꝰ eligen di mi.ge.

Cum ſm regulã generalis mi
niſter ſit a miniſtris prouincialibus ⁊ cuſtodibus eligen-
dus: ordinamus ꝙ ad electionem procedatur hoc modo.
Electoribus congregatis die ad eligendum prefixa: pri-
mo inuocata ſancti ſpiritus gratia: diſquiſitores ad hoc aſſumpti ſingu-
lorum vota aliquantulum ſeorſum coram oculis omnium perquirant fi
deliter ⁊ conſcribant: ita ꝙ ſinguli anteqꝫ recedant ab eis audiant quali-
ter conſcripſerint vota ſua. Quibus per ordinem conſcriptis: ſtatim in eo
dem loco antequam fratres diſcedant vel colloquãtur ad inuicem publi
centur in medio que conſcripſerunt. Et ſi diuina gratia inſpirante in vnũ
aliquem concordauerit: illius electio firma eſt abſqꝫ vlla queſtione. Si ve
ro in partes inequales ſe diuiſerint: ille in quẽ plures medietate omniũ
eligentium conſenſerint: ex vi talis electionis ⁊ preſentis conſtitutionis
verus electus ſimiliter habeatur. Surgat tamen ex electoribus vnus ad
hoc deputatus ⁊ dicat. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Ego fra
ter. N. nomine meo ⁊ omnium veſtrum eligo talem fratrem in generalẽ
miniſtrum ordinis noſtri. Quo facto: ſtatiꝫ incipiant te deum laudamꝰ.
¶ Circa prouinciales miniſtros eligendos ſimiliter procedatur excepto
te deuꝫ laudamus. Si vero huiuſmodi ſcrutinio quotiens videbitur ele-
ctoribus expedire contigerit ꝙ nullus ſit electus a maiori numero electo
rum: poſſint compromittere in tres vel quinqꝫ fratres idoneos ⁊ diſcre-
tos: qui vice omnium de preficiendo valeant prouidere. ¶ Si vero gene
ralem miniſtrum mori contingat ante feſtum ſancti michaelis: miniſter
in cuius miniſtratione moritur vel vicarius teneatur ſine dilatione ſigni-
ficare miniſtris omnibus bona fide: vt in ꝓ Pentecoſte ſequenti fiat capi-
tulum generale. Si vero poſt dictum feſtum deceſſerit nũcietur nihilomi
nus vt dictum eſt: non tamen fiat capitulum generale anno illo niſi alias
in eodem anno debuerit celebrari. ¶ Miniſter vero vbi fiet capitulum ge
nerale poteſtatem habeat ſuper alios coercendi eos in ijs que ad expedi
tionem capituli pertinent: quouſqꝫ electus ſit generalis miniſter ſi fuerit
preſens electus. Si vero abſens: miniſter prouincie vbi fiet capitulum
aſſumptis ſecum duobus miniſtris vno tranſmontano ⁊ alio citramon-
tano de ſe ipſis vel alijs de vno prouideant miniſtro: qui ſuper alios vſ-
qꝫ ad finem capituli habeat poteſtatem. Quod etiam intelligimus quan
documqꝫ alia de cauſa predicto capl̄o generali non poterit intereſſe. Idẽ
poſſit cuſtos illius prouincie electus a cuſtodibus ſue prouincie ad capi-
tulum generale: quando ſuus miniſter preſens non fuerit. Alijs tamen
Modꝰ eligen. di mi. ꝓuicialẽ
tractatibus capituli generalis non interſint. ¶ Ordinamus ꝙ miniſtri ꝓ
uinciales conuocato capitulo prouinciali a ſubditis eligantur confirmã
di per generalem miniſtrum. Electores autem miniſtrorum prouinciali-
um poſtquam ad capitulum conuenerint: eligant preciſe in die ſequenti.
Ipſos tamen non oportet includi. Et ſi ipſa die non eligerint: ex tunc eis
generalis miniſter prouideat de miniſtro. ꝓ Poſſit autem miniſter proui-

cialis eligi de toto ordine. ¶ Nꝫ ſi prouinciali capitulo congregato mini
ſtrum prouincialem mori contigerit vel abſolui: poſſint fratres in eodeꝫ
prouinciali capitulo congregati alium ſibi eligere in miniſtrum: quam-
quam ad hoc miſſi non fuerint vel vocati. Si vero electores prefati in eli
gendo non conuenerint: poſſint ⁊ debeant prouincie de vicario prouide-
re. Si autem mortuo generali miniſtro aliquem miniſtrum prouincialẽ
mori contigerit ⁊ alium eligi. Statuimus vt per miniſtrum prouincie
vicinioris loco capituli in quo electio celebrabitur ⁊ per duos cuſtodes
eiuſdem prouincie ſimiliter viciniores electione ⁊ electo legitime exami
natis ⁊ approbatis electus confirmetur. Electus vero ⁊ fratres qui pro-
pter examinationem electionis ⁊ electi a predictis miniſtro ⁊ cuſtodibꝰ
fuerint vocati: eiſdem in omnibus que ad examinationem ⁊ confirmatio
nem pertinent teneantur firmiter obedire. ¶ Cuſtos vero in cuius cuſto-
dia moritur miniſter prouincialis poſtq̃ ſibi de morte miniſtri cõſtiterit:
certo die prefixo in quo poſſint commode conuenire capitulum prouinci
ale teneatur quam citius poterit conuocare: niſi propinquius fuerit tem-
pus prouincialis capituli celebrandi. ¶ Cuſtos vero illius cuſtodie in q̃
capitulum celebrabitur: tenebit capitulum vſqꝫ quo vicarius ſit electus.
Si vero contingat predictum cuſtodem mori ⁊ in prouincia vicarius mi
niſtri nõ fuerit: guardianus illius loci in quo debet prouinciale capitu-
lum celebrari in predictis ſuppleat vicem eius. ¶ Et huiuſmodi vicarius
prouincie eandem poteſtatem habeat quam habet vicarius a miniſtro i
ſtitutus: exceptis ijs que vicario miniſtri per priuilegia committuntur.
¶ In quo capitulo facta electione prouincialis miniſtri inſtituatur vicari-
us de cõſenſu maioris partis capituli: quouſqꝫ miniſter in prouincia ha
beatur. Qui taliter inſtitutus fratres non mittat extra ſuam prouinciam
ad manendum nec aliquos recipiat in ſua prouincia moraturos. Item
fratres non transferat de vna cuſtodia ad aliam ad manendum: niſi eui-
dens neceſſitas vel communis vtilitas hoc requirat ⁊ hoc de conſciẽtia
cuſtodum illorum ſi poteſt fieri bono modo. ¶ Item non priuet cuſtodiã
vel locum vel fratrem libris vel rebus alijs niſi ex cauſa vrgente cuꝫ fra
trum loci conſideratione diſcretorum: ⁊ ablata vſqꝫ ad examen miniſtri
vel prouincialis miniſtri reſeruentur. ¶ De cuſtodibus autem ⁊ guardia
nis prouideatur in hunc modum. Miniſter prouincialis in capitulo pro
uinciali cum conſilio ⁊ aſſenſu diſcretorum ⁊ requiſito conſilio fratruꝫ de
cuſtodia in capitulo exiſtentium cuſtodie prouideat de cuſtode. ¶ Nꝫ ſi an
te capitulum prouinciale contigerit mori cuſtodem aliquem vel abſolui:
miniſter requiſito conſilio ſex diſcretorum ad minus de cuſtodia eidem
cuſtodie prouideat de cuſtode. ¶ Item miniſter in prouinciali capitulo
cum conſenſu ⁊ conſilio diffinitorum ⁊ requiſito conſilio cuſtodis ⁊ ali-
quorum fratrum in locis conuentualibus ⁊ non conuentualibus proui-
deat de guardianis. ¶ Nꝫ ſi ante capitulum prouinciale guardianum ali
quem conuentualem mori contigerit vel abſolui: ſi miniſter ad locum il-
lum commode accedere poterit requiſito aliquorum diſcretorum conſi-

*Prouiſio cuſtodũ ⁊ guardianorum.*

lio de conuentu eodem de guardiano prouideat illi loco. Si vero perſonaliter ad locū non valet accedere commode: requiſito aliquorum diſcretorum conſilio de guardiano illi loco prouideat. ¶ Conuentum autē dicimus vbi tredecim fratres poſſint continue morari. ¶ Si vero guardianum non conuentualem mori poſt prouinciale capitulum contigerit: cuſtos de conſenſu miniſtri prouideat illi loco de guardiano cum aliquorum conſilio diſcretorum: nec tamen illum amoueat ſine miniſtri licentia ſpeciali. ¶ Nullus preficiatur in officio fratrum niſi qui poſſit ducere cōmunem vitam: que tam a prelatis quam a ſubditis obſeruetur maxime in veſtimentis. cibis ⁊ potibus. ¶ Prohibemus per obedientiam ꝙ nullus frater in aliqua viſitatione aut electione aut promotione alicuius ad quodcunque officium ordinis faciat colligationes vel inductiones cōminando. promittendo. laudando mendaciter. detrahendo. Et quicunque ſcienter cōtra fecerit: ipſo facto ab omni actu legitimo ſit ſuſpenſus.

## ¶ De ſpectantibus ad capitulum prouinciale. x. capitulum.

Nūer⁹ ꝓuīcialiū capl'oꝝ ⁊ q ſint mittēdi et q vocē hēant.

Cum regula dicat ꝙ miniſtri ⁊ cuſtodes poſſint ſingulis annis fratres ad capitulum conuocare: ordinamus vt ſingulis annis in ſingulis prouinciis prouinciale capitulum celebretur iuxta quod magis cōtigerit cuilibet regioni. In quo locus ⁊ dies ſequentis capituli aſſignet: ita ꝙ redeuntes de capitulo generali proximo precedenti valeant intereſſe. ¶ Ad iſtud capitulum conueniant cuſtodes ⁊ fratres de prouincia ſʒ quod in prouinciali capitulo fuerit ordinatum. Prouiſo tamen ꝙ multitudo venientium quo melius poterit euitetur. ¶ In hoc capitulo ⁊ aliis electionibus vocem per ſe non habeant fratres in monaſteriis cōmorantes. Admittantur tamen ad electionem diſcreti ad capitulum mittendi q morantur in locis noſtris ſicut ceteri fratres de conuentu. ¶ Teneantur fratres per obedientiam in omni electione diſcretorum: diffinitorum aut miniſtrorum eligere diſquiſitores zelum dei ⁊ cōmunis vtilitatis habentes. Et quicunque contra fecerit: tribus diebus tantum in pane ⁊ aqua ieiunet: ſaluis ordinationibus quas fecit generalis miniſter in aliquibus prouinciis vel etiam approbauit. ¶ Hanc autem electionem faciant primo die. Alioquin cuſtos prouideat de diſcreto. Inſuper ordinamus ꝙ quicunque habent nominare vel eligere fratres ad legēdū pariſius ſentētias vel ad magiſteriū ꝓmonēdos per obedientiam teneātur noīare vel eligere de toto ordine meliores vel aptiores ſuo iudicio ad hmōi officia exequēda.

Quales debeant eē diſqſitores ⁊ pariſius mittēdi.

Inqſitio ꝑlatorū exceſſuū.

¶ Guardian⁹ aūt teneat caplʒ qñ de exceſſibus miniſtri ⁊ cuſtodis ⁊ de eoꝝ inſufficientia ⁊ de aliis trāſmittendis ad capitulū prouīciale inqrit. ¶ Cū vō de exceſſib⁹ guardiani inqrit: aliqs eoꝝ de ↄſilio aliquoꝝ diſcretoꝝ iſtitut⁹ a guardiano teneat caplʒ. Predicti vō de exceſſibus ⁊ de in-

ſufficientia ꝑlatoꝝ diligẽter ingrere teneantur: ⁊ alij frẽs ingrenti teneãt per obedientiã bona fide veritatẽ de oib⁹ reſpõdere. ¶ In pdictis aũt in qſitionib⁹ tã reuelãtes accuſantiũ noia quã ingrẽtes: ad penã q̃ laijs vi ſitatiõbus ponit obligẽtur. Cuſtos vero hmõi ſcrutinio nõ interſit. Iſtud aũt ſcrutiniũ vltra vni⁹ diei ſpaciũ nolumus prolõgari. ¶ Nihil portet ad capl'z niſi qδ fuerit diſcuſſuz. examinatũ. pbatũ legitime ⁊ i terminis explicatũ ⁊ ap pbatũ a maiori pte fratrũ locoꝝ ſuoꝝ. fideliter ɔſcriptuz. lectũ ⁊ ſigillatũ corã oib⁹ loci ſigillo vt ad ꝓuiciale capl'z deſtinet ⁊ accu ratũ ⁊ ap pbatũ ligitime. Qδ de genere actus ẽ peccatũ mortale vl' idu cit notabiliter relaxationẽ obſuãtie regularis vel declarat iſufficiẽtiã ma nifeſtã null⁹ ipediat ap pbari quin ꝓuiciali trãſmittat. Id dicim⁹ δ ſcri bẽdis ad capl'z gñale. Quicũq ɔtra fecerit: repellat a capl'o ⁊ nihilomi nus grauiter puniat. ¶ Qñ aũt diſcutiũt mittẽda ad ꝓuiciale capl'z diligẽter examinẽtur grauia q̃ ꝓponũt: ⁊ i ſpãli de facto ſi vidit: de verbo ſi audiuit ab eo q accuſat: ⁊ ingrat de loco. tpe modo. Et hec forma i viſita tione q̃libet obſuet. Exceſſus aũt miniſtri. cuſtodis ⁊ guardiani ⁊ aliorũ q corrigendi fuerint corã illis tm̃ q nouerũt exceſſus i ꝓuiciali capl'o au diant: ⁊ q corrigẽdi fuerint corrigãtur: niſi ſit talis exceſſus q ſit pena pu blica puniendus. ¶ Itẽ exceſſus guardiani q mittẽt ad prouiciale capl'z recitent ei in publico corã cõuentu ſuo ſi ad capl'z nõ ſit profectur⁹. Et ſi aliquod graue accidiſſet in prouincia vel contigiſſet in via quod alias ad capitulum miſſuz nõ eſſet: debeãt fratres qbus notorium eſt corã diffinitoribus accuſare. ¶ Iſti in loco capl'i congregati ipa die quieſcãt ⁊ de liberẽt vſq mane diei ſequẽtis. ¶ Et tũc audita miſſa ingrediant capl'm: ⁊ inuocata ſpũs ſancti gratia fiat ſermo frĩbus in cõi. Deinde ex ſe ipis tm̃ eligant. iiij. diffinitores p diſcretionẽ triũ quos miniſter. cuſtos ⁊ guar dianus loci vel duoꝝ ipoꝝ ſi terti⁹ defuerit ad hoc duxerit eligẽdos. Si autem contigat in electionibus diffinitorum plures quam quattuor ma iorem partem vocum medietate omniũ habere: illi qui tales voces ha bent pro diffinitoribus habeantur. Si vero q pauciores voces habent fuerint in equali numero: iteretur ſcrutiniuz quo ad illos: quouſq p plu ralitatem vocum electio vnius alteri preferatur. ¶ In huius capituli pri cipio cuſtodes ⁊ guardiani per ſe ſi preſentes fuerint vl' per litteras ſi ab ſentes ſemper renũciare teneantur. Quorum renũciatio a miniſtro vl' ab eo qui tenet loco eius capitulum cum diffinitoribus in fine capituli ſi vi debitur admittatur. Si autem miniſter intereſſe non poterit: vicarius ei⁹ ſi fuerit vel cuſtos in cuius cuſtodia celebratur capitulum teneat loco ei⁹. ¶ Predicti vero diffinitores poſſint corrigere prouincialem miniſtruz: diffinire ⁊ expedire cum ipſo omnia que ad prouinciale capitulum per tinebunt. Que ſunt hec. Collatio ſuper tranſmiſſis ad capitulum. Cor rectio eorum que ad prouinciale capitulum corrigenda notificabuntur. ordinatio eorũ que ad neceſſitatem vel honeſtatem morum prouincie videbuntur pertinere: cum diuerſe prouincie diuerſis conſuetudinibus varientur. Nullas tamen faciant conſtitutiones aut ordinationes

Deferenda ad capl'm.

Modus eligẽ di diffinitores.

Expediẽda in capl'o ꝓuiciali

ſbidem abſq; maioris partis capituli conſilio ⁊ aſſenſu. Diuiſio cuſto-
diarum. Ordinatio locorum. Receptio, mutatio, vel diuiſio locorum.
Aſſignatio librorum notabilium fratrū decedentium vel ab ordine receden
tium. Et dicimus librū notabilem valentem dimidiā marcham argenti
⁊ ſupra. Diffinitoribus vero tempore ſue diffinitionis nihil de libris hu
iuſmodi rogetur. nec vendatur. nec ꝯmodetur, nec aliquid detur quod ad
diſtributionem miniſtri tunc temporis ⁊ diffinitorum pertineat quoquo
modo. ¶ Subditi aūt qui fuerint diffinitores in precedenti generali ſeu
prouinciali capitulo: in proximo ſequenti conſimili capitulo nō ſint diffi-
nitores. Et dicimus hic ſubditos: omnes: ſub prouincialibus miniſtris
conſtitutos. ¶ Predicti etiam electores quintum ex ſe ipſis eligant: qui in
hoc tantum poſſit articulo videlicet ſi quattuor diffinitores in correctio-
ne miniſtri in partes equales ſe diuiſerint: eorum ſnīa preualeat quam
idem duxerit approbādā. ¶ Idem tamē quintus qui ſic eligitur in capi-
tulo non intelligitur pro diffinitore: vnde poteſt ſequenti anno eligi diffi
nitor. Electis quidem diffinitoribus: lr̄e que ſuper facto prouincialis mi
niſtri a fratribus locorum ſunt tranſmiſſe eiſdem diffinitoribus preſen-
tentur. Et ſi qui ſunt in eodem capitulo qui preter illa que ſcripta ſunt ꝓ
babilia tamē habent dicere de miniſtro: diffinitoribus tm̄ dicāt. Qui ſu-
per ſcriptis aut taliter relatis habita ſeorſum deliberatione miniſtrum
corrigant ſm̄ formā ſuperius pretaxatā. Et quādocūq; diffinitores vo-
luerint aliquid de miniſtro in capitulo inquirere: teneatur ipſe miniſter d̄
capitulo exire. Qui ſi incorrigibilis fuerit: ipſum ab officio miniſterij ſu-
ſpendant ⁊ ſine dilatione cauſam ſuſpenſiōis ſiue incorrigibilitatis per
capitulum approbatam ſub ſigillo vicarij ⁊ cuſtodum miniſtro ſignifi-
cent generali. Qui ſi inſufficiens reputatur: eidem ſimiliter ſignificent:
ita tamē ꝙ neutrum horum fiat abſq; maioris partis capituli conſilio
⁊ aſſenſu. Quo ſuſpenſo vicarium de conſilio ⁊ aſſenſu maioris par-
tis capituli cōſtituant. ¶ Nihil mittatur ad capitulum generale quod
non fuerit prius per capitulum prouinciale diſcuſſum. examinatum.
probatum legitime ⁊ in terminis explicatum ⁊ approbatum a maio-
ri parte prouincialis capituli. fideliter conſcriptum. lectum ⁊ ſigilla-
tum coram omnibus ſigillis miniſtri. cuſtodis. ⁊ guardiani loci vbi ca-
pitulum celebratur: niſi facto prouinciali capitulo adeo graue emergat
quod ſine graui periculo vſq; ad ſequens prouinciale capitulum differ-
ri non poſſet. Et ſi talis euentus non tangat prouincialem miniſtruz vel
eius vicarium: preter alterius eorum conſilium non mittatur. Si vero
miniſtrum tangat per cuſtodem. guardianum ⁊ fratres loci vbi contin-
git primo diſcuſſus de conſilio vicarij deſtinetur. Si tāgat vicarium ab
eis diſcuſſus modo idoneo nuncietur capitulo generali. ¶ Teneantur au
tem capitula prouincialia per obedientiaz ſcribere capitulo generali de
exceſſibus ⁊ inſufficientia miniſtri ⁊ de receptione inutilium per eundez
⁊ de ſtatu ⁊ cōi pace prouincie ſub eodē. ¶ Et cū de predictis inqrit mi
niſter exire de capitulo teneatur. Et ſi pax non fuerit: cāz ꝑturbatiōis ſcri

bant. Et ſciant φ ſm illa q̃ mittentur ꝓcedetur in capitulo generali. ¶ Ni
hil autem ſcribatur capitulo generali pro repetendo miniſtruꝫ vel cõmẽ-
dando ipſum a capitulo prouinciali. Poſſunt tamen ſcribere ſi quod ha
bent dicere contra eum. Idem modus teneatur contra cuſtodes ⁊ guar
dianos ad capitulum ꝓuinciale.

## ¶ De ijs que ſpectãt ad capitulũ generale. xi. capi.

Cum regula dicat φ generale capl'm fiat vbicũq; ⁊ qñcũq; a miniſtro generali fuerit ordinatuꝫ: ſtatuimus de volũtate generalis miniſtri ne vltra tres annos generale capl'm differatur: niſi generalis miniſter cuꝫ generali capitulo ꝓximo precedenti pro manifeſta neceſſitate duxerit prolongandum. ¶ Item propter labores fratrum compatiẽdos ordinamus φ generale capl'm alternatim citra montes ⁊ vltra de cetero celebretur in quacũq; prouincia vel loco miniſter generalis duxerit ordinãdum. ¶ Ad generale capl'm cõueniat miniſter quilibet cum vno tantum ſocio honeſto ⁊ cuſtos electus a cuſtodibus ⁊ vnus diſcretus a prouinciali capitulo electus. Ita φ cuſtos portet litteras teſtimoniales ſub ſigillis cuſtodũ. diſcretus vero ſub ſigillis miniſtri. cuſtodis. ⁊ guardiani loci in quo prefatum capl'm fuerit celebratum. ¶ Et ſi alterum iſtoꝝ mori vel infirmari contigerit ita φ nõ poſſit venire: alius cuſtos a cuſtodibus ⁊ alius diſcretus a cuſtodibus ⁊ diſcretis aliquibus vocatis a miniſtro eligatur. Si tamen aliquem ex predictis vel aliquos nõ venire cõtingat: nihil eoꝝ que per capl'm expedienda ſunt propter hoc omittatur. ¶ Si aliquẽ de venientibus ad capl'm generale contigerit manifeſte impediri ne veniat: teneantur fratres reliquũ aſſociare de loco ad locuꝫ donec ſocietas occurrerit opportuna. Idem de fratribus euntibꝰ pro confirmatione prouincialis miniſtri. ¶ Miniſter autem ꝓuincialis quando vadit ad capitulum generale vel alias extra prouinciaꝫ vel ſi infirmatur taliter φ nõ poſſit intereſſe capitulo: inſtituat vicarium de conſilio diſcretoꝝ. ¶ Vicarius ſic inſtitutus a miniſtro ſi miniſter in generali capitulo fuerit abſolutus vel ipſum mori contigerit: remaneat vicarius auctate miniſtri generalis ⁊ capituli generalis vſq; quo prouinciale capituluꝫ congregeẗ. ¶ Cuſtos ſimiliter cum ad capl'm generale vadit inſtituat vicarium in cuſtodia de aliquoꝝ ſue cuſtodie conſilio diſcretoꝝ. ¶ Si vero a principio inſtantis capl'i vſq; ad finem eiuſdem aliqui alij ad locũ capituli venerint: eis habitus per guardianũ loci vel eius vicarium auferatur: ⁊ a loco capl'i cum ꝓbationis caputio emittantur: quod debeant per octo dies portare. Et ſi guardianus vel eius vicarius talibus ſic nõ fecerit: vna die tantũ in pane ⁊ aqua ieiunet. Idem autẽ fiat venientibus ad prouinciale capitulũ nõ vocatis. Si q vero terminũ conſtitutum preuenerint: vna die tantum in pane ⁊ aqua ieiunent ſedentes in terra coram fratribus. ¶ Ordinamꝰ φ generalis capl'i diffinitores ſint miniſter ⁊ vnus ſubditus de qualibet prouincia in prouinciali capitulo ad hoc electus. Et dicimus hic ſubditos omnes ſub miniſtris prouincialibus conſtitutos: ſalua tamen gene

Quot capitula generalia ⁊ vbi debeãt fieri.

Mittẽdi ad capitulũ gñale.

¶ De ſubſtitutꝭ miniſtroꝝ vł cuſtodũ.

De accedẽtibꝰ ad capl'm non vocati.

Qui debeãt eẽ diffinitores ca. ge.

ralis miniſtri correctione.abſolutione.electione:que ſm regulā miniſtris ⁊ cuſtodib⁹ ꝯceduntur. In quo caplo miniſtri ſemper per ſe ſi preſentes fuerint vel per litteras ſi abſentes renūciare teneātur.Quoꝝ renūciatio a generali vel ab eo qui tenet capꝫ loco eius cū aſſenſu capituli ſi videbi tur admittaṫ.¶ In oibus aūt memorati capituli diffinitionibus ſentētia plurium indiſtincte preualeat ⁊ inuiolabiliter obſeruetur:nec ab ea aliqs appellare preſumat.¶ Porro fratres qui veniunt ad capitulum genera le q non occupantur in diffinitione negocioꝝ capituli quolibet die extra vigiliam ⁊ dominicam Pentecoſtes ſolemniter celebrent vnam miſſaꝫ virginis glorioſe.Quod etiam in capitulis prouincialibus celebrari vo lumus quando fieri poterit bono modo.¶ Congregati igitur miniſtri et dicti cuſtodes feria ſexta proxima ante feſtum Pentecoſtes ⁊ non plus quieſcant ⁊ deliberent inter ſe vſqꝫ mane diei ſequētis,Et tūc audita miſ ſa ingreſſi capitulum cantent hymnuꝫ. Ueni creator ſpiritus ⁊c̄, deinde verſus,Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabuntur ⁊c̄. Oratio. Deus qui corda fidelium.vſqꝫ per chriſtū dn̄ꝫ noſtrū.Reſpōſoriū Amen,Tunc littere cu ſtodiales cuſtodum miniſtro generali ⁊ prouincialibus preſentenṫ.Po ſtea tractent de ſtatu ⁊ correptione generalis miniſtri,hoc modo.¶ Mi niſter generalis in primis coram omnibus ſe accuſet:poſt hec egrediaṫ. Quo egreſſo:guardianus loci aſſumptis ſecum alijs de diſcretis fratri bus de conuentu dictos miniſtros cum cuſtodibus in conclaui recludāt: ita ꝙ nullatenus exire valeant:nec illis vllo modo aliqua alimenta mini ſtrentur donec prouiderint vt oportet circa ſtatuꝫ generalis miniſtri. Et ad hoc tam includentes quaꝫ incluſi firmiter teneantur, Ita ꝙ ſi aliquis contra fecerit excōmunicatus ſit ipſo facto. ¶ Proceſſus incluſoꝝ ſit ta lis. Miniſter prouincialis illius prouincie in qua capitulum celebraṫ vel ſi ipſe defuerit cuſtos illius prouincie electus a cuſtodibus ad generale capitulum requirat in publico a ſingulis per ordinem ſiquid habent dice re de exceſſibus ⁊ inſufficientia generalis miniſtri. Et ſinguli teneanṫ bo na fide manifeſtare ipſum de quibus reputauerint ipſuꝫ accuſandum.Et ſi alique accuſationes notabiles proponantur:dictus prouincialis mini ſter vel cuſtos cum cuſtodibus diſcretis quos ex preſentibus ſibi ſumet ad hoc:diligenter conſcribat.Quas poſtqꝫ conſcripſerint ⁊ mox in medi um retractauerint:eidem vocato audientia concedatur. Et eodem egreſ ſo iterum ſuper accuſationibus ⁊ excuſationibus communis collatio ha beatur.Qua per acta predicti diſquiſitores ſingulorum vota ſicut in ele ctione faciēda publice perquirant vtrum eis appareat dictum mini ſtrum generalem eſſe corrigendum tantum vel penitus amouendū. Qui bus conſcriptis ⁊ mox in mediam recitatis iuxta ſententiam maioris p̄ tis medietate omniū ad correctionem eius vel amotionem procedatur hoc modo.Si tantum corrigendus fuerit : per miniſtros ⁊ cuſtodes ibi dem continuo corrigatur.Si vero penitus fuerit amouendus : predicti tres diſquiſitores eidem reuocato ſeorſum ac ſecreto prius ſuadeant vo luntariam ceſſioneꝫ: ⁊ ſi in continenti non ceſſerit:habeatur nihilominus pro amoto:ac ſtatim ipſo foras egreſſo ⁊ oſtio vt prius firmiter obſera-

Expediēda in ca.ge.

De ſtatu corre ctiōe.mi.ge.

to:ad electionem alterius procedatur:ita vt in mane diei ſequentis habeat ordo aliũ generalem miniſtrum preſentem vel abſentem. ¶ Feria ſecunda Pentecoſtes mane cantent miſſam de ſancto ſpiritu. Qua cantata:intrent locum capituli ⁊ fiat ſermo fratribus in communi. Quo completo recitetur numerus fratrum defunctorum a tempore generalis capituli proximo precedenti:pro quibus dicatur pſalmus. De profundis. in fine. Requiem eternam ⁊c. Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem ⁊c. A porta inferi ⁊c. Requieſcãt in pace ⁊c. Domine exaudi orationem meam. ⁊c. Dominus vobiſcum. Oratio. Abſolue. ¶ Numerus autem defunctorum ibidem recitatus ad ſingulas prouincias deferaẗ: vt in ſingulis prouincialibus capitulis modo ſimili abſoluantur. Poſt hoc littere repreſentande repreſententur ⁊ recomendaticie in fine capituli legantur:⁊ reſpondeatur de quibus fuerit reſpondendum. Hic autem omnes qui non debent intereſſe capitulo exeant. ¶ Nullus religioſus alterius religionis vel profeſſionis, nulluſq; ſecularis cuiuſcunq; ordinis. dignitatis vel vite tractatibus capituli admittatur. Miſſi ad excuſandũ fratres qui non veniunt audiantur. Deinde fiat collatio ſuper hijs que de prouincijs ad capitulum ſunt tranſmiſſa:⁊ prouideatur per generalem miniſtrum ⁊ diffinitores de ſingulis vt oportet, de correctione corrigendorum ⁊ ordinatione ordinandorum. Et queratur diligenter qualiter regula ⁊ ſtatuta generalis capituli in ſingulis prouincijs fuerint cuſtodita. Prouideatur autem de lectoribus. predicatoribus. de mittendis inter ſarracenos ⁊ alios infideles, de mittendis de vna prouincia ad aliaʒ ad manendum. De nouis prouincijs capiendis ⁊ miniſtrationibus diſtinguendis ⁊ huiuſmodi. In fine aſſignetur locus in quo ſequens capitulũ celebretur. Et fiat communis confeſſio ⁊ abſolutio. perſeuerantibus benedictio, apoſtatis anathematiʒatio. Poſtea cantetur. Te deum laudamus. V. Confirma hoc deus. Oratio. Actiones noſtras. in fine per dominum noſtrum ieſum chriſtum ⁊c. Et ſimilis ſolemnitas in fine prouincialis capituli obſeruetur.

## ¶ De ſuffragijs defunctorum. xij. capitulũ.

IN principio ſtatuimus vt pro omnibus fratribus in ordine noſtro decedentibus quilibet ſacerdos niſi contingat eum labore vel itinere impediri qualibet hebdomoda celebret de mortuis vnaʒ miſſaʒ: excepto ꝙ infra octauas natiuitatis domini ⁊ epiphanie. In hebdomada maiori. In octauis reſurrectionis. pentecoſtes. aſſumptionis beate virginis. ⁊ beati franciſci poſſint miſſam que dici competit appropriare defunctis dicendo vnã orõneʒ ꝓ mortuis ſi miſſaʒ totam noluerit de mortuis celebrare. Ceteri vero frẽs clerici dicãt vnã vigiliã nouẽ lectionũ: laici vero centuʒ pater noſter. Et hec ſi omittantur in vna ſeptimana ſuppleri poſſint in alia: omnibus ſtatutis capitulorum prouincialium que ad hoc pertinent reuocatis. ¶ Ordinamus etiam ꝙ pro

Pro frĩbus.

fratribus noſtris ⁊ familiaribus defunctis quoꝝ recōmendatio facta fu-
erit in capitulo generali quilibet ſacerdos annuatim celebret vnā miſſaꝫ
de mortuis: quilibet frater clericus dicat quinquaginta pſalmos: qlibet

Pro cardiali.

frater laicus centum pater noſter. ¶ Ordinamus etiam vt pro cardinali
q in ordinis regimine deceſſerit a quolibet ſacerdote ordinis tres miſſe
de mortuis celebrentur: a quolibet clerico vnū pſalterium: a quolibet lai

Pro ge. mi. ⁊ euntib⁹ ad ca. ge. ⁊ ꝓcuratoꝝ ordinis.

co trecenta pater noſter. ¶ Pro generali miniſtro in officio decedente di
cantur a quolibet ſacerdote tres miſſe: a quolibet clerico vnum pſalteriū:
a quolibet laico trecenta pater noſter. Et pro illis qui vadūt ad capitulūꝫ
ge. ſi tūc ꝯtigerit eos mori vna miſſa dicat a quolibet ſacerdote: a quo
libet clerico. xl. pſalmi: a quolibet laico centuꝫ pater noſter. Et ſimiliter fi
iat ꝑ procuratore ordinis in curia in officio decedente. ¶ Officium ꝓ de-

Pro frib⁹ ⁊ benefactorib⁹.

functis fratribus ⁊ benefactoribus ter in anno ſolemniter celebretur ſcili
cet proxima die ante feſtum beate Marie magdalene ⁊ proxima die an
te feſtum ſancti michaelis ⁊ feria ſcda poſt dominicaꝫ ſeptuageſime. Cle
rici veſperas ⁊ vigiliam cum nouem lectionibus ⁊ miſſam canterit: laici

Pro parētib⁹

dicant centum pater noſter. ¶ Simile officium fiat pro patribus ⁊ matri
bus omnium fratrum vltimo die feriali in hebdomada ante aduentum.
Obitus domini Innocentij pape tertij. xiij. kalendas auguſti celebretur.
Obitus domini Gregorij pape noni. x. kalendas ſeptembris. Similiter
obitus domini Innocentij pape quarti. vij. idus decembris. Et in craſti-
no domini. S. cardinalis. Item obitus domini Alexandri pape quarti i
vigilia tranſlationis beati Franciſci celebretur. Obitus pie recordatiōis
Nicolai pape tertij in craſtino octauarum beate virginis ſolemniter ce-
lebretur.

## ¶ Expliciūt cōſtitutiones generales antique.

## ¶ Incipiūt cōſtitutiones tā papales q̄ꝫ genera les in conuentu barchinonenſi celebrate.

### ¶ Incipit prologus.

Quoniam dicit dominus per
prophetam bonū eſſe ⁊ iocundū habitare fratres in vnū:
placuit diuine ipſius altiſſimi clementie; vt fratres om-
nes regularem noſtri ſacri ordinis fratrum minorū obſ
uantiam in partibus ciſmontanis amplecti ⁊ in ea vi-
uere cupientes: ſub vna ꝓuiſione ⁊ generali vicario quo
ad omnes: ac ſub prouincialibus vicarijs quo ad ſingu
las ciſmontanaꝝ prouinciaꝝ vicarias: per felicis recordationis domini
quondam Eugenij pape. iiij. ordinationes ⁊ ſtatuta a quorūcunqꝫ eos in
feſtare ac perturbare volentium moleſtia in ſancte ⁊ regularis vite vnita-
te defenſi ⁊ muniti decetero permaneant. Voluitqꝫ idem dominus Eu-
genius ⁊ mandauit talia per ipſos fratres in ſua generali congregatiōe
capitulariter cōuenientes fieri ⁊ ordinari ſtatuta; per que in ſue ſancte ꝓ-

feſſionis ⁊ regule puritate ſecluſis ↄſciaꝝ ſtimulis poſſent abſq; pericu-
lo in pace ⁊ leticia dño dſeruire. ¶ Sciſſim⁹ quoq; dñs nr̃ Nicola⁹. v. pa
pa modern⁹ ſup hmõi etiã ordinatiõib⁹ faciẽdis per qõdã ſue ſcitatis
breue pñs plenũ fauorib⁹ in vltima nr̃a ↄgregatiõe generali lectũ ⁊ pu-
blicatũ mãdatũ ↄſimiliter ⁊ auc̃tatẽ ↄceſſit. ¶ Qua ꝑpter nos vicarius
ꝓuincialis Frãcie in hac generali ↄgregatione vacãte generalis vicaria
tus officio auc̃te ap̃lica p̃ſidens: ceteriq; vicarij ꝓuinciales cuſtodes ⁊ di
ſcreti iuxta ordinationẽ p̃fati dñi eugenij ãno dñi. Mccccli. in ↄuẽtu btẽ
marie de ieſus apud barchinonã ꝓuincie aragonie capl'ariter ↄgregati:
ſtatutoꝝ tam ap̃l'icoꝝ q̃ ordinis numeroſitatẽ ſimul in vnũ ↄpegim⁹:
multiſq; ex eiſdẽ nobis ꝓ nũc min⁹ neceſſarijs omiſſis: qbuſdã ꝑmuta-
tis ⁊ abbreuiatis: nõ nulla etiã lʒ pauca q̃ nobis videbãt accõmoda ad-
iecim⁹: ꝓut p̃ñtiũ tenor elucidat quẽ p̃ciſe reuocatis alijs oĩb⁹ p̃ñtibus
nõ inſertis volum⁹ ⁊ ſtatuim⁹ a frĩbus oĩbus nr̃i vicariat⁹ ⁊ familie dce
tero firmiter obſeruãdũ. Nolum⁹ tñ per hec q̃cũq; ſtatuta frẽs ad pecca
ti vinculũ aſtringere: niſi ad ip̃m per r'lam vel aliud ius diuinũ vel hũa-
nũ fuerint quo ad aliqua in ip̃is ſtatutis ↄtenta alias obligati. Quemq-
dem ſtatutoꝝ tenorẽ in nouẽ tm̃ capl'a annotata inferius duxim⁹ diſtin
guendũ. ¶ De nouicioꝝ receptiõe ⁊ inſtructione. i. ca. ¶ De diuino offi-
cio orõne ⁊ ſilencio. ij. ca. ¶ De obſeruãtia paupꝫtatis. iij. ca. ¶ De modo
interius ↄuerſandi. iiij. ca. ¶ De modo exteri⁹ exeũdi. v. ca. ¶ De corre-
ctione delinquẽtiũ. vi. ca. ¶ De electiõibus ⁊ inſtitutiõib⁹ officiariorum
vij. ca. ¶ De capl'is fratrũ. viij. ca. ¶ De ſuffragijs defunctoꝝ. ix. ca.

constituciones de barcelona ano 1451

## ¶ Incipit capitulũ. i. de nouiciorum receptiõe ⁊ eorum inſtructione.

Recipiẽdoꝝ ↄditiones.

STatuimus in primis q̃ qui
venientẽ ad ordinem nr̃m debet in fratrẽ recipere: di-
ligenter inquirat ⁊ attendat ſollicite: q̃ recipiendus (
vt docet regula) ſit fidelis ⁊ catholic⁹. de nullo errore
ſuſpect⁹. mr̃imonio nõ ligatus. corp̃e ſan⁹. aĩo ꝓm-
ptus legitime natus. debitis expeditus. ↄditiõe liber
etatis attingẽs ſedecim ãnoꝝ ad min⁹ nulla vulgari infamia maculat⁹
ↄpetẽter lr̃at⁹ vel ad labores frĩbus honeſtos ⁊ vtiles apt⁹ aut talis cõ
ditionis exñs: q̃ ei⁹ receptio clero ⁊ ppl'o nõ modicã edificationẽ affer-
ret: ſi qs ãt aliter recept⁹ fuerit: nõ admittat ad ꝓfeſſionẽ ſine gñal' vel ꝓ
uincialis vicarij lr̃ia ſpãli cum ↄſilio diſcretoꝝ. ¶ Porro laici nõ recipi

De laicis.

ant ad ordinẽ abſq; lr̃ia gñalis vicarij: ⁊ null⁹ ꝓ laico recipiat oĩno citra
vigeſimũ ãnũ nec vltra q̃drageſimũ niſi eẽt pſona multũ notabilis vel
inſignis de cui⁹ receptiõe eẽt edificatio magna i ppl'o ⁊ in clero. ¶ Nec
aliqs de laicatu ad clericatũ aſcẽdat ſine aſſenſu capl'i gñalis. ¶ Si aũt
(iuxta qd r'la ↄcedit) vicari⁹ cũ aliqb⁹ clericis vel laicis diſpẽſaret vt ꝓ
batiõis capuciũ minime portarẽt: fiat eis tũc iuridica ꝓteſtatatio per il-
los qui eos recipiũt: q̃ ex tali ↄceſſiõe hitus ꝓfeſſoꝝ nullũ ius acqrẽt in

De ꝓbatiõis caputio.

ordine ꝗuis annus ꝓbationis trãſierit: donec exꝑſſam ꝓfeſſionẽ fecerit

*Prohibitio recipiẽdi alterius ordinis profeſſores.*

iuxta nr̃i ordinis iſtituta. ¶ Inhibemꝰ etiã ꝙ nullꝰ ꝓfeſſus in ordine mẽdicãtiũ ad nr̃m ordinẽ recipiat̃: ꝙ ſi ſecꝰ factũ fuerit: hmõi receptio irrita ſit ⁊ inanis. Nec de nõ mẽdicãtibꝰ aliqs recipiat̃: niſi priꝰ a ſuo ſupiori lr̃ia poſtulata. ¶ BONIFACIUS papa. viij. Uolẽtes vr̃o

*Facultas īgredientes abſoluendi acẽſuris*

aggregari ꝯſortio: q ſuſpẽſiõis aut interdicti vel excõicatiõis ſentẽtijs a iure vel a iudice gñal̃r ſũt ligati abſolutiõis bñficiũ obſuata forma canonica iptiri: ipoſqꝫ in frẽs recipe: ac eos q poſt aſſũptũ hitũ vel ꝓfeſſionẽꝫ emiſſã recoluerint ſe talibꝰ in ſclo fuiſſe ſentẽtijs inodatos ſꝫ formã ipaꝫ vos gñal̃ ⁊ ꝓuiciales miniſtri ac ꝑfati cuſtodes vel vices vr̃as gerẽtes valeat; abſoluere ⁊ cũ eis in irregularitatibꝰ diſpẽſare: ſi talibꝰ forſã fuerint inodati ſentẽtijs: vel in locis iterdicto ſuppoſit; diuina ꝑſũpſiſſent officia celebrare vel ordines recipe. Ita tñ: ꝙ ſi aliq ex eiſdẽ hmõi ſentẽtijs pp debitũ ſint aſtricti: eiſdẽ ſatiſfaciãt ꝓut tenent̃. ¶ Uolumꝰ nihilominꝰ: ꝙ volẽtes hmõi vr̃o aggregari ꝯſortio niſi inos poſtqꝫ fuerit abſoluti ordinẽ vr̃m itrauerint: etiã ſi ad hoc iducie a plat; eiuſdẽ ordinis ꝯcederẽt̃: eo ipo in ꝑſtinas ſñias a qbꝰ eos abſolui ꝯtigerit: relabantur.

*Receptõ ad ꝓfeſſionẽ ⁊ recipiẽdoꝝ ꝯditiones.*

CAPL. GG. ¶ Cõpleto vͦo ãno ꝓbatiõis: ſi nouicij a fribꝰ cũ qbꝰ fuerit ꝯuerſati hẽant laudabile teſtimoniũ: de gñalis vel ꝓuicial̃ vicariũ lr̃ia a ſuis cuſtodibꝰ vel guardianis ad ꝓfeſſionẽ recipi pñt. Quilibet ãt nouiciꝰ cũ ad ꝓfeſſionẽꝫ recipit̃ faciat i hũc modũ. Ego frater. N. voueo ⁊ ꝓmitto deo ⁊ btẽ marie vͥgini ⁊ btõ frãciſco ⁊ oibꝰ ſcis ⁊ tibi pr̃: toto tpe vite mee ſuare r̃lam frũm minoꝝ ꝑ dñm honoriũ papã ꝯfirmataꝫ: viuẽdo in obia ſine ꝓpo ⁊ in caſtitate. Et q eũ recipit: ꝓmittat ei (ſi hec obſeruauerit) vitã eẽnã. Et hec receptio fiat in caplo vel alibi corã fribꝰ ꝯgregat;. ¶ Hmõi ãt nouicij ãte ꝓfeſſionẽ ſint ex probati oino: ⁊ nihil ꝓ ſe in teſtõ vel alias faciãt reſuari. Si ãt ꝯuerſatio alicuiꝰ nouicij fuerit dubia apud frẽs: eiꝰ ad ꝓfeſſionẽ receptio ꝓuiciali vicario penitꝰ reſuet̃. ¶ Nullꝰ ãt nouiciꝰ ꝓ clerico ad ꝓfeſſionẽ recipiat̃: niſi totũ diuĩu officiũ ſciat dicere ꝑ ſe ipꝫ. Illi vͦo qiã ſũt recepti vl̃ i poſteꝝ ꝯ pñtẽ ordinatõeꝫ ꝯtigerit recipi: nõ ꝓmoueãt̃ ad ordines ſacros nec mittãt̃ ad ſtudia nec ad aliquã ꝑſidẽtiã aſſumãt̃ ãteqꝫ ꝑfecte ſciuerint diuinũ officiũ: vt eſt dictũ. ¶ Si qs vͦo cuſtos vel guardianꝰ aliquẽ ꝑdicta neſciẽtẽ ad ꝓfeſſionẽ recipe vel ad ordines ſacros ꝓmoueri facere ꝑſũpſerit: puniat̃ grauit̃ ꝑ vicariũ.

*De magr̃o ⁊ legibꝰ a nouicijs obſuãdis*

¶ Inſup ordinamꝰ ꝙ in quolibet ꝯuẽtu aſſignet̃ ꝑ tabulã ꝓuincial̃ ꝯgregatiõis magr̃ nouicioꝝ: ⁊ aliꝰ vel idẽ magr̃ iuuenũ vigeſimũ quĩtũ ãnũ nõdũ attingẽtiũ: vir. ſ. maturꝰ, diſcretꝰ ⁊ deuotꝰ: qui ſup ipoꝝ curã inuigilet diligẽter. ¶ Hmõi ãt nouicij ſue ꝓbatiõis tpe ſtudio ſcholaſtico nõ intẽdãt: ſꝫ diuinũ adiſcẽtes officiũ: ſtudio deuotiõis ⁊ orõnis vigilãter inſiſtãt. ¶ Nec ordines ſacros ſuſcipiãt nec ꝯfeſſiões audiãt ſi fuerint ſacerdotes: nec portã ꝯuẽtꝰ exeãt: niſi cã trãſlatiõis vel gñal̃ ꝓceſſiõis vel emergẽtis neceſſitatis vel alia iuſta ⁊ rõnabili cã: q̃ ꝑ guardianũ cũ diſcretis vel maiori pte eorũdẽ extiterit iudicata. ¶ Nec lr̃as mittãt vel recipiãt ſine ſui magr̃i ſcitu ⁊ lr̃ia ſpãli. ¶ Nec loquãt̃ cũ aliqua ſclari pſona niſi ſuo pñte magr̃o aut alio ꝑ ſuũ magr̃m aut guardianuꝫ

ad hoc ſpāliter deputato. ¶ Caueant āt guardiani ꝛ ipoꝝ nouicioꝝ magiſtri ac frēs aliȷ: neq̄ eū q̄ ꝓſtitutū infra ꝓbatiōis ānū aliq̄ten⁹ ipedire p̄ſumāt: quo min⁹ ad aliā religionē quā maluerit trāſeat vel oīno adſeculū redeat: ſicut de ſua ꝓceſſerit voluntate.

## ¶ Secundū ca. De diuino officio orne ꝛ ſilentio.

STatuim⁹ ꝛ ordinam⁹: q̄ ante horaꝝ ꝛ miſſarū ꝑncipia frēs oēs quos cā rōnalis non excuſat: ad choꝝ ꝯueniāt p̄paraturi dn̄o corda ſua: ibiq̄ ſine diſcurſu murmure: riſu ꝛ abſq̄ vagis ꝛ vanis aſpectib⁹ ſub ſilētio in pace ꝛ cū debita grauitate ꝑmaneant: cātent ꝛ orēt ꝛ vſq̄ in finē vnanimit̄ ꝑſeuerēt. ¶ Hortamurq̄ in dn̄o: vt diuinas laudes itegre ꝛ attēte honeſte atq̄ religioſe pſoluāt: geſt⁹ leues ꝛ cant⁹ diſſolutos ſeu fractos oīno declinēt: tractiꝫ pſallāt debito more incepta que ſimul cantāda fuerint ſimul ꝯtinuēt ſimulq̄ pauſent: ꝛ qui in his defectuoſi fuerint grauiter puniāt̄. ¶ De legēdo aūt ſine nota in aliq̄b⁹ ꝯuētibus ſeu locis fiat ſm̄ diſpoſitionē p̄latoꝝ. ¶ Monemus quoq̄ frēs oēs: vt ꝯgruis horis in ſancte deuotiōis ꝛ priuate etiā orōnis ſtudio ſe exercere conētur. Jdcirco ne deuotionis feruor ꝑ inquietudinem multiloq̄ȷ extinguat̄ ſtatuimus: q̄ ſilentiū a dicto ꝯpletorio vſq̄ ad primā pulſationē hore prime diei ſequentis ab oibus obſeruet̄: exceptiꝫ hoſpitib⁹ de nouo venientib⁹ ꝛ eis miniſtrātib⁹ vel aſſiſtentibus de licētia guardiani. ¶ Sileat̄ āt in clauſtro, in choro, in eccleſia a principio chori ꝛ ſupra ꝛ in refectorio tam in prima menſa q̄ in ſcd̄a: ꝛ hec non ſolum a reſidētib⁹ ſꝫ etiā a forenſib⁹ ſuet̄. ¶ Jn locis āt vbi frēs nō hn̄t officinas diſtinctas: loca diſtincta ꝛ ꝯmoda ab imediatiꝫ ſupiorib⁹ eorūdē locoꝝ aſſignēt̄: vbi frēs ſileant ꝛ vbi poſſint loq̄ aliȷs dū oportet. ¶ Silr̄ hora dormitiōis a feſto reſurrectiōis dn̄i vſq̄ ad feſtū exaltatiōis ſcē cruciꝫ q̄libet die poſt ſcd̄aꝫ mēſā pulſet̄ cāpanella refectorȷ: ꝛ extūc ſileat̄ vſq̄ ad nonā. ¶ Jn dieb⁹ v̄o ieiunioꝝ ſilī mō a pulſata cāpanella poſt menſam ſcd̄aꝫ ſilentiū obſeruet̄: donec fiat ſignū ad ſurgendū a ſomno ſm̄ ſpaciū a guardiano ꝓuide aſſignādū. Liceat tn̄ frib⁹ q̄ neceſſe eſt loq̄ breuiter ꝛ ſubmiſſe. ¶ Si q̄s āt ſilentiū fregerit: debeat in capl̄o dicere culpaꝫ ſuā: cā ꝓut ſe in hoc deliq̄ſſe meminerit exp̄mendo: cui a guardiano abſtinētia a vino aut alia pn̄ia ſm̄ culpe exigentiā iponat̄. ¶ Hortamur etiā vt frēs aſſueſcant vbiq̄ religioſe ſine clamore loq̄ ꝛ marie in dormitorio. ¶ Et vt ſtudio orōnis maior p̄ſtet̄ occaſio: volum⁹ q̄ ſingul' dieb⁹ a dicto ꝯpletorio frēs oēs p̄ter infirmos ꝛ forenſes ac eis ſuientes īfra ſpaciū ꝯp̄hendens eccliaꝫ ſeu oratoriū clauſtrū: librariā: dormitoriū ꝛ ſecrete neceſſitatis locū vſq̄ ad ꝑmū ſignū ꝑme diei ſeq̄ntiꝫ ſe recolligāt ꝛ includāt. Ubi tn̄ hoc bono mō obſuari nō poſſet: fiat ſup hoc q̄ vicari⁹ ꝓuincialis duxerit diſponendū. ¶ Silr̄ ei⁹ relinq̄t̄ diſpoſitioni de cellarū dormitorȷ aptionib⁹ vel clauſuris.

Quō frēs ad choꝝ ꝯueniāt.

De orone ꝛ ſilentio.

## ¶ De obſeruātia paupertatis. Ca. iij.

De q̄litate habitus.

CUm regula dicat ꝙ fratres
oēs veſtimēt; vilibꝰ induāt̄ ꝑut in ſtatuto ſcī bonauētu-
re ꝯtinet̄: ſtatuimꝰ ⁊ ordinamꝰ: vt veſtimētoꝝ vilitas at-
tēdat̄ in p̄cio pariter ⁊ colore. In oibꝰ āt q̄ ad hitū fratruꝫ
ſpectāt: ad imitationē patrū nr̄oꝝ ſemꝑ in veſtimēt; reluceat aſpitas. vi
litas ⁊ pauptas. ¶ Ad maiorē aūt vniformitatē inter nos ꝯſeruādaꝫ or-
dinamꝰ: ꝙ latitudo capucij hitꝰ nr̄i nō trāſeat a lateribꝰ conū iūcture hu
meroꝝ: ⁊ ꝙ lōgitudo ipiꝰ capucij apte poſteriori cingulū nō excedat. lō
gitudo v̄o hitꝰ talis ſit: ꝙ fr̄is ipm̄ deferētis nullo mō excedat mēſurā:
latitudo āt ſedeciꝫ palmoꝝ nō ꝑtēdat̄ ad plus: nec minꝰ q̄ꝫ q̄ttuorde-
cim palmos hēat: niſi notabil' corpulētia alicuiꝰ in latitudinē āpliꝰ req-
rat iudicio guardiani. Lōgitudo āt manicaꝝ ꝯcooꝑiat extremā iūcturam
manuū: nec vltra ꝑtēdat̄. Pānꝰ v̄o hituū ſit colori; cinerei: vt freq̄ntius
i nr̄is cap̄lis d̄claratū extitit. ¶ Mātellos v̄o de pāno vili ⁊ hūili frēs ha

De mantellis.

beāt: nō rugatos circa colū vel criſpos nec vſq; ad terrā ꝑ integrū ſaltē
palmū ꝑtēſos. ¶ Nec; dormiāt vnq̄ꝫ frēs ſine hitu femoralibꝰ ⁊ corda

De exceſſibus in dormitione ⁊ alias.

niſi manifeſta neceſſitate vel infirmitate cogāt̄. Et q̄cūq; reptꝰ fuerit iace
re ſine hitu: in t̄ra corā frībꝰ ſine hitu in ſeq̄nti prādio comedat. ¶ Vica
rij ⁊ cuſtodes ac guardiani grauit̄ puniāt illos q̄ vitioſi fuerint nō cogē
te neceſſitate portare capitegia ſeu ſudaria circa collū ⁊ almucia alba ſi-
ue rubea ſiue de pāno vel de tela. ¶ Itē frēs ſani in dormitorio culcitr;
linteaminibꝰ ac puluinaribꝰ d̄ pluma nō vtāt̄. Cingulū hēat̄ corda cōis

De corda calcamētis ⁊ tonſura.

⁊ rudis ⁊ oīs curioſitas ab ea penitꝰ reſcindat̄. ¶ Habeāt̄ q̄ꝫ calciamē-
ta de corio in cōi. tm̄ ꝑ miſſis celebrādis: ⁊ frēs occaſiōe miſſarū ⁊ non
alias ſine vicarij ꝓuincial' cuſtodis vel guardiani lnia calciēt̄ iuxta r̄laꝫ
⁊ declarationē papalē. ¶ Tōſurā deſuꝑ aures tā clerici q̄ꝫ laici ſibi fieri
ꝓcurēt. Ad q̄ndenā āt ſemꝑ oēs radāt̄: ⁊ ſit tōſura cl'icoꝝ nō modica vt
decet religioſos. ſ. vt inter ipam ⁊ aures nō ſint plꝰ q̄ꝫ tres digiti. ¶ Pre

Vt legāt̄ d̄clarationes Nico. ⁊ Cle.

terea cū r̄l'a dicat: ꝙ frēs nō recipiāt pecuniā ꝑ ſe vel ꝑ interpoſitā ꝑſo-
nā: ⁊ q̄liter hoc intelligi debeat ꝑ duos ſūmos pōtifices. ſ. nicolaū. iij. ⁊
clemētē. v. apte fuerit declaratū: ordinamꝰ vt hoc meliꝰ obſeruet̄: ꝙ de-
clarationes p̄dicte q̄tū ad iſtū articulū ⁊ alia q̄ ꝑtinēt ad obſeruātiā pau
ꝑtatis: q̄ter in āno: ⁊ ipe declarationes bis ad minꝰ ꝑ integrū i āno legā-

Vt nō d̄ponat̄ pecūia nec portet̄ a fribꝰ.

tur ne ignorātia ſit ipis fribꝰ occaſio delinq̄ndi. ¶ Nullꝰ frater q̄cūq; ex
cā pecuniā apud aliquē deponi ſuſtineat vel ꝯſuari ſine lnia ſpāli ⁊ ſem
ꝑ cū ꝯſcia guardiani. Et nulli ꝯcedat̄ niſi ꝓ neceſſitate p̄nti vel de ꝓxi
mo iminēti. ¶ Quicūq; frat̄ pecuniā ſuꝑ ſe portauerit vl' manu ꝓpria cō
trectauerit vel in cella retinuerit: pena ꝓprietarij puniat̄. Si v̄o ſcda vi-
ce reptꝰ fuerit pecuniā ſuꝑ ſe portaſſe vl' manu ꝓpa ꝯtrectaſſe: pena car
ceris puniat̄. ¶ Pena etiā ꝓprietarij puniāt̄ frēs illi q̄ ſine ſui ſupioris
lnia libros ſibi ꝯceſſos vel alia q̄cūq; extra ꝯuētū vel locū frūꝫ deponūt
⁊ a ſecl'aribꝰ faciūt ꝯſuari. ¶ Caueāt guardiani ⁊ frēs alij ne ſe vl' locū ali-

De debit; non ꝯtrahendis.

quē i debita oneroſa inducāt vel induci ꝑmittāt abſq; vicarij ꝓuincial' cō
ſilio ⁊ aſſenſu: ⁊ de his debit; i q̄libet ꝓuinciali ca. ꝑgrat̄. Ceteruꝫ ꝓ edifi
cijs ꝯſtruēdis locis mutādis vel āpliādis aut ꝓ libris ſcribēdis vl' emē

dis debita fieri ꝓhibem⁹:niſi vicari⁹ ꝓuincialis d̄ diſcretoꝝ ꝯſilio ex cā
rōnabili viderit diſpēſandū.¶ Inſuꝑ frēs nō hēant nec mutuēt vaſa au-
rea vel argentea vel vtanť eiſdē vel alijs iocalib⁹ ꝑcioſis:⁊ qcūqꝫ ꝯfece-
rit habitis expolieť ⁊ de mutuatis nihilomin⁹ puniať ad arbitriū vica-
rioꝝ.¶ Eccl'ias etiā ⁊ alia edificia q̄ exceſſiua merito debeāt reputari:fie-
ri decetero firmiter ꝓhibem⁹.¶ Paramēta qꝫ ⁊ vaſa eccl'iaſtica decētia
in numero ⁊ magnitudine ⁊ ſufficientia ꝯpetēti a fribus hēanť:⁊ in his
ſupiores vigilēt vt oīs ſuperfluitas euiteť.¶ Nullū etiā ſūptuoſū vl' no
tabile edificiū ꝯſtruať vl' deſtruať ſine lnia ⁊ diſpēſatiōe vicarij ꝓuincial'.
Et q ꝯtrariū fecerit vel ꝯſuluerit:ꝑ vicariū ꝓuincialē de loco irreuocabi
liter expellať ⁊ alijs penis grauib⁹ puniať. Cuſtos vo ꝑdictū exceſſū ſta-
tim denūciare debeat ꝓuinciali vicario.¶ Itē frēs nullā lrām vel inſtru-
mētū ꝯfici ꝑmittāt in qb⁹ ꝓteſtēť ſe pecuniā recepiſſe. ꝯſit tñ vbo vel
ſcripto dicere:tātā qn̄titatē:pecunie datā vel legatā ꝓ ſua necītate vl' vti
litate ab aliq̄ ꝑſona eē acepta:⁊ ſibi plenarie ſatiſfactū.¶ Libri frūm dece
dētiū illoꝝ erūt ꝯuentuū ſeu locorū a qb⁹ vel in quoꝝ terminis hiti ſunt
vel acqſiti. Et ſi ſuper ijs dubiū in poſteꝝ oriať:illud fiat ꝙ vicari⁹ ꝓui-
alis in ſua ꝓuinciali ꝯgregatiōe iudicauerit faciendū.¶ Et ꝓ ipoꝝ libro-
rū ꝯſuatiōe volum⁹ ꝙ libri ꝯuentuū regiſtrēť ⁊ ānis ſingul' regiſtra de
ipis ꝯfecta corā ꝯuentu legāť ſeu renouēť.¶ Diſtribuāť āt libri hmōi ꝑ
guardianū de aſſenſu ꝯuent⁹ ⁊ lnia ꝓuincial' vicarij:⁊ cedulā ſemꝑ reci
piāt ab eis qb⁹ fuerint diſtributi.¶ Caueāt frēs ꝓ poſſe ab oī ſcādalo cle
ricoꝝ ⁊ irreuerētia ꝑlatoꝝ ⁊ tpe gn̄alis interdicti ſm formā dn̄i clemen
tis.v.mricib⁹ eccl'ijs ſe ꝯformēt.¶ Ordinat ca. gn̄ale:ꝙ frēs d̄ ijs fune-
ralib⁹ q̄ rōne qui apud eos ſepeliūť obuenerint libere curatꝫ exhibeant
canonicā portionē:⁊ ſūmo ſtudio caueāt:ne occaſiōe canonice portiōis
in romana curia vel alibi lites moueāt cum curatis.

De iocalib⁹ ꝑcioſis edificijs ⁊ pamētis eccleſiaſticis.

De lra ꝓteſtatoria receptionis pecunie.

De libris decedentiū fratruꝫ

De reuerentia ⁊ cōformitate cum clericis.

## ¶ De modo interius conuerſandi. quartū.ca.

De ieiunio.

Dom ſecundū regulam tenea
mur duas q̄drageſimas ieiunare ⁊ inter media ſuadeať
cū bn̄dictiōe dei:ex hui⁹ bn̄dictiōis amore ſtatuim⁹:ꝙ ta
li hora comedāt frēs:ꝙ q volūt ieiunare nō grauēť.ſ. ho
ra.vi.¶ Obſecrat tñ gn̄alis ꝯgregatio:ꝙ oēs frēs in ipſa q̄drageſima i
termedia.ſ.bti frāciſci i ꝯuētu ſint vna refectōe ꝯtēti:ad amouēdas ml'
tas deordinatiōes ⁊ ad obtinēdā bn̄dictionē ꝑfnā:exceptꝫ minutis de-
bilib⁹ ⁊ infirmis.¶ Aplo'ꝝ ieiunēť vigilie int⁹ ⁊ extra:btōꝝ philippi ⁊ ia
cobi ioānis euāgeliſte ⁊ barnabe tm̄ exceptꝫ. Vigilia bartholomei ieiu-
neť:⁊ feſtū fiat ſm modū pfie. Vigilia bti frāciſci ieiuneť.¶ Ieiunia rl'e
in cibo q̄drageſimali ſueť:niſi aliqn̄ vicario ꝓuinciali qn̄tū ad aliq̄s co-
uēt⁹ ſeu loca aliud videať de ꝯſilio diſcretoꝝ.¶ Circa eſū carniū frēs tē-
perate ſe hēant:⁊ de ſero in locꝫ ſuis nullo tpe carnes comedāt:exceptꝫ in
firmis hoſpitib⁹ de nouo veniētib⁹:⁊ niſi ex cā rōnabili aliqn̄ ſupior vi-
derit diſpēſādū.¶ De nō comedēdo āt carnes in refectorio ac in nōnull'
feſtiuitatib⁹ ꝑ ānū occurrētib⁹ teneat q̄libet ꝓuīcia ⁊ ꝯuēt⁹ ſuā ꝯſuetudi

De eſu carniū ⁊ alijs circa cibuꝫ neceſſarijs

nẽ: vel faciat ſup hoc iuxta ſuoꝝ pñidẽtiũ diſpoſitionẽ. ¶ Rurſꝰ ordina-
mꝰ: ꝙ vicarij, cuſtodes, guardiani ac coꝝ vicarij ſint cũ fribꝰ in ꝯuẽtu. i
eccłia ꝛ i mẽſa cib, veſtibꝰ ꝛ lectꝫ q̃ꝺdiu fortes ꝛ ſani fuerit: eiſdẽ fribꝰ ſe cõ
formẽt. ¶ Ordinamꝰ etiã ꝙ vicarij ꝛ cuſtodes ſollicitã curã gerãt: ꝙ de
elemoſynis ꝛ rebꝰ alijs q̃ obuenerint ꝯuẽtibꝰ ꝑ guardianũ ꝓuideat mo
derate iuxta elemoſynaꝝ ꝛ obuẽtionũ hmõi q̃ntitatẽ in cõi: ne frẽs ipi ꝓ-
pter defectũ cõis ꝛ ſufficiẽtꝫ victꝰ ſeorſũ comedere: ac ꝑticularit ꝛ iordi-
nate vite neceſſaria ſibi ꝓcurare cogãt. ¶ Dicti ãt guardiani diligẽter ca
ueãt: ne ſine pia ꝛ rõnabili cã. dent fribꝰ extra cõitatẽ lniam comedẽdi.

ORDINATUM eſt primo: ꝙ feſta minora in nō duplicibus occurrētia q̄ ꝯmemoratione tm̄ celebrabāt: dinceps feſta. ix. lectio nū fiant. Qd̄ antea de occurrētib⁹ in duplicib⁹ in ca. andomari celebra to fuerat ordinatum.

¶ITEM fuit ordinatū: ꝙ de vtroqꝫ feſto ſcē crucꝫ fiat duplex min⁹.

¶ITEM ꝙ ꝯmemoratiōes ſcōꝝ nr̄i ordinis dicant ſub vna aña. ſ. En vernāt ⁊ rutilant ⁊c̄.

¶ITEM ꝙ ꝓnunciatio calendarij vel martyrologij ꝓ feſto ſci Bernardini ſeruetur ſub hac forma. In aq̄la ciuitate italie depoſitio ſancti Bernardini ꝯfeſſoris ordinis fratrū minoꝝ.

¶In ca. ge. anno dn̄i. Mcccclxi. in ꝯuentu ſalamā tino ꝓuincie ſancti iacobi celebrato.

STATUTUM fuit pmo: ꝙ feſtū viſitatiōis gl'oſe v̄ginis ma rie celebret cū octauis ſicut ⁊ natiuitatis eiuſdē feſtū: ⁊ ꝙ octaua apl'oꝝ die ſuo celebretur: qd̄ etiā in ca. toloſano ante fuerat ordinatum li cet non ita abſolute.

¶ITEM ꝙ feſtū trāſfiguratiōis dn̄i qd̄ a Calixto. iij. nouiter fuerat i ſtitutum: ſub duplici maiori die. vi. auguſti celebret: ⁊ ꝓpter vniformita tem ſeruādam: officium a ſūmo pontifice ordinatum dicatur: quod ha bet pro capl'o ſaluatorem expectamus ⁊ pro hymno. Gaude mater pie tatis ⁊c̄.

¶ITEM ꝙ feſtū ſci ioſeph ſpōſi v̄gis marie. xix. die martij celebret.

¶ITEM ꝙ feſtum ſancti vincentij ordinis predicatoꝝ. v. die aprilis ſolēne ſimplex recolatur

¶ITEM ꝙ feſtum ſancti nicolai de tolentino ordinis eremitarū ſan cti auguſtini decimo die ſeptembris ſicut de ꝯfeſſore non pōtifice ſub ſo lemni ſimplici celebretur. Cum iſtud idem fiat quo ad feſta predicta in curia romana, italia ⁊ hiſpania.

¶In ca. ge. in ꝯuentu montis lucij ꝓuincie Burgundie celebrato anno dn̄i. Mcccclxvij.

PRIMO ordinatū eſt: ꝙ feſtū ſancte agnetis. ij. ſi in dn̄ica vene rit etiā ſi nō ſit primo ponēda trāſferat in ſecūdā feriā ⁊ fiat d dn̄i ca: qd̄ non ſic erit de ſancto euſtachio.

¶ITEM ꝙ i feſtis ſancte felicitatis ⁊ ſancte ſabine aliarūqꝫ viduaruꝫ ⁊ martyrū fiat officiū totaliter ſicut de vna vidua: excepto ꝙ primū R̄ñ. ſ. Ueni ſpōſa chriſti ⁊c̄. ⁊ octauū. ſ. regnū mundi dicātur.

De ſufragijs q̄ fiūt in veſpis ⁊ matutis

De feſto duplici minꝰ cum maiori quomodo eſt fiendum

Nota de feſto ſti nichol. de tolentino

De ſto euſtachio

¶ In ca. ge. in ꝯuentu palenzuele ꝓuincie caſtelle anno dñi. Mcccclxx. celebrato.

ORDINATUM est illa dbere intelligi feſta localia q̄ frēs celebrare ex rubrica tenētur: q̄ ꝫ ſi in calēdario romano nō habeāt tñ in aliq̄bus terris vel locis generaliter a clero ꝫ populo ex ꝑcepto eccleſie cōiter celebrātur. De talibus .n. debet fieri feſtum ſolemne tantū ꝫ eo die quo cadit.

¶ In capitulo generali in conuentu Baſilee prouincie argentine anno dñi. Mcccclxxij. celebrato.

ORDINATUM est primo: q̄ in feria.iiij. cinerum ſemper fiat de ipſa feria: ꝫ ſi eadē die occurrat feſtū duplex iuxta ordinatiōē dñi clementis pape.vi.

quomodo fiendū eſt de feria in q̄r temporibꝫ aduentus comprehenſa q̄nta feria

¶ ITEM q̄ in aduentu domini ſemper in quattuor temporibus fiat de feria comprehenſa etiam quinta feria: pro eo q̄ rubrica de reſponſorijs hoc videtur innuere. Excipitur feſtum expectationis virginis Marie in prouincijs vbi celebratur ꝫ feſtum ſancti thome apoſtoli: que feſta etiam ſi in quattuor tēporibus venerint ſuis dieb⁹ celebrātur. In alijs aūt diebus etiam ſi laudes habeant ꝓprias poſſint feſta retro dimiſſa collocari ſeu transferri.

¶ In capitulo generali celebrato in conuentu montis lucij ꝓuincie Burgundie āno dñi. Mcccclxxxi.

ORDINATUM est auctoritate apoſtolica: q̄ feſtum quinq̄ fratrum ſacri noſtri ordinis minorū apud marrochiū pro fidei defenſione martyrio coronatorum duplex maius per totam familiā celebretur .xvi. die Januarij videlicet die ſancti marcelli pape: ꝫ q̄ fiat officium de cōmuni martyrum: ita q̄ in collecta eorum propria nomina ſigillatim ꝓnuncientur.

¶ In capitulo generali in conuentu Burgenſi prouincie frācie anno dñi. Mcccclxxxiiij. celebrato.

ORDINATUM est q̄ ob reuerentiā ſanctorū noſtri ordinis añe ſequentes in veſperis ꝫ matutinis cum verſiculis ꝫ oratione poſt ꝯmemorationē beati patris noſtri Franciſci ſuo tempore vbiq̄ vniformiter cantentur vel legantur. Affie ſunt ad vſ. franciſci floret hortul⁹ ꝫc. Ad bñs. Uos ſancti dei inclyti ꝫc. ℣. Orate omnes ſancti. ℟. Ut ꝑfruamur. ꝫc. Orō. Oṗs ſempiterne deus qui eccleſiā tuam varijs ſanctorum meritis ꝫc. Per hanc ordinationē fuit reuocata alia ꝯſtitutio in ca. Baſilee anno dñi Mccccliij. celebrato ordinata: q̄ aliā añam ponebat. ſ. En vernant ꝫ rutilant ꝫc.

Nota de feſto conceptiones virginis marie q̄ in auttoritate

¶ ITEM dñs Sixt⁹.iiij. ꝑcepit q̄ fiat octaua ſolēnis de feſto ꝯceptionis virginis marie ꝫ q̄ de feſtiuitatib⁹ q̄ veniūt infra octauā nil tūc agat̄ ſed poſt octauā celebret̄ur. Et q̄ ſi feſtū ꝯceptiōis in dñica venerit: fiat ō feſto: q̄r ſpālis effectus dei fuit in illa die: ꝫ ideo dñica transfert̄ in diē ſequētē. Et tunc in.ij. feria dicūtur pſalmi nocturnoꝝ de dñica cū nouē lectiōib⁹ ꝫ r̄nſorijs ſine ꝑcib⁹ ꝫ miſſa ſine Glīa in excelſis deo: q̄r Te deū laudam⁹ non dicit̄: ꝫ hoc ex diſpenſatiōe ſūmi pontificis. Octaua vero

erit de dñica ⁊ feſtū trāſferāt ad diem ſequētem. Si vo venerit infra octa uam: ſit de dñica cum ꝯmemoratiōe feſti. Que oia ſūm⁹ pōtifex pñte pa tre ꝯmiſſario mandauit ⁊ declarauit.

¶ MANDAUIT etiā: ꝙ fiat feſtū ſci ſeraphici Bonauēture dñica ij. mēſis Julij: niſi eſſet dñica primo ponēda. Et fiat cuꝫ octauis ſicut de btō antonio. ⁊ feſta infra octauā venientia celebrentur. nichil valet

¶ PRECEPIT etiā: ꝙ fiāt octaue oium ſcōꝝ ⁊ ꝙ ſemp ꝑ octauā fiat idē officiū qd in die cum officio virginis marie ſine alio feſto: ſicut infra octauā bti frācīſci. Et ꝙ trāſlatio ſci lodouici trāſferat in craſtinuꝫ dedicationis baſilice ſaluatoris.

¶ ITEM ꝯceſſit: ꝙ poſſim⁹ dicere Credo, in feſto btiſſimi pris noſtri frācīſci ⁊ per eius octauā, ⁊ in feſtiuitatib⁹ oium ſcōꝝ nri ordinis ⁊ beatę clare ⁊ ꝙ poſſimus dicere officium ꝓpriū ſancti lodouici.

¶ In ca. ge. in conuentu ſancte marie magdalene ꝓ uincie turonie āno dñi. Mccccxc. celebrato.

ORDINATUM eſt: ꝙ ꝓ honore btiſſimi pris nri frācīſci ꝑ fatio illi approbata, videlicet. Qui venerādū ꝯfeſſorē ⁊c. deinceps in miſſis illius etiā votiuis dicatur.

¶ ITEM ꝙ poſſit dici officium ꝓpriū de ſacris ſtigmatib⁹ bti patris noſtri frācīſci: qꝛ iam creditur approbatum.

¶ ITEM ꝙ in dñica q̄ occurrerit infra octauā oium ſcōꝝ nō fiat ꝯme moratio de dñica ſi dñice fuerint. xxv. vel plures. In caſu vo quo dñice i ter penthecoſtē ⁊ aduentū eſſent. xxiiij. tūc nō eſſet faciendū de dñica q̄ ca dit infra octauā oium ſcōꝝ vel in die etiā ꝯmemoratio: ſed eſt oino omit tēda: ſicut quādo eſſent. xxiij. dñice. Si vo fuerint. xxvi. vel plures: ſeruet regula antiqua ordinarij.

¶ ITEM ꝙ officia in ca. andomari recepta videlicet i ſacro ꝯcilio ba ſilienſi edita pro feſtis viſitatiōis ⁊ ꝯceptionis virginis marie habeant ⁊ dicātur. De quibus per ſollicitudinē. R. P. U. gñalis in ſingulis ꝓ uincijs ꝓuideri curabitur: exceptis illis qui iam habent officium conce ptionis domini Sixti. iiij.

¶ ITEM ꝙ feſta ſequētia tm̄ habeāt effect⁹ feſtoꝝ ſolēniū ⁊ vt ſolē nia deinceps habeātur: videlicet ſcōꝝ Antonij abbatis ⁊ Anaſtaſij. In uentio ſci ſtephani. Joānis ⁊ pauli ⁊ clemētis. Oia aūt alia non localia in calendario cōmuni ſcripta: minora ſeu ſimplicia auctoritate apoſtoli ca nobis in hac parte data que non ſunt duplicia vel ſemiduplicia indi camus.

¶ ITEM ꝙ feſta ſancti Joſeph, ſancte anne, ⁊ ſancte heliſabeth dupli cia minora decetero celebrentur.

¶ ITEM ꝙ octaue ſancti Bernardini ⁊ ſancti bonauēture ampli⁹ nō celebrentur. Ipoꝝ aūt ſcōꝝ bernardini. ſ. ⁊ bonauēture officium pro prium qui habuerint ac legendam quinqꝫ martyrum ordinis auctorita te predicta dicere poſſint.

¶ In ge. ca. anno domini. Mccccxcvi. in conuentu toloſano prouincie aquitanie celebrato.

ex precepto summi pontificis ſ. julij festum debet fieri quarta decima die mensis Julij et hoc in capitulo generali sic fuit ordinatum anno domini millesimo quingentesimo quinto

ORDINATUM eſt: ꝙ de feſtis ſolemnibus ſimplicibus ſiet quelibet prouincia in modum quem tenebat ante capl'm toloſanũ a nouẽ annis citra celebratum.

ITEM ꝙ octaue ſancti Bernardini ⁊ ſancti bonauenture fiant; ſicut fieri ſolebant ante dictum capl'm toloſanum.

ITEM ꝙ feſtum ſancte marie magdalene fiat duplex minus: prout voluit dñs Alexander ſextus.

In capl'o generali in cõuentu meclinenſi prouincie colonie anno domini. m. cccc xcix. celebrato.

ORDINATUM eſt: vt per conceſſionẽ dñi Alexãdri pape. vj. poſſimus celebrare feſta p̃ſentationis virginis marie, ſancti gabrielis ⁊ ſancte catherine ſub officio ꝓprio q̃ habuerint.

ITEM ꝙ feſtũ ſancte Catherine fiat duplex minꝰ ⁊ ꝙ in miſſa eiꝰ introitus dicatur. Gaudeamus ⁊c.

ITEM ꝙ feſtũ ſancti gabrielis archangeli celebretur in vigilia ſancti Joſeph.



ITEM cõceſſit idẽ Alexander ꝙ omnes octauas virginis Marie poſſimus celebrare ſub feſto minoris duplicis.

ET ꝙ in ſolemnitatibus ſanctoꝝ poſſimus legere proprias hiſtorias eoꝝ ⁊ ſi in breuiario nõ ſint ſcripte.

ITEM in hoc capl'o fuit declaratum: ꝙ in pſalmo Confitemini domino. nõ debet dici. Bñdictus q̃ venturus eſt in nomine dñi: cũ idem p̃s loquatur de aduentu chriſti in carne q̃ preterijt: videt̃ cõmitti blaſſemia hoc dicendo: ſed decetero legatur. Bñdictus qui venit in noĩe dñi. ꝓpter certitudinem ꝓphetie. Sic enĩ habet veritas hebraica, ⁊ ſcd̃m ſanctũ Hieronymũ habetur in omnibus tranſlationibus. Nec obſtat illud athanaſij q̃ dicit in ſymbolo. Inde venturus eſt ⁊c: q2 loq̃tur de ſecundo aduentu ad iudicium.



ITEM ꝙ ſabbato in albis dicat̃ pater noſter ⁊ credo ad cõpletoriũ.

ITEM ꝙ feſtum ſimplex cadẽs in dominica infra octauas infra q̃s feſta occurrentia celebrantur fiat die lune: ⁊ ſi in ſecũda feria fuerit etiam aliud feſtum ſimplex: huiuſmodi feſtũ. ſ. ſecunde ferie mutabitur ad tertiã feriam. ⁊ ſic de alijs: ita ꝙ in ipſa octaua feſta occurrentia ſi fieri poterit celebrentur.

ITEM ꝙ feſtum conceptionis virginis Marie habeat primas veſperas integras cum cõmemoratione ſancti Ambroſij. Et ꝙ feſtum ſancte Lucie celebretur infra eius octauas.

ITEM ꝙ a ſeptuageſima vſq3 ad paſcha quando officium cantatur loco. alleluya. dicatur. ineternum vel aliquid ſimile: q̃n vero dicitur officium ſine nota nihil dicatur.

ITEM in illo verſu p̃s. ſcz. Spreuiſti omnes diſcedentes a iudicijs tuis debet dici a iuſticijs tuis ⁊ non a iudicijs, ⁊ ſic ponit ſanctus Bonauentura.

FESTA ſanctorum Chryſoſthomi Brigide ⁊ Dorothee ⁊ alioꝝ que vt patres; aſſerunt ſunt de calendario romano: prouincie q̃ habẽt cõ

ſuetudinem ea feſta teneant.

¶QUOD in feſtis beate Marie que in aduentu celebrantur dicatur ad primam Gloria tibi domine qui natus es de virgine. Et ꝙ in octaua beati franciſci ⁊ oīm ſanctoꝝ debet dici credo in miſſa: ⁊ ꝙ in eadē octaua nō dicatur gloria tibi dñe. in hymnis.

¶ITEM ꝙ quando octaua aſcenſionis ⁊ beati Bernardini occurrūt in dñica: fiat de dñica aſcenſionis ⁊ non de beato Bernardino. Similiter in octaua beati Laurentij ⁊ beate Clare fiat de beato Laurētio ⁊ nō de beata Clara.

¶ITEM quando officium defunctoꝝ precipitur dici ſolemniter: intelligitur de toto officio ⁊ nō de alia ſolemnitate.

¶QUOD in aduentu quando in ſabbato illius temporis dicitur aña Expectetur: ſi non ſit de feria ſufficit dicere. ps. Audite celi que loquor. ſine alijs quattuor pſalmis laudum.

¶QUOD in ſecundis veſperis beati Petri ad vincula debet fieri cōmemoratio beati Pauli licet incipiatur a capitulo de conſecratione eccleſie porciuncule.

¶QUOD in feſto tranſfigurationis non debet dici. Gloria tibi domine qui natus es.

¶QUOD in miſſis defunctorum ſemper debet dici illa oratio Domine ieſu chriſte qui dixiſti aplīs tuis: etiam ſi rationale dicit contrariū: cū nō ſit de eccleſia romana.

¶In capitulo generali in conuentu albienſi prouincie aquitanie Anno domini. m. dij. celebrato.

ORDINATUM eſt: ꝙ feſtum ſancte Barbare fiat duplex minus: q̄r ita ſummus pontifex mandauit.

¶ITEM ꝙ hiſtorie proprie feſtorū illas habentium legi poſſint: qđ ante fuerat ordinatum.

¶ITEM ꝙ feſta que vt ſolemnia celebrari conſueuerunt ſic deinceps fieri poſſint.

¶ITEM ꝙ feſtum ſancti Gabrielis archangeli fiat duplex minus.

¶ITEM ꝙ feſtum. S. Martialis confe. per totam familiam ſeptima die Junij vt ſolemne ſimplex. celebretur.

¶In capitulo generali in conuentu lauallis prouincie turonie Anno domini. m. d v. celebrato.

ORDINATUM eſt: ꝙ feſtum ſancti Joachin confeſſoris pater glorioſe virginis Marie fiat per vniuerſam familiam in craſtinum ſancti Joſeph confeſſoris ſub ritu duplicis minoris.

¶ITEM ꝙ feſta occurrentia infra octauas illa dūtaxat cenſeantur q̄ cadunt infra ſex dies octaue.

¶ITEM ꝙ homelia ſuper euangeliū. Vos eſtis ſal terre in feſtis quattuor doctorum non eſt dicenda cum non ſit de ordinario antiquo.

¶Expliciunt ordinationes circa diuinū officium.

¶ Incipiunt quedam epiſtole. S. Bonauēture ⁊ prima
ad magiſtrū innominatū eliminās errorē cōtra regulā bea
ti Fran. dño reſpōdēte ꝑ ſeruū ſuū ſanctū Bonauē.

# Innominato magiſtro frater

Bonauentura ſpm̄ intelligentie veritatis. Proponis cha
riſſime vt tibi tres articuli de rl'a fratrū minoꝝ abſoluantur
de qbus te oſtendis plurib⁹ rationibus dubitare. ſ. de pau-
ptate. labore manū ⁊ ſtudio ſcholariū ſeu magiſtroꝝ. Cū enim regula di-
cat ꝙ fratres nō recipiant pecuniam per ſe vel per interpoſitam pſonā:
⁊ rurſum: nec locū nec aliquā rem ſibi approprient: videntur tibi fratres i
hoc regule contraire: cum tibi videantur pecuniam per interpoſitam pſo
nam recipere: libros habere ⁊ domos: cū non poſſint harū reꝝ quas ha
bent dños aſſignare. In labore etiā manuū ſibi iniūcto vt videtur ſub p̄-
cepto culpabiles tibi videnť: cū nec laici laborent in operibus mechani-
cis nec clerici manu ꝓpria in libris ſcribendis: quin potius cum magnis
ſumptibus faciunt eos ſcribi ac ſi apud ſe haberent nūmiſmatum pcuſſo
res. Poſtremo in ſtudio ⁊ magiſterio fratres cōdemnas: cū regula dicat
ꝙ nō curent neſcientes lr̄as lr̄as diſcere. Fratres plerūq̧ tā clerici ꝙ̄ ma
giſtri qui etiam in ſeculo parum aut nihil de philoſophia audierunt: ſtu-
dent: recitant: ſcriptitant: immo quod plus eſt laniant: diſſipant: edificāt.
Nec videtur tante humilitatis profeſſoribus poſſe competere nomen ma
giſtri: cum hoc videatur dñs in euangelio ſuis diſcipulis inhibere: quoꝝ
nos dicimur imitatores tanq̄ꝫ profeſſores euangelij ieſu chriſti. Hec vt
aſſeris tibi in corde de ſtatu ⁊ ſalute fratrū tibi ſcrupulum generant ⁊ tuā
conſcientiam inquietant. Super hec addis aſſertionem quorūdam: qui ti
bi niſi ſunt hanc conſcientiam de fratribus fabricare. Intende igitur in
ea que dicturus ſum: dabit enī tibi dominus precibus glorioſe virginis
⁊ beati franciſci rectū in omnibus intellectū. Supponis ꝙ regula pau-
pertatem precipit: cōmendat laborem: vetat curioſitatem. Suppono et
ego. Deſtaris ob hoc receptiones pecuniarum, proprietates librorum
ac donorum: vitupero ⁊ ego: immo nos omnes perſequimur fortiter et
culpamus. In hoc conuenimus. Sed ꝙ fratres tales credis aut ſi nō cre
dis dubitas: in hoc penit⁹ diſſentimus. Nec enim hoc credo nec dubito:
certum habens oppoſitum tanq̄ꝫ verum. Non ꝙ nullus in ordine talis
ſit qui non poſſit culpari in aliquo predictorum: cū nec in duodecim apo
ſtolis talis perfectio potuerit reperiri: ſed cōmunitatem ſtatus de qua ⁊
tu iniūgis defenſandam aſſumpſi. ¶ Vide igitur quid ſentire debeas de
receptione pecunie. Teſtificor coram deo quoniam veritatem ſum expſ-
ſurus ſm̄ meam conſcientiam in omnibus que ſubiungā. Non credo te
aliquatenus dubitare: quin pauperibus quantumcūq̧ extremā vouerint
pauptatē liceat recipe elemoſynam: niſi velint ſe occidere. Qd̄ ſi nefas ē:
licet hoc frībus: qd̄ nullus ſane mentis ignorat. Nō ē igiť ɔtra eoꝝ pfeſ-
ſionē; ſiquis diues homo hanc eis miniſtrat manu propria. Qd̄ ſi nolue-

De receptione pecunie.

per ille ad insinuandas interpretandas questiones hanc

rint: poteſt eis miniſtrare per manū ſerui ſui. Et ſi ille ſeruus nō poſſit ſed
cōmittat alij: quare non liceat per manū tertiam non videtur. Quare etiā
vſqȝ ad decimaȝ manū non poteſt non video. Et ſi diues habens pecuni-
am dat victum aut veſtitum fratribus neceſſarium: nōne poteſt ipſe ma-
nu ſua emere? nōne poteſt ipſe pecuniam ꝓ emptione alij cōmittere ⁊ ſic
per multas manus in vſus fratrum expendere pro releuandis eoꝝ neceſ
ſitatibus ſine offenſione fratruȝ? Quis ſane mentis dubitat, cum pecunia
ita ſit dn̄i cum cōmittitur perſone intermedie: ac ſi ipſe dn̄s eam manu
ꝓpria conſeruaret? Niſi forte quis ita deſipiat vt dicat: ꝙ pecunia in ma-
nu ſeruientis poſita tranſeat in eius dn̄iuȝ ⁊ deſinat eſſe dn̄i: qđ penit⁹ ab
ſurdum eſt. Et ſi dicas ꝙ dn̄s ſimpliciter ⁊ abſolute dare intendat fratri-
bus: dico ⁊ ego ꝙ nullus ſane mentis dare intendit fratribus niſi ꝓut cō
petit r̄le ⁊ ꝓfeſſioni eoꝝ. Quis enim daret elemoſynā vt eos faceret ꝑde-
re vitam eternam. Dat ergo eo modo quo fratribus expedit, ſ. cōmitten
do alicui q per ſe eaȝ diſpenſet in his rebus quas fratribus licet accipere:
⁊ ſic pecunia illa per quorumcūqȝ manus tranſeat: nullo mō ſpectat ad
fratres: q2 ſemp eſt primi dn̄i. Et eſt per hoc manifeſtū: ꝙ nec per ſe nec ꝑ
interpoſitam ꝑſonam eam recipiūt. Fateor coram deo ita eſſe veꝝ in con-
ſcientijs fra. nr̄i. Et ſi forte mihi nō credis: tñ ipſi dn̄o pape credere debes
q in vtroqȝ iure perit⁹: ordinis ⁊ ꝑfectionis emulator: q vt ipſe teſtat̄ in cō
ditione r̄le beato Fran. aſtitit ⁊ eius plenū intellectū agnouit. Qui requiſi-
tus a fratrib⁹ dicit: ꝙ frēs volentibus ſibi elemoſynas facere pn̄t fidelem
aliquē pn̄tare. Qui taliter pn̄tatus nō eſt eoꝝ nūcius: ſȝ illius potius cui⁹
mandato ſolutionē facit ſeu recipiētis eandē. Hec ſunt verba ipi⁹. Quis
ita deſipit: vt ſi dicam alicui, iſte fideliter exequet̄ vel cuſtodiet quod ei cō
mittes; ꝙ propter hoc quicqđ ille acceperit fiat meū: cum etiam licet hec
verba nō ſemper exprimant̄: ſemper tamen habentur in corde ⁊ ſemper
ab alijs credimus ſic accipi. Quis ergo tam improbus: vt impugnaret
hanc veritatem: per tantoꝝ viroꝝ conſcientiam ſanam ⁊ diſcretam, per
tantam rei euidentiam, ⁊ vt nihil deſit per ſedem ap̄licam confirmataȝ?
Certus ſum ꝙ talis portabit iudiciuȝ. ¶ De libris ⁊ vtenſilibus quid ſen
tias audi. Clamat regula expreſſe imponens fratribus officium predican

De libris ⁊ vtē ſilibus.

di: quod nō credo in aliqua alia regula reperiri. Si igitur ꝑdicare nō de-
bent fabulas ſed verba diuina: ⁊ hec ſcire nō pn̄t niſi legant: nec legere ni
ſi habeant ſcripta: planiſſimū eſt ꝙ de perfectione ſic eſt habere libros ſi-
cut eſt predicare. Et ſicut nō obſtat ordinis paupertati habere miſſalia ad
cantandum miſſas ⁊ breuiaria ad horas dicendas: ſic nō obſtat ⁊ biblias
ad verba diuina predicanda. Licet igitur libros habere. Sed nūquid re-
gula ſibi cōtraria eſt que alibi mandat nihil habere? Abſit hoc vt in ea ſit
cōtrarietas aliqua ſicut nec falſitas: cum tota de fonte euangelij ſit extra-
cta: ſicut mihi q parum noui facile eſſet oſtēdere. Dico ergo ꝙ fratribus
hoꝝ cōceſſus eſt vſus: ſȝ vetatur appropriatio. Nā nō dicit r̄la. frēs nihil
habeant nec aliq̄ re vtantur: quod eſſet inſanuȝ: ſed ꝙ nihil ſibi appropri
ent. Cui igitur horum ꝓprietas aſſignabitur? Sic reſpondeo ego ꝙ cu-
iuſcunqȝ ſit: non eſt mea nec ordinis: ⁊ hoc mihi ſufficit ad meę ꝯſcientie

puritatē. Ne tñ hoībus fugā parare videar: dico harum rerū mobilium
gubernatori ꝛ ꝓtectori ordinis cardinali ꝑtātem ꝛ auctēm ꝛ ꝓuidētiaȝ
a dño papa eſſe ꝯceſſā. Sicut enī dñs papa ait: nec vendi debēt mobilia
vl' extra ordinē ꝯmutari quoquomō: niſi eccl'ie romane cardinalis q̄ fue
rit ordinis gubernator ſup hoc auctēm p̄buerit ꝛ aſſenſum. Sȝ dicis.
Nūqd q̄ biblias dāt frib⁹ intendūt eas dare pape aut cardinali? Dico
ꝛ ego. Nūqd pr̄ q̄ dat bibliā filio intēdit labefacere ordinē filij: ꝛ filiū ſu
um facere filiū diaboli? Credo te dicere ꝙ nō. Dat igit̄ filio intendēs ꝙ
ordinis pauptas ſit penit⁹ illibata ac p̄ hoc vt ordo vtat̄: ꝓprietas āt ſit
ei⁹ cui⁹ decreuerit paſtor ordinis ꝛ eccl'ie. At nō credis ꝙ ſi pr̄ nō poſſit
filio librū dare niſi p̄ manū alicui⁹ de quo p̄ſumeret ꝙ nō eēt filij ſui p̄da
tor ſȝ paſtor: vtiq̄ȝ daret vt filio ꝯmodaret ad vſum? Et in hoc meli⁹ ꝓui
ſū eſt ordini dño faciēte. Nā ſi libroꝝ ꝓpetas remaneret penes parētes
ſic miniſtri nō poſſent auferre frib⁹ libros ꝛ eēnt q̄ſi ꝑpetui ad vitā. Nūc
āt ordo nihil ſibi appropriat in libris: dū miniſtri libros nec vēdere nec
alienare auctē ꝓpria pñt: nec frēs ſubditi pñt dū freq̄nter reſignāt ꝛ eis
ꝓ volūtate miniſtroꝝ aſſignāt̄ ꝛ auferūt̄. Cert⁹ ſū ꝙ eſt ſcia fratrū. ¶ Ut

**De domibus.**

āt nihil remaneat audi de domib⁹. Dico domos nō eē fratrū. Sȝ ſi d̄ ſo
lo q̄ris. Dico ꝙ dantiū eſt patronoꝝ. Si de edificijs: pari rōne edifican
tiū vel eoꝝ quoꝝ eſt ſolū: q̄ꝛ cedit ſolo vni⁹ ſi vn⁹ edificat vel pluriū ſi plu
res. Mētior enī ſi nō dñs papa dicit in r̄l'a ſalno locoꝝ ꝛ domoꝝ dñio il
lis ad quos noſcit̄ ꝑtinere. In loco intelligēs ſolū in domib⁹ edificia ſup
addita. Vñ nec appropriam⁹ nobis locū; cū dicam⁹ eē illoꝝ q̄ dant ipē
pēſas vl' cedit ſolo. Nec etiā vſus appropriam⁹: niſi ꝓ volūtate eoꝝ qui
frib⁹ ꝯcedūt p̄dicta. Cert⁹ ſum enī ꝙ hec eſt ꝯſcia frūm. Nō obſtat ſi ali
q̄ñ vidiſti ꝯtrariū: qđ nō credo: q̄ꝛ indiſcretio vnius nō ad oēs debet nec
ad ſingulos retorq̄ri. Si dicis nos tāq̄ȝ aduenas ꝛ ꝑegrinos debere ire
de domo in domū: parcat illi de⁹ q̄ primo hāc ſtulticiā cogitauit. Nōne
btūs frācīſc⁹ edificauit loca? Nūqd tāq̄ȝ ꝑegrin⁹ ibat quotidie vnā di
etā? Nūqd btūs petr⁹ cū dicat i canonica ſua, obſecro vos tāq̄ȝ aduenas
ꝛ ꝑegrinos ꝛc̄. voluit ꝙ oēs trāſirēt de domo in domū? Luȝ. n. dicat ec
cleſiaſtic⁹. Uita nequā hoſpitari de domo i domū. Ná petr⁹ q̄ȝ frācīſc⁹
filijs ꝛ diſcipul' ſuis nō ſcāȝ vitā ſȝ neq̄ȝ impoſuiſſent: ſi ſcōm p̄dictū in
tellectū nos ſi'es eē ꝑegrinis mādarēt. Sȝ hoc dictū itelligit̄: vt nō cur
rat ſimitudo q̄ttuor pedib⁹: ſȝ vt domos i q̄b⁹ hitam⁹ paꝝ diligam⁹ nec
ꝓprias reputem⁹: ſicut ꝑegrin⁹ q̄ trāſit in ꝑſiam: domū nō diligit i via
tāq̄ȝ ꝓpriā: ſȝ vtit̄ tanq̄ȝ aliena. Qui aliter ſapit: ipē ſua inſipiētia manı̄
feſtat ꝙ nihil oīno ſapit. Quō ergo poſſet eē regimē ꝛ ordo prelatoꝝ qui
its diſtricte manet in ordine btī frācīſci: ſi omnes eſſent inſtabiles ꝛ va
gabundi per orbem? Hoc vero ſentit qui nihil vidit de ordine. ¶ Ueniā

**De labore manuum.**

ad laborē manuū vbi taliter inſiſtis: vtrū ſit conſilium vel preceptū. Ego
āt dico nō intendere btūm franciſcum manualē laborē: nec p̄cipere nec
ꝯſulere nec monere: ſȝ ſuppoſita admonitiōe apl'i ſrib⁹ nimis vel min⁹
ſollicitis ad laborē dat formā laborādi. Quidā. n. ſic intendebāt labori
manuali; vt necaretur in eis deuotio orationis. Qđ q̄ꝛ ꝑiculoſuȝ erat: cū

actiua debeat ſeruire cõtemplatiue dedit eis formã ſanctiſſim⁹ pater: vt ſic laborent qui laborare vellent: ſcirent ꝛ poſſent: vt ſancte orationis ꝛ deuotionis ſpũm nõ extinguant. Hoc eniꝫ ſequitur in textu regule immediate. Unde attende: ꝙ non dicit precipio vel conſulo fratribus ꝙ laborent: ſed quibus dedit dñs gratiam: quod nõ ſolum includit potentiã ſꝫ voluntatem laborandi. Sicut ſi diceret. Fratres quibus dedit dñs gratiam lachrimandi lachrimentur ita modeſte ꝙ oculos nõ amittant: nõ preciperet. lachrymari. Sic nunc intelligit. Ipſe autem de labore manuum vſum non faciebat niſi propter ocium declinandum: ꝙ cum fuerit regule obſeruator perfectiſſimus: nõ credo ꝙ vnq̃ lucratus fuerit de labore manuuꝫ. xij. denarios. vel coꝝ valorem. Sꝫ frẽs potiſſime ad orõneꝫ monebat. Non enim volebat ꝙ illam extinguerent propter lucrum. Unde ꝓuincialibus miniſtris relinquitur ꝙ nõ permittant fratres ſuos ocioſos. Ego vna tecum ſiqui tales ſunt iudico arguendos ꝛ verberibus puniendos tanq̃ ſeruos malos ꝛ pigros. Non tamen propter hoc tibi diſpliceat: qꝛ ſatis ibi inuenies copiam laborandi tam in ſtudio veritatis q̃ in exercitio humilitatis. pietatis ꝛ cuiuſlibet alterius virtutis. Nam fratrum eleemoſynas querere: coquinam facere: infirmis ſeruire: ſcutellas lauare: ꝛ in omnibus exercitijs humilitatis laborare: que dulciora fratribus ſũt q̃ multa officia dignitatis. ¶ Sed quid dicemus de aſcendentibus ad cathedram cum regula dicat ꝙ non curent neſcientes lfas lfas diſcere ꝛc̃. cum etiam euangelium dicat ꝙ nolimus vocari magiſtri. Dico ego ꝙ regula nõ vetat ſtudiũ litterarum ſed illitteratis ꝛ laicis. Uult. n. iuxta apoſtoluꝫ ꝙ vnuſquiſq; in ea vocatione qua vocatus eſt permaneat: vt ad clericatum de laicatu nullus aſcendat: nec vult ꝙ clerici fiant laici ſtudiuꝫ recuſando. Alioquin ipſe tranſgreſſor fuiſſet: qui cum paucas litteras ſciret poſtmodum in litteris profecit in ordine: non ſolum orando: ſed etiaꝫ legendo. Unde vt ſcias quantum ſibi placuerit ſtudium ſacre ſcripture: audiui ego a fratre qui vidit: ꝙ cum nouuꝫ teſtamentum veniſſet ad manus ſuas ꝛ plures fratres non poſſent ſimul habere: diuidebat per folia ꝛ ſingulis cõmunicabat vt omnes ſtuderent: nec vnus alteruꝫ impediret. Clericos etiam quos recipiebat ad ordinem in ſumma reuerentia habebat: ꝛ in morte mandauit fratribus: ꝙ doctores ſacre ſcripture in ſumma reuerentia haberent tanq̃ illos a quibus reciperent verba vite. Unde cuꝫ nomen doctoris veneraretur: intelligebat hoc euangelium non vetuiſſe. Alioquin Paulus apl's euangelio contradiceret q ſe prima epiſtola ad Thimo. magiſtrum gentiuꝫ vocat: quod maioris impudentie videtur q̃ ſi ab alijs vocaretur. Dico ergo ꝙ ſcd'm euangeliũ pompa huius nominis condemnanda eſt ꝛ nullatenus appetenda: ſed officium aſſumenduꝫ. Quos enim magis decet euangelium docere q̃ qui euangelium profitẽtur ꝛ ſeruant? Nam cum dicat euangelium. Qui fecerit ꝛ docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum: quis ſane mentis dicat: vt magiſter ꝛ frater alexander diues debuerit predicare ꝛ docere beati pauperes ſpũ: ꝛ pauper effectus debuerit reticere? Certe ſi fratres decet addiſcere ꝛ ruminare tanq̃ munda animalia verba diuina ꝛ ſibi ipſis ſufficiunt in docen-

De magiſtris ꝛ ſtudio.

notandum

do: quis tam ſtultus eſt vt dicat: ꝙ doctrinã quam eos decet facere ⁊ do
cere debeant a nõ facientibus mendicare. Condemno igitur tecũ in ma
giſterio pompam: ſed cõmendo officium. Damno fratrem minorem põ
poſum ⁊ dico eũ magiſterio penitus indignũ: ſed cõmendo ſtudioſuꝫ: cre
dens ꝙ nulli magis ꝙ̃ tali competat auctas docendi euangeliũ ieſu chri
ſti. Reſtat igitur vt de philoſophantibus aliquid ſubiũgamus. Audi cha
riſſime ſicut in ceteris ſic ⁊ in hoc pariter concordemus. Fateor diſplicent
tibi curioſitates: diſplicent ⁊ mihi ⁊ diſplicẽt fratribus bonis ⁊ diſplicẽt
deo ⁊ angelis ſuis. Nec defendo circa ſcripta puerilia muſitantes: ſed de
teſtor eos pariter tecum. Unde ⁊ tibi ⁊ mihi conſulo vt habeamus zeluꝫ
ſcd̃m ſcientiã: ne deteſtemur plus ꝙ̃ oportet. Fortaſſe enim inter peccata
minuta ⁊ venialia cõputandum eſt. Uix enim grana abſq; paleis colligi
poſſunt ⁊ verba diuina ſine verbis humanis. Hec aũt oĩa ſeparant̃ ꝑ ze-
lum cõpunctionis ⁊ fletum deuotionis que faciunt triticũ veritatis a ver
boꝝ paleis ſeparari. Et fortaſſe videnť aliqui curioſi q magis ſunt ſtudio
ſi. Siquis. n. ſtuderet in dictis hereticoꝝ vt eoꝝ ſententias declinãdo ma
gis intelligeret veritatem: nec curioſus nec hereticus: ſꝫ catholicus cẽt.
Cũ verba philoſophoꝝ aliquando plus valent ad intelligentiã veritatis
⁊ erroꝝ cõfutationes: nõ deuiat a puritate in his aliquando ſtudẽs. ma-
xime cũ multe ſint ꝯcluſiones fidei q̃ ſine his terminari nõ pñt. Unde ſi
velimus nimis ſtricte iudicare: fortaſſe ipſos ſanctos quod impiuꝫ eſt iu
dicabimus curioſos. Nam nullus melius naturaꝫ tp̃is ⁊ materie deſcri
bit: ꝙ̃ Auguſtinus inquirendo ⁊ diſputando in libro cõfeſſionũ. Nullus
melius exitus formaꝝ ⁊ ꝓpaginẽ reꝝ ꝙ̃ ipẽ ſuper geñ. ad litteram. Nul
lus melius q̃ſtiones de anima ⁊ de deo ꝙ̃ ipẽ in libro de trinitate. Nullꝰ
melius naturam creationis mundi ꝙ̃ ipẽ in libro de ciui. dei. Et vt bre
uiter dicã: pauca aut nulla ponũt magiſtri i libris ſuis: quin illa reperias
in libris Auguſtini. Lege auguſtinũ de doctrina chriſtiana: vbi oſtendit
quõ nõ poteſt intelligi ſacra ſcriptura ſine aliaꝝ ſcientiaꝝ peritia. Oſten-
dit etiam ꝙ ſicut filij iſrael aſportauerũt vaſa egypti: ſic doctores theo-
logici doctrinaꝫ philoſophie. Unde multa q̃ nõ didicimus per philoſo-
phos ⁊ de dictis philoſophie: didicimus per ſanctos. Ac per hoc nõ de-
bet tibi eſſe mirũ: ſi minus fundati intrantes: fiant in ſciẽtia in ordine fun
datiores. Sed eſto ꝙ iſta ſint reprehenſibilia ⁊ purganda: nõ propť hoc
retraharis: qꝛ nullus ad hoc cõpellitur: ſꝫ is magis amatur q magis eſt
talium aſpernatoꝛ. Nec prelati talia precipiunt ſed ꝑmittunt. Nec ꝓpter
tres vel quattuoꝛ vitioſos debet magiſter contemnere innocentes. Etſi
aliq abundent libris ad tempus: alijs pleriſq; multo plus indigentibus
poterint diſpenſari: cum multo plures egeant ꝙ̃ abũdent. Nec te moue-
at ꝙ frẽs fuerũt in principio ſimplices ⁊ illitterati: immo magis debet
hoc in te fidem ordinis ꝯfirmare. Fateoꝛ coraꝫ deo ꝙ hoc eſt qđ me fecit
vitã beati Franciſci eligere: ꝙ nõ fuit per hominũ prudentiã inuẽta ſꝫ ꝑ
chriſtũ: ⁊ qꝛ opa chriſti non deficiunt: oſtenditur hoc opus fuiſſe diuinum
dum ad conſortium viroꝝ ſimpliciũ etiam ſapientes non ſunt dedigna-

dec augustini

ti deſcendere: attendentes illud apoſtoli. Siquis eſt inter vos ſapiens: ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Rogo chariſſime vt nō nimis abundes in ſenſu tuo: nec credas te prudentiorē nec meliorem omnibus quos deus ad ſtatum iſtū vocauit: ⁊ ſi vocauerit te nō recuſes. Vale in dño.

¶ Epiſtola eiuſdē ſancti in qua mandat vt fratres noſtri ordinis caueant a frequentia diſcurſuū: ab importunitate queſtuū, a ſumptuoſitate edificiorum, librorum, veſtium ac ciborum, a predicatione contra prelatos coram laicis, ⁊ a litigioſa inuaſione ſepulturarū ⁊ teſtamentorum.

In chriſto ſibi chariſſimo fratri. B. iancelis puīncie miniſtro frater Bonauentura ordinis minorū miniſter generalis ⁊ ſeruus ſalutem ⁊ pacē in dño ſempiternā. Quoniā ad hoc potiſſimū iuigilare debet ſollicita cura rectoris: vt in commiſſo ſibi grege meritum virtutis accreſcat: claudatur via vitijs: ⁊ detur moribus diſciplina: diligenti deliberatione prehabita viſum eſt tam mihi ꝙ diffinitoribus capituli generalis: vt miniſtris ſingulis aliqua ibidem examinata ⁊ diſcuſſa litteratorie demandarem: ipſoſqꝫ ſollicitos redderē ad eos potiſſimum abuſus tollendos de medio quibus ſynceritas religionis inficitur: perfectionis celſitudo deprimitur ⁊ ſanctitatis claritas offaſcatur. Sane cum euangelici culminis obſeruata perfectio hactenus ſpectabiles ⁊ amabiles nos mundo reddiderit omniqꝫ fauore ac reuerentia dignos: ecce iā nunc multitudine in procliua tendente ⁊ remiſſius agentibus ijs qui preſunt: vitiorum quedam ſentes cernuntur ſuccreſcere: que dum ſacrum hoc venerandumqꝫ collegium deſpicabile ⁊ oneroſum reddunt: populis conuertunt in ſcandalum quod cunctis eſſe debuerat in exemplum. Nā frequētia diſcurſus ⁊ importunitas queſtus viles nos ⁊ graues efficiunt: pͦ eo videlicet ꝙ dum paruis nolumus eſſe contenti ⁊ edificia ſumptuoſa conamur erigere: vilia (ſummo ſtudio queritantes nobilia) per incuriam perdimus. cum murorum curioſa conſtructio deſtructionem pariat animarum. ¶ Verbo etiā quorundam procaciā audaciam qua contra patris noſtri doctrinam coram laicis predicando in eccleſia contra prelatos ipſorū acta ſuggillando conſurgunt: non niſi ſcandala, iurgia ⁊ odia ſeminant. ⁊ non ſolum ipſorum verumetiam dei prouocant iram: cum diuina conſtet lege ſancitum nequis maledicat ſurdo: ne ponat offendiculum coram ceco. ¶ Sed ⁊ ſepulturarū ac teſtamentorum litigioſa ⁊ auida quedam inuaſio cum excluſione illorum ad quos animarum cura ſpectare dignoſcitur non modicum nos clero toti fecit exoſos: ſicut experiētia docēte percepimus: ⁊ ipſe ſanctiſſimus pater pōtifex ſūmus dñs Clemēs frēs oēs ad cauēdū hmōi pia puidētia p me voluit cōmoneri. Horū autē oim hāc puto potiſſimā rationē ⁊ cauſam: ꝙ ea que puida cura p

totius ordinis prouidentiam in generali caplo ſtatuuntur parui pendun
tur a fratribus ⁊ habentur pro nihilo: nec tamen tranſgreſſores hmōi di-
ſciplina debita caſtigantur. Sicqꝫ fit diuini permiſſione iudicij: vt ſpernē
tes modica in maxima decidant. Quia cum diſciplina negligitur: inſolen
tie creſcunt: ac per hoc interior negligentia circa exercitationem virtutuꝫ
exterius procedit in ſcandalum per eorum patentem ruinam q ſtare vide
bantur in oculis aliorum. Ex quo fit vt ſancte religionis ſplendor preful
gidus in pallorem degeneret: ſanctitatis pulchritudo ſordeſcat: bone opi
nionis odor computreat ⁊ nomen dñi blaſphemetur. Ne igitur ſanguis
animarum non ſolum noſtre ſollicitudini cōmiſſarum ſed etiam omnium
que ad lumen ſancte religionis per viam ſalutis incedunt de noſtris ma-
nibus requiratur: charitatis tue zelum quantum poſſum efficaciori man
dato duxi preſentibus excitandum. Adiurans te per aſperſionem ſangui
nis crucifixi ⁊ per ſtigmata paſſionis eius que in ſacro patris noſtri cor-
pore indubitabili claritate fulſerunt: vt ſicut chriſti ſeruus, fidelis ⁊ pru-
dens ad prefatarum extirpationem peſtium toto te animi vigore ſuccin-
gas: tota mentis attentione inuigiles: totoqꝫ feruore ſpiritus ſuccenda-
ris. Et primū quidem ad ſancte orationis ſtudium fratres tue cure com
miſſos efficaciter incitans: ad regule promiſſe obſeruantiam ſynceraꝫ in-
ducas pariter ⁊ compellas: peſtiferos ⁊ inſolentes nullius ferendo faciē
euellens ⁊ deſtruens diſſipans ⁊ diſperdens: vel carcerali mancipādo cu
ſtodie vel a comunitate ſacri collegij expellendo iuxta quod pietatis ⁊ iu
ſticie lex expoſcit: ne dum crudeli miſericordia vni membro putrido parci
tur: in totius corporis ſoſpitatem putrens corruptio diffundatur. Et qm̄
paupertas eſt noſtre religiōis prerogatiua ſublimis: ne nobilis hec mar
garita conculcanda porcis viliter exponatur: diſcurſuum cauſam ⁊ q̄ſtu-
um ſumptuoſitatem ſcꝫ edificiorꝫ. librorūqꝫ. veſtiū ac ciborum ſic ſtude-
as amputare: ꝙ a profeſſionis excellentia vite obſeruantia nō diſcordet.
Fedum eſt enim profanūqꝫ mendatium ſumme paupertatis voluntariuꝫ
profeſſorem ſe aſſerere: ⁊ rerum penuriam pati nolle. interius diuitū iſtar
affluere: ⁊ exterius more pauperum mendicare. Inhibeas etiam fratrib9
firmiter ⁊ diſtricte: qr tam diuino q̄ꝫ canonico prohibetur imperio: ne pre
latorum vitam coram populo carpant: ſed potius reuerentiam exhibeāt
nō tantum bonis ⁊ modeſtis: verum etiam diſcholis. qr hoc etiam exigit
ſacrum myſterium chriſtifice vnctionis. Mandes etiaꝫ fratribus vniuer
ſis: vt pacem clericorum omniū tam in teſtamentis: q̄ꝫ in ſepulturis quan
tum in eis eſt ſic ſtudeant obſeruare: vt nullam habeant contra nos occa-
ſionem iuſte querele: ſimulqꝫ ſeculo toti clareſcat ꝙ nō cōmoda reruꝫ ſed
lucra querimus animaruꝫ. Deniqꝫ qr his ⁊ alijs de ordinationibus ingu
meris per ſtatuta ordinis via precluditur: volo vt per loca fratrum ea ſic
diligenter conſcribi. legi. facias ⁊ ſeruari: vt ſicut profeſſione virtutū pre-
cipui credimur: nequaq̄ꝫ morum in compoſitione poſtremi merito cenſe
amur. His igitur chariſſime frater tam efficaci ſtudio nō ceſſes intēdere:
quod deus gratum habeat: ⁊ ego tue obedientie promptitudinem ⁊ ſol-
licitudinis vigilantiam zelūqꝫ ordinis ſacri poſſim non immerito cōmē-

dare. Et vt hoc meliꝰ fiat volo: vt preſens ſeries oībus frībus tue ꝓuin-
cie per te vel per cuſtodes quotiens opportunū fuerit explicetur.

## ¶ Epiſtola alia eiuſdem ad miniſtros prouinciales ⁊ cu-ſtodes de reformandis fratribus ſui ordinis.

In chriſto ſibi charisſimis mi-
niſtris ꝓuincialibus ⁊ cuſtodibus vniuerſis, frater Bo-
nauentura ordinis eorundem generalis miniſter ⁊ ſeruꝰ ano 1260
ſalutem ⁊ pacem que exuperat omnē ſenſum. Licet inſuf-
ficientiam meam ad ferendum onus impoſitum cognoſcerē manifeſte
propter debilitatē corporis, imperfectionē mentis, inexperientiā actio-
nis ⁊ repugnantiā voluntatis: quia tamen durum eſt contra ſtimulum
calcitrare: tante congregationis ⁊ ſūmi pontificis ac per hoc ⁊ altiſſimi
dei voluntati pertinaciter reſiſtēdo: ſarcine graui ⁊ quaſi importabili hu-
meros ſuppoſui imbecilles: ſperans de adiutorio virtutis omnipoten-
tis ⁊ confidens de adminiculo veſtre ſollicitudinis in id ipſum. Nam ⁊
ſi ſit impoſſibile homini quātumcunq̧ forti, induſtrio ⁊ experto totam tā-
ti oneris ſarcinam ſuis humeris baiulare: ſi tamen diuiſa in partes ⁊ hu-
meris impoſita diuerſorum viriliter a quolibet importetur: non eſt q̄tū-
cunq̧ debili capiti horrore quodam rei inſolite deſperandum. Quoniā
igitur de veſtra preſumo induſtria, ſollicitudine ⁊ zeli viuacitate: ꝙ ꝓm-
pti ſitis ad extirpanda mala: promouenda bona: refouēda debilia ⁊ for-
tia conſeruanda: videns me ſpeculatorem datum domui iſrael: ne ſan-
guis animarum de manibus meis requiratur: cogitaui quedam vobis
breuiter ſcribere: que verbotenus ſi in capitulo generali fuiſſem libentiꝰ
enodaſſem. Nunc autem quia pericula temporum vrgent ⁊ leſiones cō-
ſcientiarum necnon ⁊ ſcandala mūdanoꝝ quibus cum ordo deberet eſſe
ſanctitatis totius ſpeculum: in diuerſis orbis partibus in tedium vertiť
⁊ contemptum: que mihi de conſilio diſcretorum viſa ſunt corrigenda
nec penitus tacens nec omnino exprimens nec noua ſtatuens nec vincu-
la ſupinducens nec onera grauia alligans alijs ⁊ imponens: ſed tanq̄
ānunciator veritatis breuiter explico videns illa nullatenꝰ reticēda. Sa-
ne perquirenti mihi cauſas cur ſplendor noſtri ordinis quodāmodo ob-
ſcuratur: ordo exterius inficitur ⁊ nitor conſcientiarū interiꝰ defedať: oc-
currit negocioꝝ multiplicitas qua pecunia noſtri ordinis paupertati ſu-
per omnia inimica auide petitur: incaute recipitur ⁊ incautius ꝯtrectať.
Occurrit quorūdam fratrum ocioſitas que ſentina eſt oīum vitiorum:
qua plurimi ſopiti monſtruoſū quendā ſtatum inter ꝯtemplatiuā ⁊ acti-
uā eligentes: non tā carnaliter q̄ crudeliter ſanguinē comedūt aīaꝝ. Oc-
currit euagatio plurimoꝝ qui ꝓpter ſolatiū ſuoꝝ corpoꝝ grauādo eos
per quos trāſeunt: non exempla poſt ſe relinquūt vite: ſed ſcandala poti-
us animarū. Occurrit importuna petitio qua oēs trāſeuntes per terras
adeo abhorrent fratrum occurſum: vt eis timeant quaſi predonibus ob-
uiare. Occurrit edificioꝝ ꝯſtructio ſumptuoſa ⁊ curioſa que pacem fra-
trum inquietat: amicos grauat ⁊ hominū peruerſis iudicijs multiplici-

ter nos exponit. Occurrit multiplicatio familiaritatũ quam regula nõ-
ſtra prohibet ex qua ſuſpitiones, infamationes, ⁊ ſcandala plurima ori-
untur. Occurrit improuida cõmiſſio officiorum qua fratribus nondum
vſqꝫ quaqꝫ probatis nec carne maceratis nec ſpiritu roboratis imponũ-
tur officia vix portanda. Occurrit etiam ſepulturaruꝫ ⁊ teſtamentoꝝ aui
da quedam inuaſio non ſine magna turbatione cleri ⁊ maxime ſacerdo-
tũ. Occurrit mutatio locorum frequens ⁊ ſumptuoſa cum quadam vio
lentia ⁊ perturbatione terraruꝫ cum nota inconſtantie non ſine preiudi
cio paupertatis. Occurrit tãdem ſumptuoſitas expenſaruꝫ. Nam cum
fratres paucis nolint eſſe contenti ⁊ charitas hominũ refriguerit: facti ſu
mus omnibus onerosi magiſqꝫ fiemus in poſterum: niſi remedium ce-
leriter apponatur. Licet autem plurimi reperiantur qui non ſunt culpa-
biles in aliquo predictorum: tamen omnes inuoluit hec maledictio niſi
a non facientibus ijs qui faciunt reſiſtatur: cum luce clarius omnia ſupra
dicta in maximũ ⁊ nullo modo diſſimulandũ vergant noſtri ordinis de-
trimentũ: licet tepidis ⁊ indeuotis ⁊ ſm carnem ſapiẽtibus conſideran-
tibus ꝯſuetudinem ⁊ allegãtibus multitudinẽ quaſi facilia ⁊ excuſabilia
etiam irremediabilia videantur. Excitetur ergo cordis noſtri deuotio ⁊
feruor ad zelum: ⁊ eiectis negociatoribus de domo patris celeſtis: frẽs
omnes ad orationis ⁊ deuotionis ſtudium accendatis: Reſtringatis re
ceptionem multitudinis: quia modis oibus volo ꝙ conſtitutio de rece-
ptione ſtricte ſeruetur. Prauas predictoꝝ vitioꝝ conſuetudines etiam
reſecetis. Quia licet videatur fratribus graue: requirit tamen hoc perfe
ctio profeſſionis noſtre: requirit tribulationis incurſus: reqrit mundus.
Clamat hoc beatus frãciſcus, ⁊ ſanguis chriſti aſpſus. ⁊ dñs de excel-
ſis. Ocioſos ſtimuletis ad laborem: vagantes cõpeſcatis ad quietẽ: im-
portune petentibꝰ imponatis ſilentium: intentos exaltandis domibus
profundius deprimatis: familiaritates querẽtes arceatis ad ſolitudinẽ
Officia predicationis ⁊ confeſſionis cum multo examine imponatis
Conſtitutionẽ de teſtamẽtis olim factam ⁊ de nouo de ſepulturis facia-
tis arctius obſeruari. Locoꝝ vero mutationẽ nullatenus concedatis ali
cui ante capituluꝫ generale. Nam de conſilio diſcretoꝝ propter ſcanda-
la vitanda iuxta predeceſſoris mei mandatuꝫ hoc mihi reſeruo diſtricte
per obiam iubendo: vt nullus deinceps locum mutet ſine mea licentia
ſpeciali. Diſcant etiam fratres modicis eſſe contenti: quia vehementer a
ſapientibus ⁊ rõnabiliter formidatur: ꝙ oportebit eos modicis eſſe cõ-
tentos velint nolint. Si igitur obediẽtes fueritis verbo per epiſtolam ⁊
hoc per viſitatores intellexero (quos volo ſuper predictis corrigendis
tam in capitibus qꝫ in membris diligentius vigilare) gratias agã om-
nium conditori ⁊ vobis. Qꝫ ſi aliter (quod abſit) acciderit: indubitanter
ſciatis: ꝙ nullatenus pateretur conſcientia mea predicta ſub ſilentio p-
tranſire. Licet enim non ſit mei propoſiti nouis vos vinculis innodare:
oportet me tamen conſcientia compellente totis viribus extirpationi in
tendere predictorum. Quatenus vitatis ſcandalis vt tenemur: regule
quam vouimus ſine cuius obſeruatione ſaluari non poſſumus veritatẽ

perſpicaciter videamus ⁊ impleamus profeſſionem ⁊ totis viribus puritatem cuſtodiamꝰ: que impugnatur euidenter ex omnibus ſupradictꝫ Datum pariſius ⁊c. Hanc autem litteram legi in ſingulis conuentibus veſtre prouincie faciatis.

¶ Incipit oratio ſeu expoſitio beati franciſci ſuper pr̄ nr̄.

SAnctiſſime pater noſter. Creator nr̄. redēptor nr̄. ſaluator nr̄. ꝯſolator nr̄. ¶ Qui es in celis. In angelis ⁊ in ſcis illuminās eos ad tui cognitionē: qꝛ tu es dn̄e lux inflamās eos ad amorē tuū diuinum qꝛ tu dn̄e amor es inhabitās ⁊ implēs eos ad btitudinē qꝛ tu dn̄e ſūmū bonū es ⁊ eternū bonū a quo oīa bona ⁊ ſine quo nullū bonū. ¶ Scificet nomē tuū. Clarificet in nobis noticia tua vt cognoſcamꝰ q̄ ſit latitudo bn̄ficioꝝ tuoꝝ: lōgitudo ꝓmiſſoꝝ: ſublimitas maieſtatꝫ ⁊ ꝓfūdū iudicioꝝ. ¶ Adueniat regnū tuū. Ut regnes in nobis p gr̄am tuā: ⁊ facias nos venire ad regnū tuū vbi eſt tui viſio manifeſta: tui dilectio pfecta: tui ſocietas beata: tui fruitio ſempiterna. ¶ fiat volūtas tua ſicut in celo ⁊ in terra. Ut amemꝰ te ex toto corde: te ſemp cogitādo ex tota aīa: te ſemp deſiderādo ex tota mēte: oēs intētiones nr̄as ad te dirigēdo: ⁊ honorē tuū in oībus querēdo ⁊ ex oībus viribꝰ noſtris oēs vires ⁊ ſenſus anime ⁊ corporis in obſequiū tui amoris ⁊ nō in alio exponendo ⁊ proximos noſtros amemꝰ ſicut nos ipos: omnes ad amorem tuum pro viribus trahendo: de bonis alioꝝ ſicut de noſtris gaudendo: in malis compatiendo ⁊ nemini vllam offenſam faciendo. ¶ Panē noſtrum quotidianum da nobis hodie. Dilectum filium tuum dominum noſtrū ieſum chriſtū da nobis hodie in memoria. in intelligētia ⁊ reuerētia amoris quē ad nos habuit: ⁊ eoꝝ que ꝓ nobis fecit: dixit ⁊ ſuſtinuit ¶ Et dimitte nobis debita noſtra. Per tuā miſericordiā ⁊ ineffabilē paſſionē dilecti filij tui dn̄i nr̄i ieſu chriſti virtutē ⁊ beatiſſime marie vginis ⁊ oīum electorum tuoꝝ merita ⁊ interceſſiōes. ¶ Sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribus noſtris. Et quia nō plene dimittimꝰ: tu dn̄e fac plene dimittere: vt inimicos ꝓpter te diligamus ⁊ pro eis apud te deuote intercedamꝰ: nulli malū ꝓ malo reddamꝰ ⁊ oībus in te ꝓdeſſe ſtudeamꝰ. ¶ Et ne nos inducas in tentationē. Occultā ſiue manifeſtā ſubitā vel importunā ¶ Sꝫ liba nos a malo. Preterito. pn̄ti ⁊ futuro. ¶ Amē. ſpōtanee ⁊ gꝛtꝫ.

¶ SUPRADICTO mō dicebat btūs frāciſcꝰ pr̄ nr̄ ad oēs horas. Deinde dicebat ſcūs. ſcūs. ſcūs dn̄s deus nr̄ oīpotēs q eſt ⁊ q erat ⁊ q vēturꝰ eſt. Dignꝰ es dn̄e deꝰ nr̄ accipe laudē ⁊ glīam ⁊ honorē ⁊ bn̄dictionē. Dignꝰ eſt agnꝰ q occiſus ē accipe vtutē ⁊ diuinitatē ⁊ ſapiam ⁊ fortitudinē ⁊ honorē ⁊ glīaꝫ ⁊ bn̄dictiōe. ℣. Bn̄dicamꝰ pr̄ꝫ ⁊ filiū cū ſcō ſpū. ℟. Laudemꝰ ⁊ ſuper. eū in ſe. ℣. Laudē dicite deo oēs ſui eius ⁊ q timetꝫ deū puſilli ⁊ magni. ℟. Superaltate ⁊ laudate eū in ſcl'a. ℣. Laudēt eū glīoſū celi ⁊ terra. ℟. ⁊ ſuperaltēt ⁊ laudēt eū in ſe. ℣. Et oīs creatura q̄ in celo eſt ⁊ ſup terrā ⁊ ſubtꝰ terram mare ⁊ terra ⁊ que in eis ſunt. ℟. Laudent ⁊ ſuperaltent eum in ſecula. ℣. Gloria patri ⁊ filio

⁊ ſpiritui ſancto. R̄ſ. Laudemus ⁊ ſuperexal. eum in ſcl'a. V̄. Sicut erat in
principio ⁊ nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſcloꝝ amen. R̄ſ. Laudemus ⁊ ſu
per exaltemus eum in ſecula. ¶ Oratio.

OMNIPOTENS. ſanctiſſime. altiſſime deus omne bonum ⁊
ſummū bonum qui ſolus es bonus: tibi redamus omnē laudem
oēm gloriam, omnem gratiam. omnē honorem. omnē benedictionē, ⁊
omnia bona, fiat. Amen. ¶ Orō ad virginem mariam.

SANCTA dei genitrix dulcis ⁊ decora regem morti traditum
filium tuum dulciſſimū dn̄m noſtrum ieſum chriſtum pro nobis
exora: vt ipſe per ſuam piiſſimā clementiam ⁊ virtutē ſanctiſſime incar
nationis ⁊ mortis ipſius acerbiſſime nobis indulgeat peccata nr̄a, amē

## ¶ Incipiunt verba ſacre admonitiōis ſanctiſſimi patris noſtri franciſci ad omnes fratres.

DIxit dominus diſcipulis ſuis
Ego ſum via veritas ⁊ vita. Nemo venit ad patrē niſi ꝑ
me. Si cognouiſſetis me: ⁊ patrē vtiqꝫ cognouiſſetis. Et
āmodo cognoſcetis eum ⁊ vidiſtis eū. Dicit ei philipp⁹.
Dn̄e oſtende nobis patrē ⁊ ſufficit nobis. Dicit ei Jeſus
Tanto tempore vobiſcū ſum ⁊ non cognouiſtis me? Philippe quippe
qui videt me: videt ⁊ patrem meum. Pater lucem habitat inacceſſibilē:
ſpūſſanctus eſt deus: ⁊ deum nemo vidit vnq̄: ideo non niſi in ſpiritu vi
deri poteſt. Quia ſpiritus eſt qui viuificat: caro aūt non prodeſt quicq̄.
Sed nec fili⁹ in eo ꝙ equalis eſt patri videtur ab aliquo aliter q̄ꝫ pater
aliter q̄ꝫ ſpiritusſanctus. Unde omnes qui viderunt dn̄m ieſum ſm̄ hu
manitatem ⁊ non viderunt neqꝫ crediderunt ſm̄ ſpiritum ⁊ diuinitatem
ipm̄ eſſe verum filiū dei damnati ſunt. Jta ⁊ modo quia omnes qui vi
dent ſacramentū qḋ ſanctificat̄ ꝑ verba dn̄i ſuꝑ altare per manus ſacer
dotis in forma panis ⁊ vini: ⁊ nō vidēt ⁊ non credunt ſm̄ ſpūm ⁊ digni
tatem ꝙ ſit veraciter ſanctiſſimū corpus ⁊ ſanguis domini nr̄i ieſu xp̄i
dānati ſunt: ipſo altiſſimo atteſtāte q̄ ait. Hoc eſt corpus meū ⁊ ſanguis
noui teſtamēti. Et qui mādūcat carnē meā ⁊ bibit ſanguinē meū habet vi
tā eternā. Unde ſpūs dn̄i qui hītat in fidelib⁹ ſuis ille eſt qui recipit ſci
ſimū corpus ⁊ ſanguinē dn̄i. Oēs alij qui nō hn̄t de ſpū eodē ⁊ pſumūt
recipe eū: iudiciū ſibi manducāt ⁊ bibūt. Unde filij hoīū vſqꝫ quo gra
ui corde: vt qd diligitis vanitatē ⁊ q̄ritis mendaciū? Ut qd non cogno
ſcitis dn̄i veritatē: ⁊ creditis in filiū dei? Ecce quotidie humiliat ſe: ſicut
qn̄ a regalib⁹ ſedib⁹ venit in vterū virginis. Quotidie venit ad nos ipe
humilis apparens. Quotidie deſcēdit de ſinu ſūmi pr̄is ſuper altare in
manibus ſacerdotis: ⁊ ſanctis apl'is apparuit in vera carne: ⁊ ita ⁊ mō
ſe nobis oñdit in ſacro pane. Sicut ibi intuitu carnis ſue tm̄ eius carnē
videbāt: ſed ipm̄ dn̄m deum eſſe credebant oculis ſpūalibus cōtemplā
tes: ſic ⁊ nos panem ⁊ vinū oculis corporeis videam⁹: ⁊ credam⁹ firmi
ter ſanctiſſimū eius corp⁹ ⁊ ſanguinē viuū eſſe ⁊ verū. Et tali mō ſemper

eſt dñs cum fidelibus ſuis ſicut ipſe dixit, Ecce ego vobiſcũ ſum vſq̧ ad ↄſummationem ſeculi.

¶De malo ꝓprie voluntatis.

DIXIT dñs ad adaꝫ. De oĩ lĩgno paďiſi comede de ligno aũt ſcie bõi ⁊ mali ne comedas. De oĩ ligno paradiſi comedere poterat Adam: qꝛ dum non venit contra obĩam non peccauit. Ille enim comedit de ligno ſcientie boni ⁊ mali: qui ſibi ſuaꝫ voluntatem approꝑat ⁊ ſe exaltat de bonis que dñs dedit ⁊ operatur in ipſo: ⁊ ſic per ſuggeſtionem diaboli ⁊ tranſgreſſionẽ mandati factuꝫ eſt ei pomũ ſcientie mali vnde oportet ꝙ ſuſtineat penam.

¶De perfecta obedientia.

DIXIT dñs in euangelio, Qui non renũciauerit omnib⁹ q̃ poſſidet: non põt meus eẽ diſcipulus, Et qui voluerit animã ſuã ſaluaꝫ facere: perdet eam. Ille homo renũciat oĩbus que poſſidet ⁊ ꝑdit corpus ſuum: qui ſeipm̃ totum prebet ad obĩam in manibus ſui prelati: ⁊ q̈cq̈d facit aut dicit qḋ ipſe ſciat ꝙ non ſit contra voluntatem eius (duꝫ bonũ ſit quod facit) vera obĩa eſt. Et quãdo ſubditus viderit meliora ⁊ vtilia anime ſue q̄ꝫ ea que ſuus prelatus ꝑcipiat: ſuã volũtatẽ ſacrificet domino: q̃ aũt ſunt p̄lati opa ſtudeat adimplere. Nã hec eſt charitatiua obĩa: qꝛ deo ⁊ ꝓximo ſacrificiũ ſatiſfacit. Si vͦo p̄lat⁹ ꝑcipiat alq̄d ſubdito cõtra aĩam ſuã licet ei nõ obediat: tñ ipm̃ nõ dimittat. Et ſi ab aliq̄b⁹ ꝑſecutionẽ inde ſuſtinuerit: magis illos diligat ꝓpter deũ. Nã q potius ꝑſecutionẽ ſuſtinet q̄ꝫ velit a ſuis frib⁹ ſeparí: vere permanet in ꝑfecta obĩa: qꝛ ponit aĩam ſuã ꝓ frib⁹ ſuis. Sũt .n. m̃lti religioſi qui ſub ſpecie videndi meliora q̄ꝫ q̃ ſui p̄lati ꝑcipiũt: aſpiciũt retro ⁊ ad vomitũ ꝓprie voluntatis redeũt. Hi homicide ſũt: ⁊ ꝓpter mala exempla ſua multas aĩas ꝑdere faciunt.

¶Qꝫ nullus ſibi approprĩet prelationem.

NON VENI miniſtrari ſed miniſtrare dicit dñs. Illi qui ſuꝑ ſũt per alios conſtituti tantum de illa prelatiõe glorientur: quantũ ſi eẽnt in ablnendis pedib⁹ fratrũ officio deputati. Et q̃nto magis turbãt de ablata ſibi prelatiõe q̄ꝫ de pedũ officio: tanto magis ſibi loculos ⁊ piculum anime cõponunt.

¶Qꝫ nemo ſuꝑbiat: ſed glorietur in cruce dñi.

ATTENDE o homo in q̃nta excellentia poſuerit te dñs, Qui creauit ⁊ formauit te ad imaginem dilectiſſimi filij ſui ſm̃ corpus ⁊ ad ſimilitudinẽ ſuaꝫ ſm̃ ſpũm. Et omnes creature que ſub celo ſunt ſm̃ ſe ſeruiunt: cognoſcunt ⁊ obediunt creatori ſuo melius q̄ꝫ tu. Et etiam demones non crucifixerunt eum: ſed tu cum ipis crucifixiſti eũ ⁊ adhuc crucifigis delectando in vitijs ⁊ peccatis. Unde potes gloriari? Nam ſi ita eſſes ſubtilis ⁊ ſapiens ꝙ oẽm ſciam haberes ⁊ ſcires interpretari omnia genera linguarum ⁊ ſubtiliter de celeſtibus rebus perſcrutari: in omnibus his non potes gloriari: quia vnus demõ ſciuit de celeſtibus magꝫ ⁊ ſcit de terrenis pluſq̄ꝫ omnes homines: licet aliquis fuerit qui ſumme ſapientie cognitionem a dño receperit ſpecialem, Similiter ſi eſſes pul-

chꝛioꝛ ⁊ ditioꝛ omnibus ⁊ etiam ſi faceres mirabilia vt demones effuga res: omnia iſta tibi ſunt contraria ⁊ nihil ad te pertinent. In his nihil potes gloriari: ſed in hoc poſſumus gloriari in infirmitatibus noſtris: ⁊ baiulare quotidie ſanctam crucem dñi noſtri ieſu chꝛiſti.

In miſſa conuentuali altare incenſet poſt calicis oblatione. Nota q qñcũq; incenſatur altare ad bñs ⁊ magt: ſacerdos ſũmo gradu genuflectat corã altari: deinde ſurgens ad mediũ altaris incipiat extenſa manu verſus corpus chriſti vel crucifixũ ⁊ circũducat manũ ad dxtrũ cornu altaris breuiter tranſiens vſq; ad ſiniſtrũ ipius: ⁊ ducta manu ſemel ante altare a leua in dexterã: ⁊ oſculato altari reddat illud miniſtro ſicut ſuperius dictum eſt. Cũ vero chor⁹ thurificat: a parte hebdomadarij ſemp inchoet: ⁊ vna vice vel duabus qlibet frater adoleat. Itẽ in fine oĩum horarũ dicat fideliũ aie cũ dñica orone: niſi cũ imediate ſequit miſſa. Et tunc dicto Bñdicam⁹: ſtatim incipit officiũ miſſe. finita autẽ orone dñica ⁊ ſigno facto a ſacerdote: dicatur. Dñs det nobis ſuam pa.

cem: ꝑterq̄ in ꝯpletorio ⁊ matutinis ⁊ prima. Rn̄deāt frēs Amē. Si āt plures hore ſine interuallo dicāt: inter duas horas dicat Fideliū aīe ⁊ oīo dn̄ica tm̄ semel.

## ¶ De officio miſſe.

De officio miſſaꝝ dicēdū eſt. ¶ In diebꝰ ferialibꝰ paret ad miſſā ſacerdos, diaconꝰ, ſubdiaconꝰ in magnis ꝯuentibus: in paruis aūt ſubdiaconus indutus tm̄ ſuperpelicio. Cōfeſſio aūt fiat corā altari. Et ſit calciatus qui dꝫ legere eplāz. ¶ In miſſis ꝑuatis ſacerdos q̄ celebrat ipē ſibi legat eplam. ¶ Epla vero circa mediū altaris in inferiori gradu ſemꝑ cantetur ſup pulpitū. Finita vō epla: miniſter paret calicez in loco ſuo: ⁊ patū ponat ſuper altare. ¶ Et dū cantat offertoriū: miniſter offerat ampullā ſacerdoti cum aqua. Deinde imediate poſt oblationē calicis ⁊ thurificationē: ſacerdos abluat manꝰ. ¶ Patena vō nō teneat nec pax nec thus choro det: niſi in dn̄icis diebus ſemiduplicibꝰ ⁊ duplicibꝰ: nec in miſſis ſecretis thurificetur. ¶ Dū vō dicit Ite miſſa eſt tā ſacerdos q̄ diaconꝰ durante ite miſſa eſt: ſtent verſi ad ppl̄m. Quo finito: cōuertant ad altare. ¶ Cum vero dicit Bn̄dicamꝰ: vertant ſe ſemper ad altare: deinde in veſtiariū reuertātur. ¶ In feſtis vero nouē lectionū idez per oīa fiat vt in ferialibus dictū eſt. ¶ In dn̄icis aūt diebus ⁊ ſemiduplicibꝰ parentur ſacerdos, diaconus ⁊ ſubdiaconus cum vno acolytho tantum: ⁊ thurificetur ad euangelium. Et oblatione facta: adoleātur oblata. ¶ Cū vō legitur euāgeliū: ſacerdos ſtet ad dextram cornu altaris. Subdiaconus āt ſtans ante diaconum: vertat ſe ad eum. Acolythus vero cū thuribulario ſtet poſt diaconem longe: ⁊ vertat ſe ad euangeliū. Quo finito ſubdiaconus offerat librum ſacerdoti primo deoſculandū poſt inceptū Credo dum dicit ⁊ poſt diacono.

## ¶ De oblatione calicis.

Oblatio aūt calicis ſic fiat. Parato calice poſt dictā eplam in loco ſuo vt predictū eſt: ſubdiaconꝰ dum cantat offertoriū accipiat eū palla mūdiſſima: quē precedat acolythus in manu dextera ampullā aq̄ portans: ⁊ ſic procedant ordinate vſq̄ ad mediū altaris. Subdiaconꝰ ſtet a dextris diaconi: ⁊ acolythus cū ampulla a dextris ſacerdotꝭ. Deinde diaconꝰ accipiēs patenā a ſubdiacono offerat ſacerdoti: ⁊ poſt diaconꝰ accipiat a ſubdiacono calicē: ſubdiaconꝰ āpullā ab acolyto: ſacerdos eandē a ſubdiacono: ⁊ fuſa aqua in calice: offerat eū ſup altare diaconus. Interī āt acolythꝰ parato thuribulo reddat illō ſubdiacono. Diaconꝰ āt incenſuz bn̄dictū a ſacerdote ponat in thuribulo. Deinde accipiat illō a ſubdiacono ⁊ offerat ſacerdoti. Sacerdos āt adoleat calicē ⁊ altare ſicut dictū eſt. Finita vero thurificatiōe: reddat illud diacono ſine alia thurificatiōe. Diaconꝰ vero accepta planeta ſiniſtra manu: incenſet ſacerdotē manu dextera: deinde reddat illud acolytho. Acolythꝰ vō incenſatis diacono ⁊ ſubdiacono: thurificet choꝝ. Et hoc totū in dn̄icis ⁊ ſemiduplicibꝰ ⁊ duplicibꝰ obſuet. ¶ Et nota q̄ ſemꝑ āte euāgeliū cū aliqd cōiter cātatur vel dicit a ſacerdote, diacono ⁊ ſubdiacono: diaconus aſſiſtat ſacerdoti a dextris: ſubdiaconꝰ a ſiniſtris: ⁊ cōuerſo poſt euāgeliū. Dicta

vero pfatione ⁊ ſcũs: diacon⁹ inuolutã patenã pãno mũdiſſimo tradat ſubdiacono tenendã. ¶ Cũ vero puentũ fuerit ad pater nr̃: diſcooperiẽs eam ſubdiacon⁹ ⁊ tenens eam vſq; ad finẽ dñice orõnis: accedenſq; ad diaconum, tradat ei: diaconus ſacerdoti deoſculans manũ eius. ¶ Diaconus vero accepta pace a ſacerdote: det eam ſubdiacono: ſubdiaconus acolytho: acolythus duobus primis in choro incipiens a parte hebdomadarij. ¶ In oĩbus aũt feſtis duplicib⁹ paratis in ſacriſtia miniſtris: pcedant duo ceroferarij induti tm̃ ſuperpelicijs: quoꝝ vnus ad dexteram alius ad ſiniſtrã tranſeat: tenentes cereos donec finiatur cõfeſſio. Quos deponentes: non reſumant vſq; ad euãgelium. Hos ſequatur thuribularius ad dexteram tranſiens: poſt quem ſubdiaconus libꝝ clauſũ vtraq; manu ante pectus ferẽs. Deinde diacon⁹: vltio ſacerdos: factaq; ↄfeſſione: incenſetur altare.

¶ De modo ſtandi.

Introitus ante miſſã nũq; dicit̃ niſi bis: neq; graduale repetat̃ ante verſum vel poſt verſum. Lecto vero poſt thurificationẽ officio a ſacerdote ⁊ miniſtris: diſponãtur i modum crucis. i. duo acolythi eque diſtãtes ad leuã ⁊ dexterã diaconi: ⁊ hic modus ſtandi per totã miſſã ſeruetur. ¶ Et nota q̃ tam in dñicis dieb⁹ q̃ in ſemiduplicib⁹ dũ dicit̃ ep̃la diacon⁹ ad altare reuerẽter aſcendẽs dʒ ſup altare extendere ⁊ explicare corporalia: ⁊ iteꝝ plicare in fine miſſe: dum ſacerdos calicem ⁊ manus purificat. ¶ Ad euãgeliũ vo duo acolythi reſumptis cereis ſtent ad dexterã ⁊ leuã ſubdiaconi: verſis vultib⁹ ad euãgeliũ. ¶ De oblatiõe vo calicis ⁊ thurificatiõe ⁊ patene datione oĩa fiãt vt in ſemiduplicibus: excepto q̃ acolythus qui ſtat ad dexteram altaris ſemp fuiat de aqua excepto q̃ primo thurificent̃ cãtores ⁊ eis primo pax det̃: ⁊ ipi eã portent pmis in choro reſidẽtib⁹. Et illo ordine quo de veſtiario fuerãt egreſſi: finito officio reuertãtur. ¶ In feſtis nouẽ lectionũ duo frẽs dicãt all'a vel tractũ tpib⁹ ſuis. Tract⁹ ãt qñ dicend⁹ ẽ a duob⁹: ſi breuis fuerit: ad pulpitũ in medio chori dicat̃: ſi ãt plixioꝝ fuerit: a quattuoꝝ vl' ſex binis ⁊ binis ſuccedẽtib⁹ vbi põt fieri bono modo. In feſtis ſemiduplicib⁹ ⁊ i die dñico duo frẽs dicãt graduale ⁊ duo alij all'a. In feſtis vero duplicibus duo fratres dicant graduale :: ⁊ q̃ttuoꝝ all'a vel plures: ſcd̃m q̃ congruit ſolemnitati.

¶ De all'a in ferialibus diebus.

Et nota q̃ qñ all'a cantat̃ in ferialib⁹ dieb⁹: in prima vice ſine completione pneumatis: poſt verſum vero totũ cantat̃. ¶ Quãdo vo duo all'a cantant̃ ab octaua paſche: vſq; ad octauã pẽtecoſtes: pmũ cantat̃ totũ cũ ſuo verſu: nec repetit̃ ante verſũ nec poſt. Scd̃m ãt all'a ⁊ ante verſum ⁊ poſt repetitur. ¶ Cetera vero ad miſſaʒ pertinẽtia fiant ſicut in miſſali ↄtinentur. ¶ Diſcurſus autẽ fratrum in choro ſollicite euitetur.

¶ De cõmunicatione autem fratrum in miſſa conuentuali hoc ſemp obſeruetur. Facta confeſſione cõiter a fratribus genibus flexis in locis ſuis abſolutione facta: dicant omnes qui debent cõmunicare ſubmiſſa voce ſemel tantum, Dñe non ſum dignus ⁊c. Interim autem duo acolythi

extenſam pallam teneant coram ſacerdote: ⁊ cōicatis primo ꝑ ordinem miniſtris: fratres ceteri a capite chori incipientes: bini ⁊ bini ordinate ꝓcedant ⁊ flexis genibus cōicent. Cōicati vero accedant ad calicem vel calices eis a diacono ⁊ ſubdiacono ſi poteſt fieri miniſtratos: ſcd̄m ꝙ fratruz expetit multitudo: ⁊ ſic ordinate ad loca ſua revertantur.

¶ Explicit ordinarium romanum.

## ¶ Incipit ordo agendorū ⁊ dicendorum a ſacerdote in miſſa priuata ⁊ feriali ſecundū conſuetudinem eccleſie romane.

Indut⁹ planeta ſacerdos ſtet ante gradus altaris: adiūctis manibus mediocriter eleuatis dicet añaz. Introibo ad altare dei. Rñ. Ad deuz q letificat iuuētutē meā. ps. Judica me deus ⁊c̄. cū gloria patri. Deinde repetat̃ aña. Introibo. Rñ. Ad deuz ⁊c̄. cū. v̄. Adiutoriū. Rñ. Qui fecit. Deinde faciat ꝯfeſſionez abſolute inclinatus mediocriter. Et ſtet taliter inclinatus donec reſponſuz fuerit. Miſereatur tui ⁊c̄. Et tunc erigens ſe: faciat abſolutionē. Qua facta dicat. verſum. Deus tu ꝯuerſus. Rñ. Et plebs. v̄. Oſtende nobis. Rñ. Et ſalutare. v̄. Dñe exaudi. Rñ. Et clamor. v̄. Dñs vobiſcum. Rñ. Et cū ſpū tuo. Orō. Aufer a nobis ⁊c̄. Et dr̃ hec orō aliquātulum alte dum aſcendit ad altare ſacerdos. finis. Per chriſtuz dñm noſtrū. Rñ. Amen. Poſtea inclinatus coram medio altaris: iunctis manibus dicat ſub ſilentio hanc orōnez. ¶ Orō. Oramus te dñe vt ꝑ merita ſanctoꝝ tuorū quoꝝ reliqe ſunt hic ⁊c̄. Si vō nō fuerint ibi reliqe: dicat. vt ꝑ merita oīm ſanctoꝝ tuoꝝ ⁊c̄. Qua finita: erigat ſe: ⁊ man⁹ ſuꝑ altare deponēs: oſculetur illud.

### ¶ De iunctione manuū.

Et nota: ꝙ iūgende ſunt manus quotiēs inclinat ſe ſacerdos añ altare: ⁊ in collectis ſecretis: ⁊ i poſt cōicationib⁹: qñ venit̃ ad ꝑ dñz vltimū ſi plures dicūt̃. Poſtq̄ īceperit Glīa in excelſis deo. ⁊ credo. Et qñ vadit ad ſedē. Et qñ reuertit̃ ad altare. Et in fine p̄fatiōis. Et añq̄ leuet hoſtiā: cū dr̃ fiat dilectiſſimi ⁊c̄. Et añ pater nr̃: cū dr̃. ⁊ preſtas nob. Et qñ accipit hoſtiā de patena vt frangat ſup calicez. Et quotiēs vadit a libro vſq̄ ad mediū altaris. Et qñ reuertit̃ ad librū dicto dñs vobiſcuz. Et ſi vadit ab altari ad piſcinā vel reuertit̃. Et quādo de ſacriſtia vadit indutus ad altare. Et quādo cōpleta miſſa ad ſacriſtiā reuertit̃.

### ¶ De inclinatiōibus faciendis in miſſa cōuentuali ⁊ priuata.

Item nota: ꝙ primo inclinat ſe ſacerdos ante gradū altaris in confeſſione vt p̄dictū eſt. ¶ Scd̄o. cū dicit. Oram⁹ te dñe. ¶ Tertio. poſt euangeliū cū dicit. ſuſcipe ſancta trinitas. ¶ Quarto cuz dicit Te igitur. ¶ Quinto. cū dicit. ſupplices ⁊c̄. ¶ Sexto. añ pacē cū dicit. Dñe ieſu chri-

ſte q dixiſti ⁊c. ¶Septimo. poſt pacē cũ dicit. Dñe ieſu chriſte fili dei viui. ⁊ perceptio. ¶Octauo. poſt miſſaȝ cũ dicit. placeat tibi ⁊c. Sciēdũ ꝙ iſte ſunt inclinationes q̃ fiunt ꝓfunde corā altari. ¶Sũt ⁊ alie inclinationes q̃ fiũt mediocriter ſup altare. ¶Prima cũ dicit ſuſcipe deprecationē noſtraȝ. ¶Scđa qñ ſacerdos debet legere euãgeliũ dicēdo Mũda cor meũ ⁊c. vel ſit dñs in corde meo. ¶Tertia cũ dicit ⁊ hõ fact⁹ ē. ¶Quarta quãdo collocato calice vadit ad abluendũ. ¶Quinta cũ dicit ſanct⁹. ¶Sexta qñ noīatur beata virgo in cõicantes. ¶Septima poſt ↄſecrationē hoſtie anteq̃ʒ eleuet. ¶Octaua ante pr nr cũ dicit p̄ſtas nobis. ¶Nona cũ noiatur beata virgo in oꝛone libera nos q̃s. ¶Decima quãdo dicit agn⁹ dei. ¶Undecima in ꝑceptiõe. ¶Duodecima ſi poſt ꝑceptionē vadit ad piſcinaȝ. Et oēs iſte inclinatiões fiũt ante mediũ altaris. Uertens vero ſe ad populũ: tm̃ cũ dicit Orate frēs ꝓ me parũ ſe inclinet.

¶De altaris oſculo.

Tez nota ꝙ primo oſculat ſacerdos altare dicta oꝛone oram⁹ te dñe. ¶Scđo añ collectã primã vbi dr Dñs vobiſcũ. ¶Tertio poſt euãgeliũ cũ dr dñs vobiſcũ. ¶Quarto anteq̃ʒ dicat orate frēs. ¶Quinto poſt te igit cũ dr vti accepta habeas. ¶Sexto poſt ſupplices cũ dicit ex hac altaris participatione. ¶Septimo finita oꝛone dñe ieſu chriſte q dixiſti. ¶Octauo aũt poſt cõiõneȝ cũ dr Dñs vobiſcũ. ¶Nono cõpleta oratione placeat tibi ſancta trinitas.

¶De modo oſculandi.

Et nota ꝙ oia oſcula ſupradicta fiũt demiſſis manib⁹ ſup altare añ collatione calicis ⁊ poſt ꝑceptionem: alio tpe a ſiniſtris calicis circa hoſtiã. ¶Nota ꝙ nũq̃ʒ oſculand⁹ ē liber niſi poſt euãgeliũ.

De eleuatione manuũ ⁊ extenſione.

Item circa eleuationē manuũ ſacerdotis ⁊ de extēſione notandũ ē: ꝙ ſꝑ debet eleuare manus ſacerdos mediocriter: ita ꝙ eleuatio non excedat humeros: nec nimis deꝓmat: ſʒ ſit in latũ diſtēſio ſꝑ moderata ⁊ eq̃lis in miſſa: ⁊ qñ ſtat verſus ad altare ⁊ qñ ſe vertit ad populũ. In oiunctione manuũ ſimul p̄cedat eleuatio eq̃lis ⁊ moderata.

¶De ꝓſecutione miſſe.

Poſtq̃ʒ oſculatus fuerit ſacerdos altare: cõpleta oꝛone illa Oramus te dñe: vadit ad dextrũ cornu altaris: ⁊ ibidē ſtans ſine aliquo verſu p̄cedente incipit legere introitũ cũ miniſtro vel miniſtris: ⁊ ſimiliter kyrieleiſon. Deinde vadit ad mediũ altaris: ⁊ incipit Gloria in excelſis deo. ſi dicendum eſt. Quo finito vel nõ inchoato ſi non eſt dicendum: oſculat medium altaris: ⁊ vertens ſe ad populum dicit. Dominus vobiſcum. Quo dicto: vertit ſe ad librum qui eſt in dextro cornu altaris: dicens oremus. ⁊ ibidē terminat orationem. Et ſi plures dicantur: ibidem terminãtur ſimiliter. ¶Quando vero dicendum eſt flectamus genua: ſacerdos ſtans ad dextrum cornu altaris ⁊ non conuerſus ad populuȝ: incipit abſolute oremus ſine dominus vobiſcũ. ¶Et facto modico interuallo poſtq̃ʒ dixerit flectamus genua: dicat leuate: deinde abſolute proſequitur collectam. ¶Si diaconus miniſtrat: ipſe dicat flectamus genua ⁊ leuate. Fi

nita collecta:legitur lectio vna vel plures : ſingulis lectionibus ſingulis
premiſſis collectis. Jn quibus omnibus idem modus ſeruetur:preterq̄
in vltima collecta que precedit epl'am:in qua ſemper vertens ſe ad popu
lum vt predictum eſt:dicit dominus vobiſcum.Deinde legitur ep'la ſem
per ante gradus contra medium altaris in miſſa conuentuali.℄ Jn priua
tis autem:ſemper ab ipſo ſacerdote,ſuper dextrum cornu altaris legitur.
℄ Dum vero legitur epiſtola a ſubdiacono: ſacerdos extendit corporale
quod ſupponitur calici ſuper altare:ita ꝙ longitudo in longitudinem al-
taris extendatur. Nec explicatur propter puluerem vſq̄ ad oblationem
calicis.Et idem faciat diaconus ſi miniſtrat.℄ Nota.Corporale vero qđ
ſupponitur calici habeat quattuor plicas in longitudine ⁊ tres in latitu-
dine.Quo pacto:in miſſa conuentuali vadit ſacerdos ad ſedem . Lecta
vero epiſtola ⁊ graduali cum alijs que ante euangelium legenda ſunt cū
miniſtro vel miniſtris in ſede completis:ſubdiaconus parat calicem in
loco ſuo:collocando hoſtiam ſuper patenam ⁊ vinum tantum calici infun
dendo:⁊ ſic paratum ponat ſuper altare. Jn priuata autem miſſa ſi non
affuerit ſubdiaconus:parat ſacerdos calicem anteq̄ incepta fuerit miſſa
vel poſt euangelium:ſecundum quod opportunū ſibi viſum fuerit.℄ Sa
cerdos vero anteq̄ incipiat euangelium:ſupra medium altaris inclinat⁹
dicit.Sit dominus in corde meo ⁊c̄.vel Munda cor meū ⁊c̄.Et ſignās
ſe ſigno crucis:legat euangelium ſupra ſiniſtro cornu altaris , finito ve-
ro euangelio:oſculatur librum:⁊ reuerſus ad medium altaris:dicit credo
in vnum deum ſi eſt dicendū:ſin autem oſculatur altare ⁊ reuertens ſe ad
populum dicit Dominus vobiſcum:reuerſuſq̄ ex parte dextra altaris:
dicit in medio oremus ⁊ legitur offertorium.℄ Quales autem debent eē
miniſtri ⁊ qualiter ſe debeant habere in miſſa ordinata ⁊ ſolemni preſen-
te vel non preſente epiſcopo in ordinationibus diuini officij declarabit.

℄ De oblatione calicis ⁊ hoſtie.

SI miſſa ſimplex cōuentualis vel priuata fuerit:ſacerdos accipit pa
tenam cum hoſtia duabus manibus mediocriter eleuatis : ⁊ dicit.
Suſcipe ſancte pater ⁊c̄. Interim vero miniſter ad dexteram ſacerdotis
aſſiſtens:offeret ampullam cum aqua.Quam benedicens ſacerdos : in-
fundit calici dicens.Deus qui humane ſubſtantie ⁊c.℄ Et nota ꝙ tam in
priuatis miſſis q̄ in conuentualibus ⁊ ordinatis tempus ⁊ ordo infun-
dendi aquam calici idem penitus obſeruatur.Deinde accipiens calicem
cum duabus manibus mediocriter eleuatis:offerat eum dicens . Offeri-
mus tibi ⁊c.℄ Collocatur autem hoſtia ad ſiniſtram:calix vero ad dexte-
ram.Deinde cooperitur calix corporali ſimplici plicato:quod ſuperponi
tur calici cū hac oratione in ſpiritu humilitatis ⁊c. ℄ Et poſtea fit ſignū
crucis ſuper hoſtiam ⁊ calicem cum oratione. Ueni ſanctificator ⁊c : ita
ꝙ primo ducatur manus ſuper hoſtiā:ſecundo ſuper vtrūq̄.Et ſic ſem
per fit:quando cōmuniter vtrūq̄ ſignatur.℄ Et poſtea inclinans ſe ſuper
altare:vadit ad abluendum manus ſuas.

℄ De benedictionibus vero incenſi ⁊ incenſatione ⁊ alijs que perti
nent ad ſolēnitatem habebitis in ordinationibus.

DEinde rediens ad medium altaris: inclinatus dicit ſuſcipe ſancta trinitas ⁊c. Qua finita: erigens ſe oſculatur altare: ⁊ vertens ſe ad populum dicit orate fratres pro me ⁊c. Circunſtantes reſpondeant, ſuſcipiat dominus ⁊c. Deinde regirans ſe ex parte dextra: dicit ſecretaꝫ vel ſecretas ſtans contra medium altaris. Quibus completis: eleuatis ⁊ extenſis manibus ſecundum formam ſuperius taxatam: dicit per omnia ſecula ſeculorum ⁊c. Finita vero prefatione: dicit Sanctus cū miniſtro vel miniſtris mediocriter inclinatus ſuper altare: ⁊ ſignat ſe ſigno crucis cū dicit Benedictus qui venit in nomine domini ⁊c. ¶ Deinde inclinatus coram altari iunctis manibus: dicit te igitur. Et erigit ſe ⁊ oſculatur altare cum dicit vti accepta habeas: faciens tres cruces dicēdo. Hec dona, hec munera. hec ſancta ſacrificia. ¶ Deinde eleuatis ⁊ extēſis manibus ſicut ſuperius dictum eſt: proſequitur canon vſq; ad quam oblationem; tu deꝰ in omnibus queſumus ⁊c. Et poſtea facit tres cruces cōtinuas ſuper hoſtiam ⁊ calicem cōmuniter dicens. benedictam, aſcriptam. ratam. Et eleuatis iterum manibus cum dicit rationabilem acceptabilemq; facere digneris: facit iteruꝫ duas cruces: dicens corpus ⁊ ſanguis: primaꝫ ſuper hoſtiam: ſecundam ſuper calicem. ¶ Cum vero ꝑuentum eſt ad q̄ ꝑridie: ductis plane digitis ſuper pallā altaris: accipit hoſtiā dicens accepit paneꝫ. Et paruꝫ eleuans ſignat eam dicens. benedixit ⁊c. Et dicto hoc ē corpus meū: adorato corpore dn̄i cū mediocri inclinatōe: eleuat illud reuerēter: ita ꝙ a circūſtantibꝰ poſſit videri. Poſtea ponit in loco ſuo. Deinde coopertuꝫ calice accipit cū duabꝰ manibꝰ ⁊ parꝝ eleuat dicēs, Accipiens ⁊ hunc preclaꝝ ⁊c. Et deponit iteꝝ ſup altare dicens. item tibi gr̄as agēs. Deinde ſignat dicens. Bn̄dixit. Et iteꝝ eleuat: dicens. Accipite ⁊ bibite: vſq; in mei memoriā facietis. Deinde eleuat eū: ita ꝙ a circūſtantibꝰ poſſit videri. Deinde deponit. Depoſito calice: dicit. Vn̄ ⁊ memores. ¶ Et nota ꝙ ab hoc loco vſq; ad vltimā purificationē manuū ſacerdotis: iungendus eſt index cū pollice: ꝑterq; i ſignationibus: ⁊ cū tangit corpꝰ dn̄i. ¶ Ante vero hūc locū ⁊ poſt ꝑdictā purificationē cū leuat manus ſuas et extēdit: ſeparat̄ parꝝ pollex a digitis: ceteris ſibi inuicē copulatis. ¶ Ab hinc aūt vſq; ad vltimū ꝑ oīa: fiant ſignationes ſicut in miſſali ſignant̄: ⁊ inclinationes ſicut ſuperius dictū ē. Hoc addito: ꝙ cū in fine huiꝰ orationis Nobis quoq; peccatoribus dicit̄ ꝑ chriſtū dn̄ꝫ nr̄m ſine reſpōſiōe Amen: dicit ſacerdos. ꝑ quē oīa: q2 iſtud pendet de fine p̄cedentis. Dicto autem ⁊ preſtas nobis: diſcooperit calicē: ⁊ accipiens corpus dn̄i: ſignat ter cū ip̄o ſuper calicem a labio in labium: dicens per ipſum ⁊ cum ip̄o ⁊ in ip̄o. Eleuatis autem digitis: cuꝫ corpore chriſti ſignat bis inter ſe ⁊ calicem a labio calicis incipiens: ⁊ dicens qđ ſequitur: eſt tibi deo patri ⁊c. Quo finito: tenet corpus domini ſuper calicem. Et parum eleuato calice cum ambabus manibus: dicit per omnia ſecula ⁊c. Dicendo oremus preceptis ſalutaribus: reponit hoſtiam ⁊ calicem in locis ſuis ⁊ corporale calici ſuperponit. ¶ Cum vero venit ad pater noſter: eleuat manus ⁊ extēdit ſicut prius vſq; ad. da propitius pacem: vbi accipiens patenam: ſignat ſe ſimpliciter cum ipſa ſubmittens eaꝫ hoſtie. Et diſcooꝑiens calicē

facit fractionem ſuper eum: frangendo hoſtiã ꝑ mediũ: ⁊ ponens illam
partem que eſt in ſiniſtra manu in patena. Illã vero q̃ eſt in dextera: frã
git per medium: ⁊ particulã q̃ manet in ſiniſtra manu poſt fractionẽ: cõ
iungit ꝑti q̃ eſt in patena. Alterã vero q̃ remanet in dextera: erect⁹ ſacer-
dos tenet ſuꝑ calicẽ: ⁊ parũ eleuato: dicit ꝑ oĩa ſecula. Et iterũ depoſito
calice: tertio ſignat ſuꝑ ſanguinẽ cũ ꝑticula quã tenet in dextera manu
dicens. Pax dñi ⁊c̃. Quo dicto: mittat particulã ipſam in ſanguine: di-
cens. Fiat ꝯmixtio ⁊c̃. Deinde coopto calice: dicit Agn⁹ dei ter pax icli-
nat⁹ manib⁹ demiſſis ſuꝑ altare. Poſtea iclinat⁹ ãte altare dicit. Dñe Ie
ſu chriſte qui dixiſti ⁊c̃. Qua finita: erigit ſe ⁊ oſculatur altare ⁊ dat pacẽ
miniſtro dicens. Pax tecũ. Rñ. Et cũ ſpiritu tuo. Iterũ inclinãs ſe ante
altare: dicit. Dñe ieſu chriſte fili dei viui ⁊c̃. ⁊ ꝑceptio corpis ⁊ ſanguinis
⁊c̃. Quib⁹ dictis: erigens ſe ⁊ reuerẽter accipiẽs patenã: dicit. Panem
celeſtẽ ⁊c̃. Deinde dicit ter. Dñe nõ ſum dignus ⁊c̃. Quo dicto: ſignat ſe
cũ patena in qua iacet corp⁹ dñi: ⁊ ab eadẽ patena nõ cum manu ſed lin-
gua ſumit. ⁊ diſcoopiens calicẽ: ſi que reliq̃e corporis remanent in pate
na: cũ digito vel pollice reponit eas in calice. Licet tamẽ qb⁹ magis pla
cuerit: ſumere corp⁹ dñi manu de patena ſcd̃m priorẽ curie ꝯſuetudinez
¶ Depoſita patena cum reuerentia accipit calicẽ: dicẽs. Quid retribuaz
dño ⁊c̃. Calicẽ ſalutaris accipiã ⁊c̃. Laudãs ⁊c̃. Quibus dictis: ſignãs
ſe cuz calice: dicit orõnem. Sanguis dñi. n. ieſu chriſti ⁊c̃. ⁊ extũc ꝑcipit
ſanguinẽ. Perceptione vero facta: vadit ad cornu altaris dextrũ: ⁊ puri
ficationẽ calicis accipiẽs: dicit. Qđ ore ſũpſimus dñe pura mente capia
mus ⁊c̃. ⁊ corpus tuũ dñe. ⁊c̃. Quibus dictis purificationẽ digitoꝝ fa-
ctam ſuper calicem in calice dimittens: declinat ad abluendũ manus.
¶ Qua ablutione facta: aſſumit quod remanſit in calice: ⁊ inclinans euz
ſuper patenã ⁊ plicato corporali lectaq; cõione in dextro cornu: iterum
ſumit ſiqđ remãſit in calice. ¶ Quo facto: reuertit̃ ad mediũ altaris: ⁊ cõ
plet miſſaz ſicut ꝑdictũ eſt. Qua ꝯpleta: benedicit ppl'm dicẽs. Bñdicat
⁊ cuſtodiat vos ⁊c̃.

Nota: ꝙ nõ eſt omittendũ: ꝙ ſacerdos ſemꝑ voluit ſe ad ppl'm ad
dexterã: ⁊ eadẽ ſe ad altare reuoluit: quaſi ipſo facto dicẽs. Dextera
dñi fecit virtutẽ ⁊c̃. ¶ Scd̃o ad ſignificandũ ꝙ in ſepulchro dñico ange-
lus a dextris ſedebat. ¶ Tertio ꝙ ſacerdos per hoc innuat: ſe rectam ⁊
acceptam habere intentionem pro ſe ⁊ pro populo ad celeſtem patriam
que per dexteram ſignificatur iuxta illud in canticis. Dextera illi⁹ ãple-
xabit̃ me. ¶ Quarto q: ꝯuerſ⁹ ſalutãdo ppl'z ⁊ ꝯuerſ⁹ dicẽdo orem⁹: hor
tat̃ tã ſe q̃z ppl'z ad orãdũ: ⁊ orõ dz fieri ꝓ eternis: q̃ ꝑ dexterã ſignificãt̃
vñ chriſt⁹ ſedere dr̃ ad dexterã pr̃is. ¶ Merito ad dexterã ptẽ fit vtrũq;:
gerit q̃ppe ſacerdos typũ chriſti: q ꝑfect⁹ ẽ: in ſalutatiõib⁹ ⁊ orõnibus q̃
ad dexterã fiũt. ¶ Verũtñ ꝙ poſtq̃z dicit orate frẽs ⁊c̃. reuoluit ſe ad ſini
ſtrã iuxta illud pſalmi: circuiui in tabernaculo ⁊c̃. ꝑparãs ſe ad imolan-
dũ quedã circuitũ facit. Se igit̃ ꝯuertit ad ſiniſtrã q̃ imꝑfectior ⁊ infirmior
ẽ: ad denotãdũ imꝑfectionẽ cuiuſlibet ſacerdotis ꝑter chriſtũ. ¶ Hinc ẽ

q̄ premiſſa verba dicendo: obſecrat tanq̃ imperfectus ⁊ peccator ⁊ indi-
gens auxilio alioꝝ: impendi ſibi ab alijs beneficium orationis. ¶ Secun
do quoq; reuoluitur tunc ad ſiniſtrā: ⁊ per hoc ſignificat triſticiam de paſ
ſione chriſti: ad quam repreſentandā ſtatim intendit. Triſticia enim recte
per ſiniſtrā ſignificatur iuxta illud apoſtoli. A dextris ⁊ a ſiniſtris per glo
riam ⁊ ignobilitatem per infamiam ⁊ bonam famam. ¶ Debent aūt fie-
ri iſte volutiones ⁊ reuolutiones ante mediuz altaris. Iuxta illud. In me
dio eccleſie aperuit os eius ⁊c̄. In quo etiam illud cōmemoratur: q̄ redē
ptor noſter iuxta ſalomonem corpus ſuum media charitate conſumauit
propter filias hieruſalem.

## ¶ Explicit indutus planeta.

## ¶ Incipit prologus prime regule ſancte Clare Anno domini. m. ccxlvj.

INnocētius ep̄s ſeruus ſeruo
ruz dei dilectis in chriſto filiabus ſancte Clare abbatiſſe
alijſq; ſororibus monaſterij ſancti Damiani aſſiſinatis
ſalutem ⁊ ap̄licaz benedictionem. Solet annuere ſedes
ap̄lica pijs votis ⁊ honeſtis petentium precibus fauorē
beniuolū impartiri. Ex parte ſiquidem veſtra nobis exti
tit humiliter ſupplicatum: vt ⁊ vite formulaz iuxta quā cōmuniter in ſpi
rituū vnitate ac voto altiſſime pauptatis viuere deberetis: vobis a beato
franciſco traditam ⁊ a vobis ſponte ſuſceptam venerabilis frater noſter
Hoſtienſis ⁊ valletenſis ep̄us duxerit approbandaz: ſm̄ q̄ in ipſius ep̄i
l'ris confectis exinde plenius cōtinetur: nos curaremus ap̄lico munimi
ne roborare. Deuotiōis igitur veſtre precibus inclinati: qḋ ab eodē ep̄o
ſuper hoc factum eſt ⁊ ratum habentes ⁊ gratum: illud auc̄tate ap̄lica ꝯ
firmamus ⁊ preſentis ſcripti patrocinio cōmunimus: tenorem litteraruz
ipſarum de verbo ad verbum preſentibus inſeri facientes: qui talis eſt.
RAYNALDUS. Miſeratione diuina hoſtienſis ⁊ velletrenſis
ep̄us chariſſime ſibi in chriſto matri ⁊ filie dn̄e Clare abbatiſſe ſancti da
miani aſſiſinatis eiuſq; ſororibus tam preſentibus q̄ futuris ſalutem et
benedictionem p'nam. Quia vos dilecte in chriſto filie mūdi pompas
⁊ delitias contempſiſtis ⁊ ipſius chriſti eiuſq; ſanctiſſime matris ſequen
tes veſtigia elegiſtis habitare incluſe corpore ⁊ in paupertate ſumma de
ſeruire: vt mente libera poſſitis dn̄o famulari: nos veſtrum ſanctum ꝓpo
ſitum in domino cōmendantes: votis veſtris ⁊ ſanctis deſiderijs libēter
volumus affectu paterno fauorem beniuolum impartiri. Ea propter ve-
ſtris pijs precibus inclinati: formā viuendi ac moduz ſancte vnitatis ac
altiſſime paupertatis quam vobis beatus pater franciſcus verbo ⁊ ſcri-
pto tradidit obſeruandam preſentibus anotatam: auc̄tate domini pape
⁊ mea vobis ⁊ omnibus in veſtro monaſterio ſuccedentibus in ꝑpetuuz
cōfirmam⁹ ⁊ p̄n̄tis ſcripti patrocinio cōmunim⁹. Que talis eſt.

# Tractatus Tertius.

## ¶ Primū capitulum.

Incipit regula ⁊ forma vite ordinis ſororum pauperum quam beatus Franciſcus inſtituit. Que quidem eſt ſanctum euangelium domini noſtri ieſu chriſti obſeruare, viuendo in obedientia ſine proprio, ⁊ in caſtitate. Clara indigna ancilla chriſti ⁊ pantula beatiſſimi patris franciſci promittit obedientiam ⁊ reuerentiā domino pape Innocentio ac ſucceſſoribus eius canonice intrantibus ⁊ eccleſie romane. Et ſicut in principio cōuerſionis ſue vna cum ſororibus ſuis promiſit obedientiam beato franciſco: ita eandem ꝓmittit inuiolabiliter obſeruare ſucceſſoribus ſuis. Et alie ſorores teneant ſemper ſucceſſoribus beati franciſci ⁊ ſorori Clare ⁊ alijs abbatiſſis canonice electis ei ſuccedentibus obedire.

## ¶ Capl'm. ij. qualiter recipi debeant.

Si qua diuina inſpiratione venerit ad vos volens vitam iſtam accipere: abbatiſſa ſororum omniū conſenſuꝫ requirere teneatur. Et ſi maior pars cōſenſerit: habita licentia dñi cardinalis ꝓtectoris veſtri poſſit eam recipere. Et ſi recipiendam viderit: diligenter examinet eā vel examinari faciat de fide catholica ⁊ eccl'aſticis ſacramentis. Et ſi hec omnia credat ⁊ velit ea fideliter confiteri ⁊ vſqꝫ in finem firmiter obſeruare ⁊ virum non habeat: vel ſi habet ⁊ iam religionem intrauit: auctoritate Dioceſani epiſcopi voto continentie iam emiſſo etate etiam longeua vel infirmitate aliqua ſeu fatuitate ab huiuſmodi vite obſeruantia non impediente: diligenter exponatur ei tenor vite veſtre. Et ſi idonea fuerit: dicatur ei verbum ſancti euangelij ꝙ vadat ⁊ vendat omnia ſua ⁊ ea ſtudeat pauperibus erogare. Quod ſi facere non potuerit: ſufficit ei bona voluntas. Et caueant abbatiſſa ⁊ eius ſorores ne ſollicite ſint de rebus ſuis temporalibus: vt libere faciat de rebus ſuis quicquid dominus inſpirauerit ei. Si tamen conſilium requiratur: mittat eam ad aliquos diſcretos ⁊ deuꝫ timentes: quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Poſtea capillis tonſis in rotundum ⁊ depoſito habitu ſeculari: concedant ei tres tunicas ⁊ mantellum. Deinceps extra monaſterium ſine vtili, manifeſta, ⁊ probabili cauſa eidem exire non liceat. Finito vero anno probationis: recipiatur ad obedientiam: promittens vitaꝫ ⁊ formam paupertatis veſtre in perpetuum obſeruare. Nulla infra tempus probationis veletur. Mantellos etiaꝫ poſſint ſorores habere pro alleuiatione ⁊ honeſtate ſeruitij ⁊ laboris. Abbatiſſa vero de veſtimentis diſcrete eis prouideat ſm̄ qualitates perſonarum ⁊ loca ⁊ tempora ⁊ frigidas regiones: ſicut neceſſitati viderit expedire. Iuuencule in monaſterio recepte infra tempus etatis legitime tondeantur in rotunduꝫ: ⁊ depoſito habitu ſeculari induantur panno religioſo ſicut viſum fuerit abbatiſſe. Cum vero ad etatem

legitimam venerint: indute iuxta formam aliarum faciant profeſſionem ſuam. Et tam ipſis  aljs noucijs abbatiſſa ſollicite magiſtram prouideat de diſcretioribus totius monaſterij: que in ſancta conuerſatione ⁊ honeſtis moribus iuxta formam profeſſionis veſtre eas diligēter informet. In examinatione ⁊ receptione ſororum ſeruientium extra monaſterium ſeruetur forma predicta: que poſſunt portare calciamēta. Nulla vobiſcū reſidentiam faciat in monaſterio: niſi recepta fuerit ſecundum formam veſtre profeſſionis. Et amore ſanctiſſimi ⁊ dilectiſſimi pueri pauperculis pānicul is inuoluti in preſepio reclinati ⁊ ſanctiſſime matris eius moneo, deprecor ⁊ exhortor ſorores meas vt veſtimentis ſemper vilibus induantur.

## ¶ Capitulum tertium de diuino officio ⁊ ieiunio ⁊ quotiens communicent.

SOrores litterate faciant diuinum officium ſecundum conſuetudinem fratrum minorꝝ ex quo potuerint habere breuiaria legendo ſine cantu. Et que occaſione rationabili non poſſint aliquando legendo dicere horas ſuas: liceat eis ſicut alie ſorores dicere pater noſter. Que vero litteras neſciunt: dicant. xxiiij. pater noſter pro matutino: pro laudibꝰ quinqꝫ: pro prima vero. tercia. ſexta. nona. pro qualibet iſtarum ſeptem: pro veſperis autē duodecim. pro completorio ſeptem. Pro defunctis dicant etiam in veſperis ſeptem pater noſter ⁊ requiem eternam: ꝑ matutino duodecim. Sorores litterate teneantur dicere officium mortuoꝝ. Quando vero ſoror monaſterij veſtri migrauerit: dicant quinquaginta pater noſter. Omni tempore ſorores ieiunent. In natiuitate domini quacunqꝫ die venerit: bis refici poſſint. Cum adoleſcentibus debilibus ⁊ ſeruientibus extra monaſterium ſicut videbitur abbatiſſe miſericorditer diſpenſetur. Tempore vero manifeſte neceſſitatis non teneantur ſorores ieiunio corporali. Duodecim vicibus ad minus de abbatiſſe licentia confiteantur in anno. Et cauere debent ne alia verba tunc inſerant: niſi que ad confeſſionem ⁊ ſalutem pertinent animarum. Septem vicibus communicent. videlicet in natiuitate domini. in quinta feria maioris ebdomade. in reſurrectione domini. in Pentecoſte. in Aſſumptione beate virginis. in feſto ſancti Franciſci. ⁊ in feſto omnium ſanctorum. Pro communicā dis infirmis ſororibus cappellanis intus liceat celebrare.

## ¶ Capitulum quartum de electione abbatiſſe.

IN electione abbatiſſe teneantur formam canonicam obſeruare. Procurent ipſe habere generalem miniſtrum vel prouincialem ordinis fratrū minorum: qui verbo dei eas informet ad omnimodam concordiam communem vtilitatem in electione facienda.

ꝛ nulla eligatur niſi profeſſa. Et ſi nō profeſſa eligeretur vel aliter dareť:
ei nō obediatur: niſi primo profiteatur formaȝ paupertatis veſtre, Qua
decedente: electio alterius fiat abbatiſſe. Et ſi aliquo tempore appareret
vniuerſitati ſororum predictā nō eſſe ſufficientem ad ſeruitiū ꝛ cōmunē
vtilitatem ipſaꝝ: teneantur predicte ſorores iuxta formā predictam quā
citius poterunt aliam ſibi in abbatiſſam ꝛ matrē eligere, Electa vero co-
gitet quale onus in ſe ſuſceperit: ꝛ cui reddituraeſt rationē de grege ſibi
cōmiſſo, Studeat etiam magis alijs preeſſe virtutibus ꝛ ſanctis moribꝰ
q̄ꝫ ex officio: vt eius exemplo prouocate ſorores potius ex amore obedi-
ant q̄ꝫ timore, Priuatis amoribus careat: ne duȝ in parte plus diligit:
in totum ſcandalū generet. Conſoletur afflictas, Sit etiaȝ vltimū refugi
um tribulatis, Ne ſi apud eam remedia defuerint ſanitatum: deſperatio
nis morbus preualeat infirmis, Cōmunitatem ſeruet in omnibus: preci
pue aūt in eccleſia, dormitorio, refectorio, infirmaria ꝛ veſtimentis. Qd
ſimili modo ſeruare eius vicaria teneatur, Semel in hebdomada ad mi-
nus abbatiſſa ſorores ſuas teneatur ad capl'm cōuocare. Ubi taȝ ipſa quā
ſorores de omnibus ꝛ publicis offenſis ꝛ negligentijs debeant humilit
confiteri. Et que tractanda ſunt pro vtilitate ꝛ boneſtate monaſterij ibidē
conferat cum omnibus ſororibus, Sepe enim dñs quod melius eſt mino
ri reuelat. Nullum debitum graue fiat niſi de cōmuni conſenſu ſororꝝ et
manifeſta neceſſitate ꝛ hoc per ꝓcuratorem. Caueat aūt abbatiſſa cum ſo
roribus ſuis: ne depoſitum aliquod recipiatur in monaſterio, Sepe enim
de ijs turbationes ꝛ ſcandala oriuntur. Ad conſeruandam aūt vnitateȝ
mutue dilectionis ꝛ pacis: de cōi cōſenſu omniū ſororꝝ omnes officiales
monaſterij eligantur. Et eodem modo octo ad minus ſorores de diſcreti
oribus eligantur: quarꝝ in ijs que forma vite veſtre requirit abbatiſſa ſem
per vti conſilio teneatur, Poſſint etiam ſorores ꝛ debeant ſi eis vtile et
expediens videatur officiales ꝛ diſcretas aliquando remouere ꝛ alias lo
co ipſarum eligere.

## Capitulum quintū de ſilentio ꝛ modo loquen di ad locutorium ꝛ ad cratem.

Ab hora cōpletorij vſqȝ ad ter
tiam ſorores ſilentium teneant: exceptis ſeruiētibus extra
monaſteriū. Sileant etiam cōtinue in eccl'ia, dormitorio ꝛ
in refectorio tantum dū comedūt: preterq̄ꝫ in infirmaria: i
qua pro recreatione ꝛ ſeruitio infirmaꝝ loqui diſcrete ſemper ſororibus
liceat, Poſſint etiā ſemper ꝛ vbiqꝫ breuiter ſubmiſſa voce quod neceſſe
fuerit inſinuare. Non liceat ſororibus loqui ad locutorium vel ad crateȝ
ſine licentia abbatiſſe vel eius vicarie. Et licentiate ad locutorium loq nō
audeant niſi preſentibus ꝛ audientibus duabus ſororibus. Ad crateȝ ve
ro nō preſumant accedere: niſi preſentibus ad minus tribus per abbatiſ
ſam vel eius vicariam aſſignatis de illis diſcretis que ſunt electe ab om-
nibus ſororibus pro conſilio abbatiſſe, Hanc formā loquendi teneantur

ꝑ poſſe abbatiſſa ⁊ eiꝰ vicaria obſeruare. Et hoc de crate rariſſime. Ad
portā vero nullatenus fiat. Ad cratē vero pannus interius apponatur:
qui non remoueatur niſi cum ꝓponitur verbum dei vel aliqua alicui loq̄
retur. Habeant etiam hoſtium ligneū diuerſis vel duabus ſeris ferreis
valuis ⁊ vectibus optime ꝯiunctum: vt nocte maxime duabus clauibꝰ
obſeretur: quarum vnā habeat abbatiſſa aliam vero ſacriſta. Et maneat
ſemper obſeratum: niſi cum auditur diuinū officium ⁊ pro cauſis ſuperi-
us memoratis. Nulla ante ſolis ortum vel poſt ſolis occaſum loqui ad
cratem alicui vllatenus debeat. Ad locutoriū vero ſemꝑ pānus qui non
remoueatur interius maneat. In quadrageſima ſancti martini ⁊ q̄drage
ſima maiori nulla loquat̄ ad locutoriū: niſi ſacerdoti cauſa ꝯfeſſionis vl'
alterius manifeſte neceſſitatis: qđ reſeruet̄ in ꝑudentia abbatiſſe vel eiꝰ
vicarie.

## ¶ Capitulum. vi. q̄liter ſorores non recipiant poſſeſſio-nē aliquā vel proprietatē ꝑ ſe vel per interpoſitā ꝑſonā.

Poſtq̄ altiſſimus pater celeſtis
per grām ſuaꝫ cor meū dignatꝰ eſt illuſtrare: vt exēplo ⁊ do
ctrina btiſſimi patris nr̄i frācíſci pniam facerē: paulo poſt
ꝯuerſionē ipius vna cū ſororibus meis obiam ſibi ſpolunta
rie ꝓmiſi. Attendēs btūs pauꝑ q̄ nullā pauꝑtatē, laborē, tribulationeꝫ
⁊ ꝯtemptū ſeculi timeremꝰ: imo q̄ ꝓ magnis delicijs haberemꝰ: pieta-
te motus ſcripſit nobis formā viuendi in hunc modū. Quia dn̄i inſpira
tione feciſtis vos filias ⁊ ancillas altiſſimi ſūmi regis patris celeſtis ⁊
ſpiritui ſcō vos deſpōſaſtis viuere ſm̄ pfectionē ſancti euāgelij: volo ⁊
promitto per me ⁊ frates meos ſemper habere de vobis tanq̄ de ipſis
curam diligentem ⁊ ſollicitudinem ſpecialem. Quod dum vixit diligen
ter impleuit ⁊ a fratribus voluit ſemper impleri. Et vt nuſq̄ declinare-
mus a ſciſſima pauꝑtate quam cepimus: nec etiaꝫ que poſt venerunt la
teret: paulo ante obitum ſuū iterum ſcripſit nobis vltimā voluntatē ſuā
dicens. Ego frater franciſcus paruulus volo ſequi vitam ⁊ paupertatē
altiſſimi dn̄i nr̄i ieſu chriſti ⁊ eius ſanctiſſime matris ⁊ perſeuerare in ea
vſq̄ in finem. Et rogo vos omnes dn̄as meas ⁊ conſilium do vobis: vt
in iſta ſanctiſſima vita ⁊ paupertate ſemꝑ viuatis. Et cuſtodite vos mul
tum: ne doctrina vel conſilio alicuius ab ipſa in ꝑpetuum vllatenus rece
datis. Et ſicut ſemper ſollicita fui vna cum ſororibus meis ſanctaꝫ pau-
pertatem quā dn̄o deo ⁊ beato franciſco ꝓmiſimus cuſtodire: ſic teneāt
abbatiſſe que in officio mihi ſuccedent ⁊ omnes ſorores vſq̄ in finem in
uiolabiter obſeruare: videlicet in non recipiendo ſeu habendo poſſeſſio-
nem vel proprietatē per ſe nec per interpoſitam perſonam ſeu etiam ali
quid qđ rōnabiliter proprietas dici poteſt: niſi quantum terre pro hone
ſtate ⁊ renouatione monaſterij neceſſitas requirit. Et illa terra non labo
retur niſi ꝓ horto ad neceſſitatē ipaꝝ.

## ¶ Ca. vij. De modo laborandi.

Sorores quib⁹ dedit domin⁹ gratiam laborandi poſt horam tertiam laborent de laboricio qđ pertinet ad honeſtatem ⁊ cõmunẽ vtilitatem fideliter ⁊ deuote. Jta ꝙ excluſo ocio anime inimico ſancte orõnis ac deuotionis ſpũm non extinguant: cui debent cetera temporalia deſeruire. Et id qđ manibus ſuis operantur: aſſignare in capitulo abbatiſſe vel eius vicarie coram omnibus teneãtur. Jdem fiat de elemoſyna aliqua miſſa pro ſororum neceſſitatibus ab aliquibus: vt in cõmuni pro eiſdẽ recõmendatio fiat. Et hec oĩa ꝓ cõi vtilitate diſtribuãt per abbatiſſam vel eius vicariã de ↄſilio diſcretaꝝ.

## ¶ Capitulum. viij. Qualiter ſorores nihil ſibi approprient ⁊ de infirmis ſororibus.

Sorores nihil approprient ſibi nec domum, nec locum, nec aliquã rem: ſed tanq̃ peregrine ⁊ aduene in hoc ſeculo in paupertate ⁊ humilitate domino famulantes: mittant pro elemoſyna confidenter. Nec oportet eas verecundari: quia dñs ſe fecit pro nobis pauperẽ in hoc mundo. Hec eſt illa celſitudo altiſſime paupertatis que vos charisſimas ſorores meas heredes ⁊ reginas regni celoꝝ inſtituit: pauperes rebus fecit: virtutibus ſublimauit. Hec ſit portio veſtra: que perducit in terram viuentium. Cui dilectiſſime ſorores totaliter inherentes: nihil aliud pro noĩe domini nři ieſu chriſti in perpetuũ ſub celo habere velitis. Non liceat alicui ſorori litteras mittere vel aliquid recipere aut extra monaſterium dare ſine licentia abbatiſſe. Nec quicq̃ liceat habere qđ abbatiſſa non dederit aut permiſerit. Et ſi a parẽtib⁹ ſuis vel ab alijs aliquid mitteretur: abbatiſſa faciat illi dare. Jpſa autem ſi indigeat vti poſſit. Sin aũt: ſorori indigenti charitatiue cõicet. Si vero aliqua pecunia tranſmiſſa fuerit: abbatiſſa de conſilio diſcretarũ in illis quoꝝ indiget illi faciat ꝓuideri. ¶ De infirmis ſororibus tam in conſilijs q̃ in cibarijs ⁊ alijs neceſſarijs que earuꝫ requirit infirmitas: teneatur firmiter abbatiſſa ſollicite per ſe vel alias inquirere ⁊ iuxta poſſibilitatem loci charitatiue ⁊ miſericorditer prouidere. Quia omnes tenentur prouidere ⁊ ſeruire ſororibus ſuis infirmis: ſicut vellent ſibi ſeruiri ſi ab aliqua infirmitate tenerentur. Et ſecure manifeſtet vna alteri neceſſitatem ſuam. Et ſi vera mater diligit ⁊ nutrit filiam ſuam carnalem: quanto diligentius debet ſibi ſoror diligere ⁊ nutrire ſororem ſuam ſpũalem? Que infirme in ſaccis ⁊ paleis iaceant ⁊ habeant ad caput capitalia cum pluma. Et que indigẽt pedeolis laneis ⁊ culcitris vti poſſint. Infirme vero predicte cũ

ab intro eũtibus monaſteriũ viſitantur: poſſint ſingule aliqua bona verba ſibi loquẽtibꝰ breuiter rñdere. Alie vero ſorores infrate monaſteriũ intrantibꝰ loqui nõ audeãt: niſi pñtibꝰ ⁊ audiẽtibꝰ duabꝰ diſcretꝫ ſororibꝰ ꝑ abbatiſſaꝫ ⁊ eiꝰ vicariã aſſignatis. Hãc formã loquẽdi teneãt̃ ꝑ ſe abbatiſſa ⁊ eius vicaria obſeruare.

## Capitulũ. ix. De pnia ſororibus imponenda.

SI qua ſororũ contra formã pfeſſiõis nr̃e mortaliter inimico inſtigãte peccauerit: ꝑ abbatiſſã vel alias ſorores bis vel ter admonita ſi nõ ſe emẽdauerit: quot diebꝰ ꝯtumax fuerit in terra panẽ ⁊ aquã corã ſororibꝰ oibꝰ in refectorio comedat: ⁊ grauiori pene ſubiaceat ſi viſuꝫ fuerit abbatiſſe. Interiꝫ dũ ꝯtumax fuerit: oret̃ vt dñs ad pniam cor illiꝰ illuminet. Abbatiſſa vͦ ⁊ eiꝰ ſorores cauere debẽt ne iraſcãt̃ vel ꝯturbẽt̃ ꝑꝑ pctm̃ alicuiꝰ: qꝛ ira ⁊ ꝯturbatio in ſe ⁊ in aliȷs impediũt charitatẽ. Si ꝯtigerit (qđ abſit) inter ſororẽ ⁊ ſororẽ vͦbo vl' ſigno occaſionẽ turbationis vel ſcãdali aliqñ ſuboriri: q̃ turbatiõis cãm dederit: ſtatim anteq̃ offerat munꝰ oꝛonis ſue corã deo: nõ ſolũ hũiliter ꝓſternet ſe ad pedes alteriꝰ veniã petẽs: verũ etiã ſuppliciter roget: vt ꝓ ſe intercedat ad dñm ꝙ ſibi idulgeat. Illa vͦ memor illiꝰ vͦbi dñi niſi ex corde dimiſeritꝭ: nec pr̃ vr̃ celeſtis dimittet vobis: liberaliter ſorori ſue oẽm iniuriã ſibi illataꝫ dimittat. Sorores ſeruiẽtes extra monaſteriũ lõgã morã nõ faciãt: niſi cã manifeſte neceſſitatis reqrat. Et honeſte debeãt ãbulare ⁊ parũ loqui: vt edificari valeãt ſemꝑ intuentes. Et firmiter caueãt ne habeãt ſuſpecta ꝯſortia vel ꝯſilia aliquoꝝ: nec fiãt cõmatres viroꝝ vl' mulierũ: ne hac occaſiõe murmuratio vl' turbatio oriat̃. Nec p̃ſumãt rumores đ ſclͦo referre in monaſterio. Et firmiter teneãt̃ de ȷ̃s q̃ intus dicũt̃ vel agunt̃ extra monaſteriũ aliqđ nõ referre: qđ poſſit aliqđ ſcãdalũ generare. Et ſi aliq̃ ſimpliciter in his duobꝰ offenderit: ſit in ꝓuidẽtia abbatiſſe miſericorditer ſibi pniam iniũgere. Si aũt ex ꝯſuetudine vitioſa haberet̃: iuxta q̃litatẽ culpe abbatiſſa de ꝯſilio diſcretaꝝ illi pniam iniungat.

## Capitulum. x. de viſitatione ſororũ ab abbatiſſa.

ABbatiſſa moneat ⁊ viſitet ſorores ſuas ⁊ hũilit̃ ⁊ charitatiue corrigat eas: nõ p̃cipiẽs eis aliqđ qđ ſit ꝯtra aiaꝫ ſuã ⁊ vr̃e ꝓfeſſiõis formã. Sorores vͦ ſubdite recordẽt̃ ꝙ ꝑꝑ deũ abnegauerũt ꝓpͣs volũtates. Vñ firmiter ſuis abbatiſſis obedire teneãt̃ in oibꝰ his q̃ obſ̃uare ꝓmiſerũt ⁊ nõ ſũt aie ꝯ̃ria ⁊ nr̃e ꝓfeſſiõi. Abbatiſſe vͦ tãtã familiaritatẽ hẽant circa ipãs: vt dicere poſſint eis ⁊ facere ſicut dñe ancillis ſuis. Nam ita debet eſſe: ꝙ abbatiſſa ſit oium ſoroꝝ ancilla. Moneo vero ⁊ exhortor in domino Jeſu chriſto vt caueant ſorores ab omni ſuperbia, vanagloria, inuidia, auaricia, cura ⁊ ſollicitudine huius ſeculi

detractione ⁊ murmuratione. diſſenſione ⁊ diuiſione. Sint vero ſollicite ſemper ad inuicem ſeruare mutue dilectionis vnitatem: que eſt vinculuꝫ perfectionis. Et neſcientes litteras non curent lr̄as addiſcere: ſed attendant ꝙ ſuper omnia deſiderare debent habere ſpiritum dn̄i ⁊ ſanctam eius operationē: orare ſemper ad deum puro corde ⁊ habere humilitatē ⁊ patientiā in tribulatione ⁊ in īfirmitate ⁊ diligere eos qui nos reprehendunt ⁊ arguunt: quia dicit dominus. Beati qui ꝑſecutionē patiūtur ꝓpter iuſticiā qm̄ ipoꝝ eſt regnū celorum. Qui aūt perſeuerauerit vſqꝫ in finem: hic ſaluus erit.

## Capitulum. xi. De oſtiaria.

Oſtiaria ſit matura moribus ⁊ diſcreta: ſitqꝫ ꝯuenientis etatis que ibideꝫ in cella apta ſine oſtio in die reſideat. Sit ei ⁊ aliqua ſocia idonea aſſignata: que cum neceſſe fuerit vicē eius in omnibus exeq̄tur. Sit autem oſtium duabus ſeris ⁊ diuerſis ferreis valuis ⁊ vectibꝰ optime coniunctum. ⁊ in nocte maxime duabus clauibus obſeret. Quarum vnam habeat portaria aliamqꝫ abbatiſſa. In die ſine cuſtodia minime dimittatur: ⁊ vna claue firmiter obſeretur. Caueant autem ſtudioſiſſime ⁊ ꝓcurent: ne vnqꝫ oſtium ſtet aptum: vbi minus fieri poterit congruenter. Nec omnino apiatur alicui intrare volenti: niſi conceſſum fuerit a ſummo pontifice vel a domino cardinali. Nec ante ſolis ortuꝫ monaſterium ingredi liceat: nec poſt ſolis occaſum ſorores intus aliqueꝫ remanere ꝑmittant: niſi exigēte manifeſta. rōnabili ⁊ ineuitabili cauſa. Si pro benedictione abbatiſſe vel pro aliqua in monialē conſecrāda vel alio etiam modo conceſſum fuerit epiſcopo alicui miſſaꝫ interius celebrare: q̄ꝫ paucioribus ⁊ honeſtioribus poterit ſit contentus ſocijs ⁊ miniſtris. Cum aūt intra monaſteriū ad opus faciendum neceſſe fuerit aliquos introire: ſtatuat tunc abbatiſſa ſollicite perſonam conuenientē ad portā: q̄ tenꝰ illis ⁊ non alijs ad opus deputatis aperiat. Caueant ſtudioſe oēs ſorores: ne tunc ab ingredientibus videant.

## Capitulum. xij. de viſitatione.

Viſitator veſter ſemper ſit de ordine fratrū minorum ſm̄ voluntatem ⁊ mandatum noſtri cardinalis. Et ſit talis de cuius honeſtate ⁊ moribus plena noticia habeatur. Cuius officium erit tam in capite q̄ꝫ in mēbris corrigere exceſſus ꝯmiſſos contra formam profeſſionis veſtre. Qui ſtans in publico loco vt videri ab alijs poſſit: cum pluribus ⁊ ſingulis loqui liceat que ad officium viſitationis pertinent: ſm̄ ꝙ melius videbitur expedire. Cappellanū etiā cum vno ſocio clerico bone fame diſcretionis prouide ⁊ duos fratres laicos ſancte ꝯuerſationis ⁊ ho-

neſtatis amatores in ſubſidium paupertatis veſtre ſicut miſericorditer a predicto ordine fratrum minorum ſemper habuimus ⁊ intuitu pietatis dei ⁊ beati franciſci ab eodem ordine de gratia poſtulamus. Nec liceat capellano ſine ſocio monaſterium ingredi. Et intrantes in loco ſint publico: vt ſe poſſint alterutrum ⁊ ab alijs intueri. Pro confeſſione infirmarum que ad locutorium ire non poſſunt pro cõmunicandis eiſdez ⁊ pro extrema vnctione ⁊ pro anime recõmendatione liceat eiſdem introire. Pro exequijs vero ⁊ miſſarũ ſolẽnijs defunctarum vel ad fodiendam vel aperiendam ſepulturam ſeu etiam coaptandam poſſint ſufficiẽtes idonee perſone de abbatiſſe prouidentia introire. Ad hec ſorores teneantur ſemper habere illum de ſancte romane eccleſie cardinalibus ꝑ veſtro gubernatore protectore ⁊ correctore qui fuerit a dño papa fratribus minoribus deputatus: vt ſemper ſubdite ⁊ ſubiecte pedibus eiuſdez ſancte eccleſie: ſtabiles in fide catholica: paupertatem ⁊ humilitatẽ dñi noſtri ieſu chriſti ⁊ eius ſanctiſſime matris in perpetuum obſeruemus. Datum peruſij. xvi. calendas octobris ponficatus vero domini Innocẽtij tertij anno decimo. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si qs autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem oĩpotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apl'orum eius ſe nouerit incurſurum. Datum aſſiſij quinto idus auguſti pontificatus noſtri año. xi.

## Explicit prima regula beate clare.

## Incipit regula ſecunda ſororum ordinis ſancte Clare.

IOannes miſeratiõe diuina ſancti Nicolai in carcere tuliano diaconus cardinalis dilectis in chriſto filiabus vniuerſis abbatiſſis ⁊ ſororibus incluſis ordinis ſancte clare ſalutem in domino Attendentes defacili prouenire non poſſe: ꝙ regula vobis nuper a ſanctiſſimo patre ac domino ſummo pontifice tradita ſub eiuſdem domini bulla in ſingulis prouincijs vel monaſterijs veſtri ordinis haberetur: eandem regulam que ſub papali bulla i filo ſerico pendenti bullata de mandato noſtro diuerſis ſeruatur in locis tranſcribi prout inferius continetur de verbo ad verbuz nihil mutato diminuto ſeu addito (quibuſdam rubricis infra notatis dũtaxat exceptꝭ) fecimus diligenter. ⁊ tranſumptum ipſum ab originali cum debita ſollicitudine ⁊ plene correctum vobis ſub noſtri ſigilli munimine duximus tranſmittendum: vt ad inſtar eius regulam ipſam conſcribi pro ſingulis veſtris monaſterijs faciatis. Cuius tenor talis eſt regule.

VRbanus epiſcopus ſeruꝰ ſer-
uorum dei dilectis in chriſto filiabus, vniuerſis abba-
tiſſis ⁊ ſororibus incluſis ordinis ſancte clare ſalutem
⁊ apoſtolicam benedictionē, Beata clara virtute clarens
⁊ nomine gratie diuine inſpiratione preuenta ⁊ almi chriſti confeſſoris
beati franciſci exemplis laudabilibus informata ac ſalutaribus inſtitu-
ta doctrinis: vt ſe mundam domino conſeruaret: mundi huius contem-
ptis opibus: operibuſqꝫ viciatis: religioſe viuere ſapienter elegit: ⁊ habi-
tu ſacre religionis aſſumpto: arctam viam mandatorum domini q̄ gra-
dientes in ipſa ducit ad vitam dilatato corde cucurrit, Hanc petrā chri-
ſtus lapidem eſſe voluit in veſtri ordinis ſtructura primariū. In ip̄a eui-
denter oſtendit: ꝙ in huius ſtructura ſibi complacuit, Eam ſiquidē ſan-
ctitatis erexit in titulum: vt que mundicia vite claruit: celebritate clare-
ret: ac eundem veſtrum ordinem qui ſanctum ⁊ laudabile ſumpſit in eiꝰ
perſona principium ip̄ius quaſi inſtituentis ſic ſapienter approbate pa-
trone merita venerabilem venerandumqꝫ probarent. In hoc autem or-
dine vos ⁊ alias ip̄m ꝓfitentes ſub noīationū varietate interdum ſoro-
res, quādoqꝫ dn̄as, plerūqꝫ moniales, nōnunqꝫ pauperes incluſas ordi-
nis ſancti damiani contigit hactenus nominari. Vobiſqꝫ ſub horum ⁊
aliorum diuerſitate nominū diuerſa priuilegia indulgentie ac littere a ſe-
de apoſtolica ſunt conceſſa ⁊ tam a felicis recordationis Gregorio pa-
pa predeceſſore noſtro tunc hoſtienſi epiſcopo ⁊ veſtri ordinis curam ge-
rente: q̄ȝ alijs varie date ſunt regule ⁊ forme viuendi quarum obſeruan-
tijs ſe veſtrum alique ſolēniter obligauere, Propter qḋ dilecte in domi-
no filie fuit nobis humiliter ſupplicatum: vt eundem veſtrum ordinem
curaremus certi nominis titulo inſignire: voſqꝫ ab huius obſeruātiaruꝫ
diuerſitatibus ⁊ votis ſuper eis emiſſis miſericorditer abſoluentes: cer-
tam vobis viuendi formam ad tollendum oēm de veſtris conſcientijs
ſcrupulū largiremur. Nos itaqꝫ decēs arbitrātes ⁊ ꝯgruū: vt idē ordo
veſter qui vt p̄mittitur in beata clara felicia ſue inſtitutiōis ſūpſit auſpicia
cuiuſqꝫ vt firmiter credimꝰ apud deū meritis ⁊ interceſſiōe protegitur ⁊
apud homines laudibꝰ attollitur ⁊ fauoribus ampliatur: eius inſignātem ⁊ noīe
ip̄m de fratrū nr̄oꝝ ꝯſilio decetero decreuimꝰ ordinē ſancte clare vnifor-
miter noīandū. Statuentes ꝙ immunitates, libertates, priuilegia, indul-
gētie ac lr̄e quecūqꝫ vobis ſeu eidē ordini a p̄fata ſede ſub q̄cūqꝫ noīatio-
ne ꝯceſſa id robur obtineāt firmitatis ⁊ ita per oīa ip̄is vti poſſitis ac ſi
de principio ſub huiꝰ noīs titulo ſub hac noīatiōe fuiſſent. Ut aūt bene
⁊ iocūde habitetis in vnū: nec ſub p̄dictaꝝ obſuātiaꝝ differētia a mō vi-
uēdi videamini differētes ſꝫ ambuletis in domo dn̄i cū ꝯſenſu: nos igitur
inſpectis oibus regulis p̄dictis ⁊ formis ac ſpāliter illā quā p̄fatꝰ p̄deceſ-
ſor tūc hoſtiēſis ep̄s vobis dediſſe cognoſcitur diligētiꝰ attēdētes: regulā
ſiue formā viuēdi p̄ntibꝰ ānotatā vobis ⁊ ijs q̄ vobis ſucceſſerit de coꝝ
fratrū ꝯſilio p̄ntiū tenore ꝯcedimꝰ ⁊ etiā ꝯfirmamꝰ in ſingulis monaſte-
rijs veſtri ordinis ꝑpetuis tꝑibꝰ obſeruandā: illas ex vobis q̄ ip̄aꝝ regu-

lã ſiue formã ꝑ nos vobis ꝯceſſam ⁊ ꝯfirmatã ꝓfeſſe fuerint: ab omnibꝰ alijs regulis formis ⁊ votis p̃miſſis de ap̃lice p̃tãtis plenitudine abſoluẽtes, Que regula talis eſt

## ¶ In noĩe dñi. Incipit regula ſororũ ſcẽ clare. Rubrica. j.

OMnes que ſeculi vanitate relicta religionẽ vr̃am aſſumere voluerint ⁊ tenere: hãc eas legẽ vite ⁊ diſcipline oportet ⁊ ꝯuenit obſeruare: viuendo in obia. ſine ꝓprio ⁊ in caſtitate ⁊ etiam ſub clauſura.

## ¶ Qꝛ ſorores in monaſterio incluſe continue cõmorentur. Rubrica ſecunda.

OMni namqꝫ tempore vite ſue hãc vitã ꝓfitẽtes clauſe manere firmiter teneãtᷣ infra muroꝝ ãbitũ ad intrinſecã clauſurã monaſterij deputatũ: niſi forſan qđ abſit ſupueniret ineuitabilis ⁊ piculoſa neceſſitas ſicut exuſtionis ignis vel incurſus hoſtilis ſeu alicuiꝰ hmõi: q̃ dilationez nullo caperet mõ ad egrediẽdi lniam poſtulãdi. In qbꝰ caſibꝰ trãſferãt ſe ſorores ad locũ aliũ ꝯpetẽtẽ in quo qnãtuz ꝯmode fieri poterit clauſe morẽtᷣ: quouſqꝫ eis de monaſterio ſit ꝓuiſũ. Et ꝓpter hmõi neceſſitatis euidẽtiã nulla eis ꝯceditᷣ lnĩa vel facultas extra p̃dictã clauſurã vlterius exeũdi: niſi forte de mãdato aut auc̃te cardinalis romane eccl̃ie cui a ſede ap̃lica gñal'r fuerit iſte ordo ꝯmiſſus: ad aliquẽ locũ aliq̃ mitterẽtᷣ cã plãtãdi vel edificãdi eandẽ religionẽ vel reformãdi aliqđ monaſteriũ eiuſdẽ ordinis ſeu cã regiminis aut correctiõis aut alicuiꝰ valde euidentis ⁊ grauis diſpẽdij euitãdi: vel niſi de eiuſdẽ cardinalis mandato aut auctoritate monaſterio primo rõnabili cauſa relicto totus conuentus ad monaſteriũ aliud ſe trãfferret. Poſſint aũt in ſingulis monaſterijs recipi alique licet pauce ſub ſeruitialiũ noĩe vel ſoroꝝ ad huiꝰ obſeruãtiã ꝓfeſſionis aſtringende p̃terqꝫ ad articulũ de clauſura: q̃ de mãdato vel lnĩa abbatiſſe interdũ poterũt egredi ad negocia monaſterij ꝓcurãda. Morientes vero tam ſorores q̃ ſeruitiales hmõi infra clauſtruz prout conuenit tumulentur.

## ¶ De ſororibus recipiẽdis ⁊ earũ ꝓfeſſione. Rubrica. iij.

OMnibus hanc religionẽ aſſumere cupientibus ⁊ que fuerint admittende priuſqꝫ habitum mutent ⁊ religionem aſſumãt: dura eis ⁊ aſpera proponantur: per que itur ad deum ⁊ que ſecundum hanc religionem neceſſe habuerint firmiter obſeruare; ne de ignorantia

poſtea ſe excuſent. Non recipiatur aliqua que vel longiori etate vel infir
mitate aliqua ſeu fatua ſimplicitate ad huiuſmodi vite obſeruantiam in-
ſufficiens ⁊ non idonea cenſeatur: niſi forte cum aliqua interdum cauſa vł
rationabili exigente de mandato vel auctoritate domini cardinalis alicu
bi fuerit diſpenſandum. Per tales enim ſtatus ⁊ vigor religionis ſepꝰ
diſſoluitur ⁊ turbatur. Unde in pſonis recipiendis diligenti ſtudio ⁊ cau
tela debet huiuſmodi occaſio deuitari. Abbatiſſa nullam propria auctori
tate recipiat ſine conſenſu omnium ſororum ſuarum vel ad minus duaꝝ
partium earundem. Omnes vero ex more intra clauſtrum recepte tonſis
crinibus citius deponant habitum ſecularem. Quibus deputetur magi-
ſtra que eas informet regularibus diſciplinis. Ad tractatus quoq; capłi
infra annuz nullatenus admittantur. Completo vero vnius anni ſpatio:
ſi etatis legitime fuerint profeſſionem in manibus abbatiſſe coram con-
uentu faciant in hunc modum. Ego ſoror. N. promitto deo ⁊ beatiſſime
marie ſemper virgini ⁊ beato frãciſco ⁊ beate Clare ⁊ omnibus ſanctis
⁊ tibi domine abbatiſſe viuere ſub regula a domino Urbano papa quar
to ordini noſtro conceſſa toto tempore vite mee in obedientia, ſine ꝓprio
⁊ in caſtitate ⁊ etiam ſm ꝙ per eandez regulam ordinatur: ſub clauſura.
Idem ſimiliter profitendi modus in ſeruitialibus vel ſororibus que de
licentia abbatiſſe egredi poſſunt exterius preter articulum de clauſura ꝑ
omnia obſeruetur.

## De habitu ſororum. rubrica. iiij.

OMnes ſorores cõmuniter ca-
pillos ſuos vſq; ad aures certis temporibus tondeant in
rotundum. Et vnaqueq; ſoror preter cilicium ſi voluerint
vel ſtaminetum duas tunicas vel etiã plures ſm ꝙ viſuz
fuerit abbatiſſe habere valeat ac mantellum poſt collum hinc inde cõne-
xum. Et hec indumenta ſint de panno religioſo ⁊ vili tam precio ꝙ̃ colo-
re iuxta diuerſarum conſuetudinem regionum: nimia breuitate vel longi-
tudine non notanda: vt ⁊ in operiendis pedibꝰ debita ſeruetur honeſtas
⁊ curioſe longitudinis ſuperfluitas penitus euitetur. Tunica quoq; ſupe
rior ſit tam in manicis ꝙ̃ in buſto latitudinis ⁊ amplitudinis congruen
tis: vt habitus exterioris honeſtas intrinſece atteſtetur. Habeant ⁊ ſca-
pularia ſine caputio de vili ⁊ religioſo panno vł ſtaminea amplitudinis
⁊ longitudinis condecentis: ſicut vniuſcuiuſq; qualitas exigit vel menſu
ra: quibus induantur quando laborant vel tale aliquid agunt cum man-
tellos congrue geſtare non poſſunt. Poſſunt etiam ſine ipſis eſſe aliquã
dõ ſi viſum fuerit abbatiſſe: cum forte per calorem nimium vel aliquid ali
ud eis grauia multum fuerint ad portandum. Coram extraneis tamẽ hu-
iuſmodi vtantur ſcapularibus cum mantellis. Tunice quoq; ſuperiores
ſcapularia ⁊ mantelli coloris omnino albi vel nigri aliquatenus non
ferantur. Pro cingulo autem cordaz poſtꝙ̃ profeſſe fuerint habeant mi

niſme curioſam. Uittis aut velis de panno cõmuni omnino albis non tamen precioſis aut curioſis capita ſua cooperiant vniformiter ⁊ honeſte: ita ꝙ frons gene. ⁊ collum ⁊ gula ſint vt earum honeſtati ⁊ religioni conuenit cooperta: nec aliter coram extraneis perſonis audeant apparere. Habeant ⁊ velum nigrum nec precioſum nec curioſum extenſum ſuper capita: ita amplum ⁊ longum: ꝙ ex vtraqꝫ parte deſcendat vſqꝫ ad ſcapulas ⁊ retro parum vltra tunice capitium protendatur. Sorores vero nouicie album velum eiuſdem menſure ⁊ qualitatis debeãt deportare. Seruiciales autem ſorores pannum album non precioſum aut curioſum ad modum veli ſuper capita ſua deferãt tante longitudinis ⁊ amplitudinis: ꝙ ſcapulas ⁊ pectus precipue cum exeunt valeant operire.

## ¶ Qualiter ſorores iacere debeant. Rubrica quinta.

OMnes ſorores ſane tam abbatiſſa q̃ȝ alie veſtite ⁊ cincte iaceant in communi dormitorio ⁊ quelibet per ſe lectum habeat ab inuicem ſparatuȝ. Lectus tamẽ abatiſſe in tali loco dormitorij diſponatur: ꝙ inde ceteros dormitorij lectos ſine obſtaculo ſi commode fieri poterit valeat intueri. A feſto reſurrectionis dominice vſqꝫ ad feſtuȝ natiuitatis beate virginis ſorores dormiant poſt prandium vſqꝫ ad nonam que voluerint. Que vero noluerint: oratione ſeu meditatiõe diuina ſeu alijs pijs quietis laboribus occupentur. Liceat autem vnicuiqꝫ habere ſacconeȝ de feno vel de palea ⁊ ceruical de palea aut lana ſi culcitras religioſas cum lanea habere nequierint congruenter. Lampas inſuper de nocte accenſa ſemper in medio dormitorij habeatur.

## ¶ Qualiter ſorores diuinum celebrent officium: Rubrica. vj.

DE diuino officio tam in die q̄ȝ in nocte domino perſoluẽdo taliter obſeruetur: ꝙ he que legere ⁊ canere nouerint ſm̃ conſuetudinem ordinis fratrum minorum cum grauitate tamen ⁊ modeſtia diuinũ officium debeant celebrare. Illiterate vero dicant viginti quattuor pater noſter pro matutino: pro laudibus quinqꝫ: pro prima. tercia. ſexta. et nona. pro qualibet iſtarum horarum ſeptem: pro veſperis autem duodecim: pro completorio ſeptem. Qui modus in officio beate virginis per omnia obſeruetur. Pro defunctis dicant in veſperis ſepteȝ pater noſter cum requiem eternam: pro matutino duodecim: tempore quo ſorores litterate faciunt officium mortuorum. Que vero occaſione rationabili nõ

poſſent aliquãdo legendo dicere horas ſuas: liceat eis ſicut illiteratis di
cere pater noſter.

## ¶ A quibus ſorores eccleſiaſtica ſacramenta recipiant, rubrica. vij.

Ubi ꝓprius fuerit capellanus
pro miſſarum ſolemnijs ⁊ diuinis officijs celebrãdis ha
bitu ⁊ vita religioſus ſit ac bone fame nec iuuenilis ſ; ma
ture ⁊ idonee ſit etatis. Ubi autez non fuerit proprius ca
pellanus a quolibet bone fame ⁊ honeſte vite preſbytero ſorores miſſam
audire poſſunt. ¶ Penitentiam vero ⁊ alia ſacramenta eccleſiaſtica ab eis
recipiant qui de mandato ſeu auctoritate cardinalis cui generaliter fuerit
iſte ordo commiſſus ea exhibendi poteſtatez habuerint: niſi forte in neceſ
ſitatis articulo fuerit aliqua conſtituta. Cum aliqua ſacerdoti de confeſſio
ne loqui voluerint per locutorium ſola ſoli confeſſionem faciat ſacerdoti
⁊ per illud eidem de ijs que ad confeſſionem pertinent tunc loquatur. Cõ
feſſionem autem regule omnes faciant ad minus ſingulis menſibus. Et
ſic confeſſione premiſſa in ſequentibus ſolemnitatibus videlicet in natiui
tate domini. Purificatione beate marie. in initio quadrageſime. reſurre
ctionis domini. pentecoſtes. in feſtis ſanctoruz petri ⁊ pauli. ſancte clare.
ſancti Franciſci: ⁊ omnium ſanctorum recipiant dominici corporis ſacra
mentum. Si tamen aliqua ſoror tanta fuerit corporis infirmitate deten
ta q̄ ad locutorium cõmode venire non poſſit ⁊ neceſſitatez habuerit cõ
fiteri vel dominici corporis ſeu alia recipere ſacramenta: exhibiturus hu
iuſmodi alba ⁊ ſtola ⁊ manipulo cum duobus idoneis ⁊ religioſis ſocijs
vel vno ad minus alba vel ſaltem ſuperpellicio veſtitis ingrediantur et
morentur induti ⁊ audita confeſſione vel alio tradito ſacramento: ſicut in
greſſi fuerint ſic egrediantur induti nec moram ibi faciant longiorẽ. Ca
ueant etiam vt quamdiu intra monaſterium fuerint nullatenus ab inuicẽ
ſeparentur: quin ſemꝑ mutuo poſſint libere ſe videre. Sic quoq; ſe habe
ant in anime comendatione. ¶ Porro ad exequias circa ſepulturam agen
das ſacerdos non ingrediatur clauſtrum: ſed exterius in capella quod ad
officium pertinet exequatur. Tamen ſi abbatiſſe ⁊ conuentui viſuz fuerit
q̄ ad exequias debeat introire: modo ſupradicto cum ſocijs intret indu
tus: ⁊ ſepulta mortua cum eis exeat ſine mora. Si autem neceſſe fuerit vt
ingrediantur aliqui ad fodiendã vel ad aperiendam ſepulturam ſeu poſt
modum coaptandam ⁊ abbatiſſe ⁊ conuentui viſum fuerit hoc expediẽs
propter inbecillitatem ſororum: ſit ſacerdoti vel alicui alij ad hoc idoneo
⁊ honeſto cũ vno ſocio vel duobus licitum introire.

## ¶ De ſororum exercitio, rubrica. viij.

SI alique iuuenilesvel grandiores capacis ingenij fuerint eas inſtrui faciat ſi ſibi videbitur abbatiſſa magiſtram eis deputans idoneā ꝛ diſcretam: per quam tam in cantu ꝙ in diuinis officijs inſtruantur. Sorores vero ꝛ ſeruitiales horis ꝛ locis ſtatutis prout ordinatum fuerit vtilibus ꝛ honeſtis laboribus occupentur: ſub illa prouidentia ꝙ excluſo ocio anime inimico ſancte orationis ꝛ deuotionis ſpiritum non extinguant cui debent cetera temporalia deſeruire. Uerum quia multitudini ſub huius religionis obſeruantia congrue omnia debent eſſe cōmunia nec cuiꝗ licet dicere aliquid eſſe ſuum: caueatur ſollicite: ne occaſione laborum huiuſmodi ſeu mercedis recepte pro ipſis cupiditatis vel ꝓprietatis cuiuſpiam ſeu notabilis ſpecialitatis ſurrepat morbus.

De ſororum ſilentio, rubrica. ix.

SIlentium continuum ſic continue ab omnibus teneatur vt nec ſibi inuicem nec alicui alij ſine licentia eis loqui liceat: exceptis ijs quibus magiſterium aliquod vel opus iniunctum fuerit quod non poſſit cū ſilentio exerceri, ijs quidem ſimul loqui liceat de ijs que ad officium vel opus ſuum pertinent: vbi ꝛ quando ꝛ qualiter viſum fuerit abbatiſſe. Sorores tamen debiles ꝛ infirme ac ſeruientes eiſdē pro recreatione ac ipſarum ſeruitio in infirmitoria loqui poſſint. In duplicibus quoqꝫ feſtis ac apoſtolorum ſolemnitatibus ꝛ alijs quibuſdam diebus quibus viſum fuerit abbatiſſe in certo loco ad hoc ſignato ab hora nona vſqꝫ ad veſperas vel aliqua alia hora competenti loqui poſſint de domino ieſu chriſto ac ſolemnitate ac pijs ſanctorum exemplis ꝛ de alijs licitis ꝛ honeſtis. Ab hora quoqꝫ completorij vſqꝫ ad terciam exceptis ſeruitialibus extra monaſterium abbatiſſa abſqꝫ cauſa rationabili loquendi licentiam non concedat. In alijs vero temporibus atqꝫ locis ſic attendat ſollicite abbatiſſa qua de cauſa. vbi ꝛ quando ꝛ qualiter ſorores licentiet ad loquendum ꝙ regularis obſeruantia que non mediocriter a ſilētio qđ eſt cultus iuſticie dignoſcitur nullatenus relaxetur.

De modo loquendi. rubrica. x.

OMnes autem ſtudeant vti ſignis religioſis pariter ꝛ honeſtis. Sane quando aliqua ꝑſona religioſa ſeu ſecularis vel cuiuſlibet dignitatis alicui de ſororibus loq̄ petierit: nūcietur primit⁹ abbatiſſe. Et ſi ipſa conceſſerit: accedens ad locutorium duas alias ad min⁹ habeat ſecū ſemper quib⁹ iuſſerit abbatiſſa: q̄ loquentē videant ꝛ audire valeant que dicuntur. Ad cratem vero loqui aliquatenus non preſumant: niſi p̄ſentibus duabus ad minus per abbatiſſam ad hoc ſpecialiter deputatis. Ca

neant tamen ſibi ſorores que cum aliquo loqui habẽt ne per verba inuti
lia inaniter ſe diffundant: nec etiam trahant in locutionibus moram lon
gam. Hoc namq; ab omnibus firmiter obſeruetur: vt quando de cõfeſ
ſione ſacerdoti interius infirma fuerit aliqua locutura: ad minus non lo-
quatur niſi cum duabus non longe ſedentibus que confitentem ⁊ con-
feſſorem videre poſſint ab eiſdem pariter ⁊ videri. Hanc autem loquen-
di legem ⁊ ipſa abbatiſſa diligenter cuſtodiat: vt omnino materia detra-
ctionis omnibus auferatur. Excepto ꝙ cum ſororibus ſuis horis ⁊ lo-
cis competentibus loqui poteſt: ſicut ei ſecundũ deum viſum fuerit expe
dire.

## ¶ De ieiunio ⁊ abſtinentia ſororum. Rubrica. xi.

SOrores autem omnes ⁊ ſerui
tiales infirmis exceptis a feſto natiuitatis glorioſe virgi
nis marie vſq; ad feſtum reſurrectionis dñice niſi dieb⁹
dñicis ⁊ die natiuitatis dñi continuũ ſeruẽt ieiuniũ. A re-
ſurrectione vero dñica vſq; ad feſtum natiuitatis beate v
ginis teneantur ſexta feria ieiunare. Omni quoq; tempore ꝑter infir-
mas infirmitatis ſue tempore abeſu carniũ abſtineant. Cum debilibus
aũt diſpenſare valeat abbatiſſa: prout eorum debilitati viderit expedire
Ouis vero ⁊ caſeo ⁊ lacticinijs licite poſſint vti: preterq̃ ab aduẽtu vſq;
ad natiuitatẽ dñi: ⁊ a dominica quinquageſime vſq; ad paſcha: nec non
⁊ ſexta feria ⁊ ieiunijs ab eccleſia generaliter inſtitutis. Cum ſeruitialib⁹
tamen ſororibus circa predictum ieiunium preterq̃ in aduentu ⁊ ſexta
feria poſſit abbatiſſa miſericorditer diſpenſare. Diſpenare etiam poſſit
circa predictum ieiunium cum adoleſcentibus ac debilibus ⁊ ſenili etate
confectis: prout earum debilitati aut imbecillitati viderit expedire. Sa-
ne quoq; ſorores ieiunare non teneantur minutionis ſue tempore quod
in triduo termінetur extra maiorem quadrageſimam ⁊ ſextam feriaꝫ. ad
uentum dñi. ⁊ ieiunia ab eccleſia generaliter inſtituta. Caueat aũt abba-
tiſſa ne vltra q̃ ter in anno minutionẽ permittat cõmuniter celebrari ni-
ſi certa neceſſitas plus requirat: nec a perſona extranea maxime minutio
nẽ recipiat vbi cõmode poterit euitari.

## ¶ De ſororibus infirmis. Rubrica. xij.

DE infirmis vero cura ⁊ diligẽ
tia maxima habeat: ⁊ ſm qd poſſibile fuerit ⁊ decuerit tã
in cibarijs q̃ eaꝝ requirit infirmitas q̃ in alijs neceſſarijs
in feruore charitatis benigne ac ſollicite eis ꝑ oĩa ſeruia-
tur. Que infirme ꝓprium habeant lectum ſi vnq̃ fieri poteſt vbi a ſanis
maneant ſeparate: ne illarum ordinem confundere valeant vel turbare.

## ¶ De oſtio interiori monaſterij ⁊ eius cuſtodia, rubrica. xiij.

In quolibet monaſterio vnuz tantuz oſtium habeant ad intrandum clauſtrum ⁊ exeundum cũ opportunuz fuerit iuxta legẽ de ingreſſu ⁊ egreſſu poſitam in hac forma. In quo oſtio nullum ſit oſtioluz vel feneſtra. Et iſtud oſtium fiat in ſublimi quanto magis fieri poterit cõgruenter: ita ꝙ ad ipſum per ſcalam leuatoriam exterius aſcendat. Que ſcala per catenam ferream ex parte ſororum ſtudioſe ligata a completorio dicto vſ ad primam ſequentis diei continue ſit ſuſpenſa ⁊ tempore diurne dormitionis ⁊ viſitationis: niſi aliud interdum euidens requirat neceſſitas vel vtilitas manifeſta. Ad predictum autem oſtium cuſtodiendum aliqua talis ex ſororibus deputetur: que deuz timeat: ſit matura moribus: ſit diligens ac diſcreta: ſitq; conuenientis etatis: que vnam ipſius oſtij clauem ſic diligenter cuſtodiat: vt nũq; eam vel eius ſocia ignorante oſtium aliquando valeat aperiri. Reliquam vero clauem diuerſaz ab illa cuſtodiat abbatiſſa. Sit ⁊ alia eque idonea ei ſocia deputata: que eius vicem in omnibus exequatur cum ipſa aliqua rationabili cauſa vel occupatione neceſſaria occupata fuerit vel detenta. Caueant autem ſtudioſiſſime ⁊ procurent ne vnq; oſtium ſtet apertum: niſi quantum minus fieri poterit congruenter. Sit autem oſtium ſeris ferreis ⁊ vectibus optime communitum: ⁊ ſine cuſtodia apertum vel clauſum minime dimittatur nec etiam ad momentum: niſi vna claue in die ⁊ in nocte duabus ſit firmiter obſeratum. Nec oĩ pulſanti aperiat ſtatim: niſi indubitãter cognouerit ꝙ talis ſit ꝙ ſine dubitatione aliqua ſm̃ mandatũ quod de ingreſſuris in hac regula continetur debeat aperiri. Et nulli liceat ibi loqui niſi ſoli oſtiarie de ijs que ad ſuum officium pertinebunt. Qꝫ ſi aliquando intra monaſterium opus aliquod fuerit faciendum ad quod agendum ſeculares aliquos vel quaſcũq; perſonas alias oporteat introire: prouideat abbatiſſa ſollicite vt tunc dum opus ſcilicet exercetur alia perſona conueniens ad cuſtodiendum oſtium ſtatuatur: que ſic perſonis ad opus deputatis aperiat ꝙ alias intrare penitus non permittat. Nam ſorores ipſe et tunc ⁊ ſemper quantumcunq; rationabiliter preualent ſtudioſiſſime caueant ne a ſecularibus vel extraneis perſonis videantur.

## ¶ De rota ⁊ eius cuſtodia, rubrica. xiiij.

Ceterum cum prefatum oſtiũ pro alijs aperiri nolimus niſi pro illis tantum que per rotaz vel aliunde decenter nequeãt expediri: mandamus ꝙ in ſingulis monaſterijs ĩ exteriori muro clauſure intriſece in loco ſiquidem competenti manifeſto a parte exteriori ⁊ omnino patenti rota vna fortis fieri debeat latitudinis ⁊ altitudinis cõgruentis: ita ꝙ

per eam nulla perſona ingredi valeat vel exire: per quam neceſſaria tam
intus ꝗ̃ exterius miniſtrentur. Et taliter diſponatur: ꝙ per eam nec itus
nec extra valeat aliquis intueri. Ex vtraqꝫ etiam parte oſtiolum fiat vali
dum: quod de nocte ⁊ in eſtate tempore dormitionis ſeris ferreis ⁊ claui
bus clauſum ⁊ firmatum debeat permanere. Ad cuius cuſtodiam pro ex
pediendis neceſſarijs per eandem vnam ſororem diſcretam ⁊ maturam
tam moribus ꝗ̃ etate que monaſterij diligat boneſtatem conſtituat abba
tiſſa: cui ſoli tantum vel deputate ſibi ſocie cum congrue non poterit inter
eſſe loqui ibidem ⁊ reſpondere liceat ſuper ijs que ad ſuum officium perti
nebunt. Ibi autem nulli loqui liceat: niſi eſſet locutorium occupatum vel
ex alia rationabili cauſa ⁊ neceſſaria aliquando: ſemper tamen de licentia
abbatiſſe: quod tamen rariſſime fiat ſecundum loquendi modum ſuperiꝰ
pretaxatum.

## ¶ De oſtio inferiori monaſterij. Rubrica. xv.

PRopť neceſſitates quoq3 ali-
quando imminentes ꝗ non poſſunt per ſupradictum oſti-
um vel rotam cõmode expediri permittimꝰ: ꝙ aliud oſti
um in loco decenti in monaſterio fieri poſſit per quod cer-
tis temporibus intromittantur ⁊ emittantur que fuerint opportuna. Ꝙ
quidem hoſtium continue ſit claui, ſeris ferreis ⁊ repagulis cõmunitū:
ſitqꝫ muro aparte exteriori muratum ita ꝙ non poſſit aliquatenus aperi
ri vel perſona aliqua inde loqui. Poſſit tamen neceſſitatum dictaꝝ tem
pore ipſius oſtij murus dirui ⁊ oſtium aperiri. Nec tunc apertū niſi quã
tum minus fieri poterit ſub tamen fida cuſtodia dimittatur. Expeditis
itaqꝫ neceſſitatibus ipſis ſm̃ predictũ modum remunitũ claui, ſeris ⁊ re
pagulis extrinſecus remuretur.

## ¶ De locutorio. Rubrica. xvj.

LOcutorium autez cõmune in
capella vel potius in clauſtro vbi cõmodius ⁊ boneſtius
fieri poterit diſponatur: ne ſi forte fieret in capella pacem
orantium inquietet. Ipſum locutorium ſit congrue quan-
titatis de lamina ferrea ſubtiliter perforata: ⁊ taliter clauis ferreis coap
tata ꝙ nunqꝫ valeat aperiri. Sit quoqꝫ ipſa lamina clauis ferreis in lon-
gum protenſis exterius fortiter cõmunita. Cui pannus niger laneus in-
terius taliter apponatur: ꝙ nec ſorores videre extra valeant nec videri.
Ad iſtud autem locutorium a completorio quod dici debet tempore com
petenti vſqꝫ poſt primam diei ſequentis ſeu tempore comeſtionis vꝟ dor
mitionis in eſtate: aut quando officium celebratur (niſi pro cauſa a deo ra
tionabili ⁊ neceſſaria que commode differri non poſſit) nulli licitum erit

loqui. Quandocunqꝫ vero in conceſſis temporibus aliqua vel alique habuerint ibi loqui: cum modeſtia ⁊ maturitate loquentes breuiter ſe expediant prout decet. Ubi vero propter ſororū multitudinē videbit̄ opportunū: aliud ſimile locutorium eſſe poſſit

## ❡ De crate ⁊ eius cuſtodia. Rubrica. xvij.

Volumus etiam vt in muro q ſorores diuidit a capella congruentis forme cratis ferrea collocetur: que ſit ex crebris ⁊ ſpiſſis contortis lineis ferreis diligenti ⁊ forti opere fabricata: ⁊ clauis ferreis in longum protenſis exterius fortiter cōmunita vel ex lamina ferrea paruis et minutis foraminibus perforata cū protenſis clauis ferreis vt eſt dictū. In cuius medium fiat vnum oſtiolum de lamina ferrea: per quod cōmunionis tempore poſſit intromitti calix: ⁊ ſacerdos mittens manum poſſit dominici corporis tradere ſacramentum. Quod quidem claui ferrea ſit ſemper firmatum: nec aperiatur niſi quando proponi ſororibus contingerit verbū dei vel ſacramentū dominici corporis exhibetur: aut cū quis aliquam ex ſororibus ſuam propinquam conſanguineam videre petierit vel alia cauſa neceſſaria id expoſcat. Quod rariſſime fiat ⁊ ſemper de licentia abbatiſſe. Que tamen in nullo caſu primis duobus dumtaxat exceptis licentiam largiatur: niſi prius ſingulis vicibus de hoc conſiliū petierit a conuentu. Cui crati pannus lineus niger interius taliter apponatur: vt nulla valeat inde aliquid intueri. Habeantur etiam oſtia lignea ex parte ſororum cum ſeris ferreis atqꝫ claue vt maneant ſemper clauſa pariter ⁊ firmata. Et non aperiantur niſi cum diuinum celebratur officium: niſi quando ex dictis cauſis prefato modo dictum oſtiolum contigerit aperiri. Et nemo alius per predictam cratem loquatur: niſi aliquando rationabili cauſa vel neceſſaria exigente alicui de abbatiſſe licentia raro fuerit concedendum. Et tūc predicta oſtia lignea poterunt aperiri. Et qñcunqꝫ aliquam perſonam extraneam ad eas ingredi vel alias per crates eis loqui contigerit: tegant faciem cum modeſtia ⁊ inclinent ꝑut religionis cōuenit boneſtati.

## ❡ Quibus ⁊ qualiter liceat ingredi monaſterium. Rubrica. xviij.

De ingreſſu perſonarū in monaſterium firmiter ac diſtricte ꝑcipimus: vt nulla vnqꝫ abbatiſſa vel eius ſorores aliquam perſonam religioſā ſeu ſecularem aut cuiuſlibet dignitatis in monaſterij clauſurā intrinſecam īrare permittant. Nec oīno alicui liceat: niſi quib⁹ ꝯceſſū

a ſede apoſtolica fuerit vel acardinali cui fuerit ſororum ordo cōmiſſus.
Excipiuntur autem a dicta ingrediendi lege medicus cauſa multum gra
uis infirmitatis ⁊ minutor cum neceſſitas exegerit. Qui nō abſqꝫ duob⁹
ſocijs de familia monaſterij introducantur: nec ab inuicem infra mona-
ſterium ſeparentur: necnon ⁊ illi quos occaſione incendij vel ruine ſeu al-
terius periculi vel diſpendij ſeu pro tuendis a violentia quorumlibet mo
naſterio vel perſonis aut pro aliquo opere exercendo quod cōmode extra
monaſterium fieri nō poteſt neceſſitas exegerit introire. Qui omnes expe
dito ſuo miniſterio vel imminenti neceſſitati ſatiſfacto ꝑ ipſos: exeant ſine
mora. Nulli autē perſone extranee intra monaſterij clauſuram liceat co
medere vel dormire. Sed ⁊ ſiquis de ſancte clare cardinalibus ad aliqđ
monaſterium huiuſmodi religionis aliquando venerit ⁊ intra clauſtrum
voluerit ingredi: cum reuerentia quidem ⁊ deuotione ſuſcipiatur: ſed ro-
getur vt cum paucis ſocijs debeat introire. Liceat quoqꝫ generali mini-
ſtro ordinis fratrum minorum quando ibidem celebrare voluerit vel pro
ponere ſororibus verbum dei cum quattuor vel quinqꝫ fratribus ipſius
ordinis intra clauſuram ingredi monaſterij: ſi quando ei videbitur expe-
dire. Alius autem prelatus cui aliquando forte de licentia ſedis apoſtoli-
ce vel dicti cardinalis intrare licuerit: duobus vel tribus tantum religio-
ſis ⁊ honeſtis ſocijs ſit contentus. Et ſi forte pro benedictione vel ꝯſecra
tione ſororum vel in alio modo conceſſum fuerit epō alicui miſſam interi
us celebrare aliquando: q̄ꝫ paucioribus ⁊ honeſtioribus potuerit ſo-
cijs ſit contentus ⁊ miniſtris: ⁊ hoc quoqꝫ ipſum alicui rarius concedat.
Nulla tamen omnino loquatur cum aliqua perſona de ingreſſis: niſi mo
do predicto ſiue infirma fuerit ſiue ſana. Illud ſane precipue caueatur: vt
ij quibus aliquando conceſſum fuerit ſolūmodo vel data licentia in mo-
naſterium ingredi: nō aliter admittantur niſi abbatiſſe ⁊ ſororibus viſū
fuerit expedire: cum ex huiuſmodi conceſſionibus vel licentijs abbatiſſa
vel ſorores eos admittere nō cogantur: ⁊ vt ſint tales de quorum verbis
⁊ moribus necnō vita ⁊ habitu edificari valeant intuentes ⁊ materia in-
ſti ſcandali exinde nequeat generari. Super conceſſione vero vel licentia
ingreſſus hmōi ad omne ambiguū remouendum aplici apices vel cardi
nalis patentes littere oſtendantur.

## ¶ Qualiter ſeruiciales emittātur. Rubrica. xix.

DE ſeruitialibus ⁊ ſororibus q̄
ſemper manere clauſe ſicut alie nō tenentur diſtrictius vo-
lumus obſeruari: vt ſine licentia nulla clauſtrum egredia-
tur. Et que emittuntur: honeſte ſint ⁊ conuenientis etatis
ac religioſi ⁊ maturi aſpectus. Et calciamentis honeſtis tam ipſe q̄ꝫ ſoro
res ille quas aliquando emitti contigerit pro caſibus ſupradictis calcia
te incedant. Ceteris vero intus manentibus liceat iſtud idem. Egredien
tibus vero aſſignetur certus terminus redeundi: nec alicui ipſarum con-

cedatur extra monaſterium ſine licentia ſpāli comedere: bibere vel dormire: nec ab inuicem ſeparari vel alicui in ſecreto ſeu capellani monaſterij vel ꝯuerſorum domiciliū introire. Et ſi aliqua cōtrariū fecerit: grauit puniatur. Et ſollicite caueant: nec ad loca ſuſpecta diuertant vel cū perſonis male fame familiaritatē habeant nec in ſuo reditu ſecularia vel inutilia ſororibus referant per que diſſolui valeant vel turbari. Et quādiu extra fuerint: taliter ſtudeant ſe habere: ꝙ de cōuerſatione honeſta ipſarum edificari valeant intuentes.

## Qualiter capellanus ⁊ conuerſi ſororum viuere debeant. Rubrica. xx.

CApellanus ſi voluerit ſe monaſterio obligare: ⁊ aliqui qui monaſterij conuerſi eſſe voluerit ⁊ abbatiſſe ⁊ ꝯuentui viſum fuerit eos recipere: āno probationis elapſo promittant obedientiā abbatiſſe: vouentes loci ſtabilitatem ⁊ ppetuo viuere ſine proprio ⁊ in caſtitate. Tunicas de religioſo ⁊ vili panno tam precio ꝙ̄ colore iuxta eorum indigētiam habere valeant ſine caputio. Quarum manice breues ſint ⁊ ſtricte tātummodo circa manus. Longitudo autem tunicarum ſit talis: ꝙ a cannilla pedum diſtet ſpacio quattuor digitorum. Capellanus tamen habere poterit longiorem. Pro cingulo vero corrigiam honeſtam habeat cum cultello. Caputium etiam cum caputio ſuper tunicas portent: cuius longitudo genu aliquantulum tranſeat ⁊ latitudo vſq; ad caputium ptendatur. Minoris tamen latitudinis caparonem ſi habere voluerit poterit capellanus. Qui etiam cappa honeſta vti poterit vel mantello poſt collum vel ante pectus hincinde connexo. Superiores autem tunice ⁊ longum caputium necnon ⁊ capellani cappa ⁊ mātellus non ſint de albo vel penitus nigro panno. Veſtiti etiam iaceant ⁊ camiſijs lineis non vtantur. Calciamenta alta ⁊ ampla ⁊ anteſixa cum caligis habeant ⁊ femoralia portent. Capillos ſuos vſq; ad aures certis temporibus tondeant in rotundum. Officium diuinum faciant vt ſorores: excepto ꝙ ꝯuerſi ad officium beate virginis ⁊ mortuorum minime teneantur. Jeiunium ſeruare debeant vt ſorores. Liceat tamen abbatiſſe ſuper ieiunio regule cum eis eſtus vel itineris aut laboris alterius ſeu alia quauis rōnabili ⁊ honeſta cauſa miſericorditer diſpenſare. Informationi vero ⁊ correctioni viſitatoris capellanus ⁊ conuerſi per omnia ſint ſubiecti. Cui in ijs q̄ ad viſitationis officium pertinent: teneantur firmiter obedire.

## De procuratore monaſterij ⁊ eius officio. Rubrica. xxi.

PRo poſſeſſionibus ⁊ redditi-
bus monaſterij modo debito pertractandis procurator vn⁹
prudens pariter ⁊ fidelis in ſingulis monaſterijs veſtri
ordinis habeatur: qui per abbatiſſam ⁊ conuentum con-
ſtitui ⁊ amoueri debeat ſicut videbitur expedire. Hic vero taliter in
ſtitutus de omnibus ſibi commiſſis receptis pariter ⁊ expenſis ab-
batiſſe ⁊ tribus ſororibus ad hoc per conuentum ſpecialiter aſſignatis
⁊ viſitatori cum voluerit rationem reddere teneātur. Et nihil omnino de
reb⁹ monaſterij vendere: commutare: obligare vel alienare quoquo mo-
do valeat: niſi de licentia abbatiſſe pariter ⁊ conuentus. Et quicquid con
tra hoc attentatū fuerit: irritum decernimus ⁊ inane. Poſſit tamen de
mobilibus parum valentibus aliqua parua ex cauſa licita de abbatiſſe li
centia interdum alijs elargiri. Poſſit etiam per viſitatorem cum expe-
dire videbitur amoueri.

## De abbatiſſa ⁊ eius officio. Rubrica. xxij.

ELectio abbatiſſe libere perti-
neat ad conuentum. Confirmatio vero fiat per cardina-
lem cui fuerit iſte ordo commiſſus vel auctoritate ipſius.
Studeant aūt ſorores talem eligere: que virtutibus pol-
leat: ⁊ ſanctis moribus alijs preſit potius q̄ officio: ⁊ que cōmunitatē
ſeruet in omnibus vel in moribus: vt eius exemplo prouocate ſorores ex
amore magis ei obediant q̄ timore. Que ſingularibus amoribus ca-
reat: ne dum in parte plus diligit: in toto ſcandalum generet. Conſole-
tur afflictas: ſit refugium tribulatis: ne ſi apud eum remedia defuerint
ſanitatum: deſperationis morbus preualeat in infirmis. Que humiliter
⁊ charitatiue viſitet ⁊ corrigat ſorores ſuas: non precipiendo eis aliquid
quod ſit contra animam ſuam ⁊ veſtre profeſſionis formam. Non ſit p̄
ceps in precipiendo: ne ex indiſcretione precepti ponat peccati laqueū
animab⁹. Cui poſtq̄ confirmationem receperit quamdiu in officio per-
manſerit: ſorores vniuerſe necnon ⁊ familia exterior monaſterij pareant
⁊ obediant diligenter. Semel in hebdomada ad minus abbatiſſa ſoro-
res ſuas pro ipſarum monitione, ordinatione ⁊ reformatiōe teneatur ad
capitulum conuocare. Ubi ſm expreſſionem publicarum ⁊ cōmunium
negligentiarum atq̄ culparum pene miſericorditer imponantur. Confe
rat etiam cum omnibus ſororibus ſuis de ijs que occurrunt pro ſui mo-
naſterij vtilitate ac honeſtate tractanda. Sepe enim dominus quod me
lius eſt iuniori reuelat. Nullum oneroſum vel graue debitum contrahat
niſi per procuratorem de cōmuni conſenſu ſororū cum manifeſta neceſ-
ſitas hoc requirat. Reddat etiam de receptis ⁊ expenſis ſemel ad minus
ſingulis tribus menſibus coram conuentu vel ſaltem quattuor ſorori-
bus ab eodem ad hoc ſpecialiter deputatis debitam rationē. Officiales

monaſterij inſtituat de conſilio ⁊ aſſenſu conuentus vel maioris partis
ipſius. Sigillum vero conuentus cuſtodiri faciat ⁊ ſeruari ſm ordinatio
nem conuentus: ⁊ omnem litteram dirigendam ex parte eiuſdem con-
uentus prius coram conuentu in capitulo lectam ⁊ approbatam a maio
ri parte ſororum ibidem coram omnibus faciat ſigillari. Nulla etiam ſo
ror aliquas litteras dirigat ſeu recipiat niſi pmo eas abbatiſſa legat vel
ab alia ad hec conſtituta legantur. Studeat inſuper abbatiſſa ſorores re-
conciliare ſi aliquas ad inuicem ex aliqua cauſa vel occaſione contigerit
conturbari. Soror vero illa que verbo vel ſigno occaſionem turbatiõis
vel ſcandali alteri dederit: ſtatim anteꝗ̃ offerat mun⁹ orationis ſue deo
veniam petens a ſorore quam offendit coram ea humiliter ſe proſternat
rogans vt intercedat pro ſe ad dominum: quatenus ſibi culpaꝫ indulge
at quaꝫ cõmiſit. Illa vero memor verbi domini Niſi dimiſeritis ex cor
dibus veſtris: nec pater veſter celeſtis dimittet vobis: liberaliter iniuriã
remittat ſorori veniam poſtulanti. Monemus ſorores omnes ⁊ horta-
mur in domino ieſu chriſto: vt caueant ab omni ſuperbia, vanagloria, in
uidia, auaricia, cura ⁊ ſollicitudine huius ſeculi, detractione ⁊ murmura-
tione, diſſenſione ⁊ diuiſione ac omni vitio ꝓ quo poſſit diſplicere in ocu
lis veri ſponſi. Sed magis ſollicite coram deo ſeruare interiorem ⁊ exte-
riorem in omnibus puritatem ac ſemper inuicem habere mutue dilec-
tionis vnitatem que eſt vinculum perfectionis: vt in ea radicate ⁊ fun-
date poſſint agni domini noſtri ieſu chriſti nuptias cum prudentibus
virginibus introire.

## ¶ Qr nulla ex ſororibus accedat ad roma nã curiã perſonaliter. Rubrica. xxiij.

AD hoc vt diſcurſibus diſpẽdio
ſis materia ſubtrahatur: in virtute obediẽtie ſub pena ex-
cõmunicationis quam ipſo facto tranſgredientes vel nõ
parentes incurrant diſtricte precipimus: vt exceptis dũ-
taxat ſeruitialibus monaſteriorum illorum locorum in quibus romana
fuerit eccleſia conſtituta quãdiu ibi reſidentiam fecerit: nulla abbatiſſa ſo
ror vel ſeruitialis pro vlla neceſſitatis cauſa ad ſedem apoſtolicam per-
ſonaliter veniat vel accedat: niſi ſuper hoc per apoſtolicos apices vel
dicti cardinalis patentes litteras alicui ſpecialis licentia concedatur.

## ¶ De viſitatore ⁊ eius officio. Rubrica. xxiiij.

MOnaſteria huius religionis
ꝑ viſitatores q auctẽ formã ⁊ modũ a cardinali cui fuerit a
ſede aplica vſ ordo ꝯmiſſ⁹ recipiãt ſemel ad min⁹ ãnis ſin
gul' viſitẽt. Sane circa viſitationes hmõi illud eſt ſollicite

ꝓuidendũ: vt q̃cũq; vel generalis vel etiã alicubi aliq̃ſ ſpãlis ꝯſtituẽd⁹ fuerit viſitator: talis debeat conſtitui de cuius religioſa vita ⁊ morib⁹ noticia plena ⁊ ſecuritas habeatur. Qui cum ad monaſterium aliquod veniens fuerit introgreſſus: ſic ſe per omnia exhibeat ⁊ oſtendat: vt omnes de bono ad melius prouocet ⁊ ad dei amorem ⁊ intra ſe mutuam charitatẽ ſemper inflammet pariter ⁊ accendat. Et quando monaſterij clauſuram ad viſitandum intrauerit: duos religioſos ⁊ idoneos ſocios ſecuz ducat: qui videlicet ſocij ſimul maneant: ⁊ dum fuerint intra clauſtrum ab inuicem nullatenus ſeparent̃. Viſitator autem regula prius lecta ⁊ expoſita: ab abbatiſſa ſigillũ recipiat: qḋ ipſa ſibi aſſignare ⁊ abſolutionẽ ac ꝯceſſionẽ ab abbatiſſe miniſterio petere abſolute ac libere teneat̃. Que ſi cõmunem vitam non potuerit ducere vel noluerit: per eundem viſitatorem a ſuo regimine abſoluatur: niſi ſua mora in officio monaſterio diſpendioſa non eſſet ſed neceſſaria vel euidenter vtilis appareret. Abſoluatur etiam per eundez ſi alias non idonea vel inſufficiens ad monaſterij regimen videatur. Et hoc fiat ſecundum formam ⁊ modum quos a cardinali ſupra dicto receperit viſitator. Qui tam de ipſius abbatiſſe q̃ ſororum ſtatu ⁊ obſeruantia ſue religionis ab omnibus generaliter ⁊ ſpecialiter a ſingulis inquirat ſtudioſius veritatem. Et vbi aliquid reformandum vel corrigendum inuenerit: zelo charitatis ⁊ amore iuſticie cum diſcretione corrigat ⁊ reformet tam in capite q̃ in membris: ſicut melius viderit expedire. Exceſſus autem qui fuerit ſufficienter correctus a viſitatore: nullatenus iterum corrigatur. Qḋ ſi aliquid tale ſibi occurrerit quod per ſe nequeat emendare: ad ſuperiorem referat vt corrigatur ſicut expedit eius conſilio ac precepto. Caueat autem abbatiſſa ne a ſe vel ab alijs ſororib⁹ ſtatus ſui monſterij viſitatori aliquatenus abſcondatur: quia maluz eſſet iudicium ⁊ offenſa grauiter punienda. Immo volumus ⁊ mandamus: vt ea que ſecundum vite ſue formam ⁊ regularem obſeruantiam inſtituenda vel emendanda fuerint publice ac priuatim ſicut melius viderit faciendum viſitatori ſuggerant ⁊ proponant: cui teneantur in omnibus q̃ ad officium ſue viſitationis pertinent firmiter obedire. Que autem aliter fecerint: a viſitatore tam abbatiſſa q̃ alie debite prout conuenit puniantur. Omnes autem tam abbatiſſa q̃ ſorores conſiderent ⁊ caueant diligenter: vt nihil aliud q̃ amor diuinus ⁊ ſuarum ſororuz correctio ac monaſterij reformatio eas moueat ad loquendum. Modum autem loquendi viſitator cuſtodiat ſupradictum: vt videlicet aut cum omnibus aut cũ pluribus ſimul loquatur: vel ſecrete cum vna: alijs tamen ad minus duabus in aſpectu eius non longe ſedentibus: vt per omnia bone fame integritas conſeruetur: niſi ad locutorium cum vna vel pluribus loqui voluerit de ijs que ad officium ſuum pertinere noſcantur. Idem etiam viſitator tã capellanũ q̃ ꝯuerſos ⁊ ceteros de familia extrinſeca monaſterij viſitet: ⁊ i eis corrigat ⁊ reformet q̃ correctõis ⁊ reformatõis officio nouerit idigere. Penas tã a motiõis ꝑpetue a monaſterio licẽtiando ꝓfeſſos ad alia monaſteria vl' ordines ſicut viderit expedire q̃ alias prout culpe

granitas ⁊ qualitas exegerit imponendo. Ut autem non grauentur mo
naſteria in expenſis ⁊ viſitator omnem notam cuiuſpiam ſuſpitionis eui
tet: volumus omnino ꝙ viſitator de viſitationis officio quam citius cõ-
mode poterit ſe ſtudeat expedire: quanto rarius abſq; ſui officij diſpen-
dio poterit monaſterij clauſuram intrinſecus ingreſſurus.

## ¶ De cardinali huius religionis. Rubrica. xxv.

VErum ne obſeruantie preſen
tis regule ſiue formule ſupraſcripte quam vniformiter
vbiq; ab omnibus volumus ⁊ mandamus diligentius
obſeruari: pro defectu certi regiminis in poſterum rece-
dere vos contingat: aut ſub diuerſorum magiſterio viuendi modos in-
currere differentes: dilecto fri noſtro. J. ſancti Nicolai in carcere tullia-
no diacono cardinali gubernatori. protectori ⁊ correctori ordinis fratrũ
minorum curam ⁊ regimen veſtri ordinis necnon ⁊ perſonarum in eis
degentium ſcilicet capellanorum ⁊ conuerſorum ⁊ familiarium plene du
ximus cõmittenda. Statuentes vt ſub eius ⁊ aliorum cardinalium qui
fuerint pro tempore gubernationi. protectioni atq; correctioni eorundẽ
fratrum ordinis a ſede apoſtolica deputati obedientia ⁊ cura ⁊ regimi-
ne debeatis de cetero permanere: quibus teneamini firmiter obedire. Et
ipſi animarum veſtrarum ſollicitudinem gerentes ⁊ curam: eiſdem mo-
naſterijs ⁊ perſonis degentibus in eis capellanis. conuerſis ⁊ familie
tam per ſe ꝙ̃ per viros idoneos quotiens expedire viderint viſitationis
officium impendere ſtudeant corrigendo ⁊ reformando ibidem tam in
capite ꝙ̃ in membris que correctionis ⁊ reformationis officio nouerint
indigere. Inſtituant nihilominꝰ ⁊ deſtituãt: ordinent: ſtatuãt ⁊ diſponãt
put ſm deum viderint expedire.

## ¶ Ut regula non negligatur a ſororibus. Rubrica vltima.

VT autem vos in hac regula ſiue
formula tanꝗ in ſpeculo poſitis inſpicere: ne per obliuionẽ ali
quid negligatis: ſemel vobis in qualibet quindena legatur.
Et vbi vos inueneritis ea que ſcripta ſunt facere: agite gratias do bono
rum omnium largitori. Ubi autem ſibi quecunq; vident aliquid deeſſe
doleat de preterito ⁊ caueat de futuro: orans vt ei debitum dimittatur
⁊ in tentationem ne deinceps inducatur. ¶ Nulli ergo omnino hominũ
liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis conceſſionis. confirmationis
⁊ abſolutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ
hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beato-
rum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ apud

vrbem veterem quintodecimo calendas nouembris pontificatus noſtri anno tertio.

¶ Explicit regula ſecūda ſororum ordinis ſancte clare.

¶ Incipit ordo ad induendum nouiciam.

PRimo ante miſſam tunicis poſitis ⁊ corda ante altare dum celebratur miſſa nouicia ⁊ conſanguinee eius ſibi aſtantes ſtent coram altari tenentes candelas accenſas quas offerent poſt offertorium ſacerdoti. ¶ finita vero miſſa ſacerdos accedens illuc: abſolute incipiens dicat. ¶. ℣. Adiutorium noſtrū in no. do. ℞. Qui fecit. ¶. ℣. Sit nomē do. be. ℞. Ex hoc nūc. ¶. ℣. Domine exau. o. meā. ℞. Et clamor. ¶. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℞. Et cū. ¶ Oremus.

¶ Oratio.

DEus pater oīpotens qui per legiferū moiſen famulum tuum miniſtris eccleſie ſub typo paſſionis priſce legis precepta dediſti: hanc laneam veſtem quam ſancti patres noſtri ſanctus franciſcus ⁊ beatus antonius miniſtri eccleſie diuino amore ferre conſueuerunt ſancti✠ficare atq; bene✠dicere ⁊ cōſecrare tuo proprio ore digneris: vt hec ancilla tua que eā cupit induere exuta ab omni ſorde viciorū cū indumento ſanctarum virtutum ea induatur: quatenus ab omni perturbatione callidi inſidiatoris deinceps protecta: in eccleſia tua ſancta de die in diem renouetur. Per chriſtum dn̄m noſtrum.

¶ Poſtea ſuper ea que induenda eſt dicatur hec.

¶ Oro.

DEus qui abrahe famuli tui opere humano generi obedientie exemplar tribuiſti: concede huic ancille tue. ⁊ ſue voluntatis prauitatē frangere. ⁊ tuorum preceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per chriſtum dn̄m nr̄m.

¶ Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus ꝓpitius reſpice ad preces eccleſie tue ⁊ huic ancille tue quā ad nouam grām vocare dignatus es fidem rectā. charitatem perfectā. humilitatē verā concede dn̄e vt ſit in ea ſimplex affectus ⁊ fortis. obediēa perſeuerans. pax perpetua. mens pura: rectum ⁊ mundum cor. voluntas bona conſcientia ſancta. cōpunctio ſpiritualis. virtus anime. vita imaculata. conſūmatio irreprehenſibilis. vt viriliter currens in tuū introire regnum feliciter mereatur. Qui cū patre ⁊. ſ. ſ. viuis ⁊ re. in ſecu. ſe. Amen. ¶ His expletis aſpgat ſacerdos nouiciam aqua benedicta. ¶ Poſtea ducant eam conſanguinee eius vſq; ad portā rote. ⁊ cum inceperint ingredi portā. ſi nouicia fuerit virgo. Incipit cantor añā. Ueni ſponſa chriſti ⁊c. Quā cantādo ducāt nouiciā ſorores ad altare intrinſecū qd̄ eſt in choro. ¶ finita añā dicat. ℣. Beati imaculati in via cū Gl̄ia pr̄i in octauo tono. ¶ Si vero nouicia nō fuerit virgo non cātet añā. Ueni ſponſa chriſti. nec. ℣. Beati imaculati, ſed cantet

aña. Ueni electa mea ⁊ ponam in te thronum meum alľa. ¶ Qua finita cantatur. ℣. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te, in primo tono cum gloria patri ⁊ filio ⁊c. Et ſi neceſſe fuerit verſus ⁊ antiphona, reiterentur quouſqꝫ novicia ſit induta. ¶ Perueniens autem novicia ad altare genuflectat ⁊ iaceat proſtrata. Interim autem alique ſorores quandam palam extendentes noviciam pannis ſuis exuant. quam abbatiſſa vel alia loco eius vel etiam ſacerdos ſi intus fuerit ſtatim induat tunicis benedictis dicendo,

¶ Exuat te dominus veterem hominem cuꝫ actibus ſuis ⁊ induat te nouuꝫ qui ſecundum deum creatus eſt in iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis.

¶ Qua induta dicat ſacerdos, ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo,

¶ Oremus.

DOmine ieſu chriſte paſtor bone qui animam tuam pro ouibus tuis poſuiſti fac hanc ancillam tuam ſacro habitu indutam ante tuuꝫ cōſpectum cum iuſticia viuere ⁊ ad miſericordiam tuam cum fructu bonoꝝ operum peruenire. Concede tribueqꝫ ei in fide obedientiaꝫ. in labore virtutem. in affectu deuotionem. in actu proſperitatem. in victu abundantiam. in pace leticiam in conuerſatione gratiam. in tribulatione patientiaꝫ. in languoribus ſanitatis tue medicinam: quatenus in hoc preſenti tempore per ſemitam iuſticie cum felicitate percurrat. vt te venturum iudiceꝫ in nouiſſima die cum magna hilaritate ſuſcipiat. Qui cum patre ⁊c.

¶ Poſt hec incipiat cantor hymnum. Ueni creator. ¶ Quo finito. dicat ſacerdos. ¶ ℣. Emitte ſpiritum tuum ⁊c. ¶ ℣. Poſt partum virgo. ¶ ℣. Ora pro nobis beate franciſce. ¶ ℣. Ora pro nobis beata Clara. ¶ ℣. Orate pro nobis omnes ſancti dei. ¶ ℣. Domine exaudi orationem meā. ¶ ℣. Dominus vobiſcum. ¶ Oremus.

¶ Oratio.

DEus qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti. da nobis in eodeꝫ ſpiritu recta ſapere. ⁊ de eius ſemper conſolatione gaudere.

¶ Alia oratio.

COncede nos famulos tuos queſumus domine deus perpetua mētis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beate marie ſemper virginis interceſſione. a preſenti liberari triſticia ⁊ futura perfrui leticia.

¶ Alia oratio.

DEus qui eccleſiam tuam beati frāciſci meritis fetu noue prolis amplificas: tribue nobis. ex eius imitatione terrena deſpicere: ⁊ celeſtium donorum ſemper participatione gaudere.

¶ Alia oratio.

FAmulos tuos queſumus domine beate virginis tue Clare votiuā cōmemorationem recenſentes: celeſtium gaudiorum ſua facias in

terventione participes: ⁊ tui vnigeniti coheredes.

¶ Alia oratio.

OMnipotens ſempiterne deus qui nos omnium ſanctorum tuoꝝ merita ſub vna.tribuiſti celebritate venerari: queſumus vt deſideratam nobis tue propociationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per dominum noſtrum. ⁊c. ¶ V. Dominus vobiſcum. Benedicamus domino. ¶ Poſt hec erigat ſe nouicia ⁊ det pacem abbatiſſe ⁊ ſororibus aſtantibus. Poſtea due ſorores ducant eam per chorū ⁊ det pacem per ordinem ſicut ſtant in choro ſororibus vniuerſis.

## ¶ Ordo ad benedicendum velum.

PRimo ponitur velum ſuper altare dum celebratur miſſa. Qua finita miſſa: receptura velum aſtantibus ſibi aliquibus ſororibus ſi ſacerdos intus fuerit: genuflectat ante altare. Si vero ſacerdos extra fuerit: ante gradam. Alie vero ſorores tenentes candelas accenſas p ordinem ſtent in choro. Sacerdos autem accedens illuc: abſolute incipiat dicens. ¶ V. Dominus vobiſcum.

DOmine ieſu chriſte qui tegimen noſtre mortalitatis induere dignatus es: obſecramus immenſam tue largitatis abundantiā: vt hoc genus velaminis quod ſanctus pater noſter franciſcꝰ ad innocentie vel humilitatis indicium abrenūtiantibus ſeculo ſanxit tu ita bene ✠ dicere digneris: vt hec famula tua que hoc vſa fuerit te induere mereatur. Qui cum patre ⁊c.

¶ Poſtea ſuper eam dicat. ¶ Oremus

¶ Oratio.

DEus qui per coeternum filium tuum cuncta creaſti. quiqꝫ mundum peccatis inueteratum per myſterium ſancte incarnationis eius renouare dignatus es: te ſuppliciter exoramus vt eiuſdem domini noſtri ieſu chriſti gratiam ſuper hanc ✠ famulam tuam abrenūtiationem ſeculi profitentem clementer infundere digneris: per quā in ſpiritu ſue mentis renouata veterem hominem cum ſuis actibus exuatur ⁊ nouū qui ſm deum creatus eſt induere mereatur. Per eundem chriſtum. ¶ Poſt hec incipiat ſacerdos ſi voluerit vel due ſorores in medio chori ſequentem letaniam. ⁊ ſorores in choro reſidentes reſpondeant vniuerſe.

KYrieleyſon. Chriſteleyſon. ¶ Chriſte audi nos. ¶ Chriſte exaudi nos. ¶ Pater de celis deus Miſerere ei. ¶ fili redēptor mūdi deus. Miſerere ei. ¶ Spiritus ſancte deus. Miſerere ei. ¶ Sancta maria. Ora pro ea. ¶ Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines. Orate p ea. ¶ Omnes ſancti apoſtoli ⁊ euāgeliſte. Orate pro ea. ¶ Sancte franciſce.

Ora. ¶ Omnes ſancti confeſſores. Orate. ¶ Sancta Clara. Ora pro ea. Omnes ſancte virgines ⁊ vidue. Orate pro ea. ¶ Propitius eſto. Parce ei domine. ¶ Ab omni malo. Libera eam domine. ¶ Per myſterium ſancte incarnationis. paſſionis. reſurrectionis. ⁊ aſcenſionis tue. Libera eam domine. ¶ Peccatores. Te rogamus audi nos. ¶ Ut hanc famulā tuam ab omni tētatione eripere digneris. Te rogamus audi nos. ¶ Agnus dei qui tollis peccata mundi. Exaudi nos domine. ¶ Kyrieleyſon. Chriſteleyſon. Kyrieleyſon. Pater noſter. ¶ V. Et ne nos. R. Sed libera nos. ¶ V. Saluā fac ancillam tuā. R. Deus meus ſperātē in te. ¶ V. Mitte ei dn̄e auxiliū de ſancto. R. Et de ſyon tuere eam. ¶ V. Eſto ei dn̄e turris fortitudinis. R. A facie inimici. ¶ V. Nihil ꝓficiat inimicus in ea. R. Et filius iniqtatis nō apponat nocere ei. ¶ V. Dn̄e exaudi orationē. R. Et clamor meus. ¶ V. Dn̄s vobiſcū. R. Et cū. ¶ Oremus.

¶ Oratio.

Adeſto dn̄e oīpotens ſupplicationibus nr̄is ⁊ hanc famulam tuā cui in tuo ſancto noīe velū ſacrereligionis imponimus bene✠dicere dignare. ⁊ ꝑ interceſſionē beatiſſime ⁊ glorioſe virginis marie ⁊ beatoꝝ aplo ꝝ Petri ⁊ Pauli atq̄ beati Franciſci. ⁊ beate Clare. ⁊ aliorū omniū ſanctoꝝ fac eam ad obſeruantiā ſancti huius propoſiti peruenire. vt tribulationibus ⁊ anguſtijs indeficiens perpetua conſolatione valeat reſpirare. ⁊ iuſte ac pie ⁊ caſte per veram humilitatem in fraterna charitate fundata quod te donante promittit felici perſeuerantia compleat ⁊ ad vitam perficere mereatur eternam. Qui cum patre. ⁊c. ¶ Statim cantor incipiat hymnū Ueni creator. ¶ Interī ſacerdos dum cantatur hymnus imponat ſibi velum dicens. ¶ Exuat te dominus veterem hominē cum actibus ſuis ⁊ induat te nouū qui ſm deum creatus eſt in iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis. ¶ Accipe ancilla chriſti ſanctum velum profeſſionis tue: ſacrum ſignaculum in perpetuū cum quo fideliter valeas peruenire ad regna celorum. Per chriſtum. ⁊c.

¶ Ad abbatiſſam.

Hanc ſponſam tibi trado vt vſq̄ in diem iudicij conſerues eam ſine macula in conſpectu regis altiſſimi reddas compotū ieſu chriſto. Qui cum patre ⁊c. ¶ Finito hymno dicat ſacerdos. ¶ V. Emitte ſpiritum tuum ⁊c. ¶ V. Poſt partum virgo. ¶ V. Signaſti domine ſeruū tuū frāciſcū. ¶ V. Ora pro nobis beata Clara. ¶ V. Orate pro nobis omnes ſancti. ¶ V. Domine exaudi. ¶ V. Dominus vobiſcum. ¶ Oratio. Deus qui corda fidelium. ¶ Oratio. Concede nos famulos. ¶ Oratio. Deus qui eccleſiam tuam. ¶ Oratio. Famulos tuos queſumus dn̄e beate virginis tue Clare. ¶ Oratio. Omnipotens ſempiterne deus qui nos omniū ſanctorum vt ſupra. ¶ V. Dominus vobiſcū. ¶ V. Benedicamus domino. ¶ His peractis erigat ſe ⁊ det pacem abbatiſſe. ⁊ ſororibus aſtantibus. ¶ Poſtea due ſorores deducant eam per chorum ⁊ det pacem per ordinem ſicut ſtant in choro ſororibus vniuerſis.

## ¶ Ordo ad benedicendū abbatiſſam.

PRimo electione facta ⁊ a viſitatore approbata: Cātor incipiat Te deum laudamus. cum quo proceſſionaliter deducant electam ad ecclesiam. ⁊ quouſqꝫ finiatur Te deum lau. coram altari iaceat proſtrata. ¶ Quo finito: dicat viſitator. ¶ V. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. R. A templo tuo quod eſt in hieruſalem. ¶ V. Dominus vobiſcum.

¶ Oratio.

ACtiones noſtras queſumus domine aſpirando preueni ⁊ adiuuando proſequere. vt cuncta noſtra oratio ⁊ operatio a te ſemper incipiat. ⁊ per te cepta finiatur. Per chriſtum. ¶ Poſtea reuertatur ad capitulum ⁊ det ibi ſigillum viſitator coram omnibus abbatiſſe. ⁊ mandet ſibi ꝑ obedientiā ꝙ exeq̄tur ex tunc iniūctuꝫ ſibi officiū. ⁊ ſororibus vniuerſis ꝙ obediant ei in oībus q̄ ad ſuū officiū ꝑtinebunt.

¶ Finis totius libri.

¶ Fuit preſens liber ſeu opuſculuꝫ in nobili ciuitate Salmantina per mandatū Reuerendi patris fratris Franciſci de ledeſma guardiani cōuentus fratrum minorū obſeruantie eiuſdem ciuitatis maximo cū labore vigilijſqꝫ cōpilatū ibidēqꝫ etiā Anno dñi. M.cccccvj. menſe Julij. ope ſpenſiſqꝫ honorabilis viri Joannis de porras īpreſſuꝫ. Cuius in preſentis libri ꝓſecutione quantus labor quantaqꝫ cura exactaqꝫ diligentia necnō charitatiua erga nos impenſa fuerit elemoſyna: vt a quolibet lectore hunc ſingulariter deo cōmendatum reddamus: hoc eius noticie tradimus.

¶ Deo gratias immenſas.

# Cōtēta ī pſenti volumīe ſūt ſubſcripta.

¶ In primo tractatu.

¶ Prologus libri.
¶ Sūmariū oīum pontificum a principio ordinis vſqʒ ad pñs tēpus cū ſingulis coꝝ conceſſionibus.fo. 1.
¶ Quedam priuilegia quorum ⁊ ſi originalia non repiantur: oīmode ta veritatis eſſe cenſentur.fo. 18.
